ficiorum, in locis vbi sunt, exigantur in pecunia, seu moneta vsitata in eo loco, non in fructibus: *Clem.1. §.est autem, de decim. in extrauag. communib.* neue exactores decimarum, pignoris, vel distractionis gratia, capiant libros, calices, & alia ornamenta, Ecclesiis deputata: *Clem. 2. de decim.* Notat interpres, *glossa fin. in d. Clem. 2. de decim.* & in declarationibus Concilii contineri, ne, qui non soluunt decimas, per secularem cogantur potestatem, nisi non-soluentis tanta esset rebellio, vt opus fuerit illius auxilium implorare, ob ecclesiasticæ censuræ contemptum: Tholosan. *d.c.20.n. 8. inf. D'auantage l'on doit remarquer, que par l'edict de l'an M DXCIX. verifié en la Cour (de Parlement de Paris) le 8. Mars, il est notamment porté, que les Receueurs des decimes, ne peuuent contraindre les beneficiers, de payer les taxes, qui sont escheues du temps de leurs predecesseurs, s'ils ne monstrent auoir fait quelque diligence, à l'encontre d'eux. Et en cas mesme de diligence, ils ne peuuent demander au successeur ex obitu, que deux années, & au successeur ex resignatione, que trois années d'arrerages*: Bret *d.ch.14 pag.114.*

bb) Ce qu'on peut reprendre & blasmer, en la leuée de ces decimes, c'est l'inegalité de leur departement. Car bien qu'il se doiue faire à proportion du reuenu des benefices, neantmoins cet ordre a esté changé, partie par les brigues des plus-puissans, qui reiettent tousiours la charge sur les plus-foibles, & specialement sur les pauures Curés: partie, pource que l'on a negligé d'obseruer l'edict, que François I. fit publier à Villiers-Coterets, qui desirant remedier à cet abus, ordonna, que l'on renouuelleroit ce departement, de temps en temps à cause que le reuenu des benefices tantost augmente, & tantost deminuë, selon la qualité des terres, & des saisons: Bret *d.ch.14. pag. 113.* Vituperium in hac collectione meretur inæqualitas impositionis. Quamquam enim hæc fieri debet secundum proportionem redituum, qui ex beneficiis proueniunt; attamen hic ordo immutatus est, partim studio potentiorum, qui semper onus reiiciunt in imbecilliores, & in specie in pauperes parochos; partim, quoniam neglectum fuit edictum Francisci I. publicatum à Villiers-Coterets, qui huic abusui remedium daturus, constituit, vt hæc partitio, vel æstimatio, renouaretur per internalla temporum, cum reditus beneficiorum modo crescant, modo decrescant, secundum qualitatem fundorum & temporum.) Mouet alicuius merito stomachum, (scribit Tholosan. *d. cap. 20. n. 8.*) infelix rerum successus, qui contra spem ecclesiasticarum personarum sequitur: dumque vident aliquando eos, qui ex istis decimis stipendia capiunt, hostes Ecclesiæ fieri. At soluit Ecclesiasticarum personarum marsupia pia causa, cuius prætextu fit exactio, videlicet expulsio hæreticorum, & defensio fidei: nec bonis parcunt rerum earum causa, ob quas, nec non tantum bona omnia, omnes cuiuscunque generis, sed etiam vitam ipsam conferre debemus, vt nos, & pios, de manu impiorum redimamus. Animæ quippe hominum

ginum sunt omnibus vasis, & vestimentis, & rebus aliis ecclesiasticis, pretiosiores, & proinde illis indulgendum tunc non est, & licite alienari pro his possunt: *l. sancimus* 21. *C. de sacrosanct. Eccles. can. aurum*, 12. *q.* 2. Caueant itaque, qui exigunt, ne abutantur exactis, neue in vsus alios conuertant: non enim personis Ecclesiasticis solum iniuriam irrogant, sed Deo, & pauperibus, quorum patrimonium abliguriunt. Deus autem non fallitur. Metuenda est execratio insuper sacri Prophetæ Dauidis, dum ait *Psalm.* 82. *Pone Principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee & Salmana: omnes principes eorum, qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti &c.* Sed & priuilegium exigendarum decimarum ecclesiasticarum, concessum intelligitur, dummodo enormiter non lædantur Ecclesię: *)cap. fin. de voto, apud Gregor.* vt aliquando accidit in Gallia: & nunc potissimum, (loquitur Tholosanus de suo tempore) dum Ecclesiasticæ personæ fructibus sacerdotiorum ab hæreticis spoliantur, & nihilo minus ab exactoribus istis decimarum, ad eas soluendas, misere & barbare adiguntur, contra constitutionem Bonifacii, qui statuit, solui decimas à sacerdotia possidentibus, pro rata pretii, quod à venditione, vel locatione fructuum, acceperunt, *in c.* 1. §. *declaramus autem, de decim. in extrauag. communib.* subductis etiam sumptibus, qui in colligendis, & excolendis fructibus impenduntur, in hac singularirer decima: *d. Clem.* 1. §. *in soluendo.* Cui tamen sanctioni harpyiæ quotidianæ obsistunt. Quo tempore cessare potius debeat tunc priuilegium, quod onerosum, & durum nimis sit: *c. suggestum, de decim. c. quid per nouale, de V. S.* & quando alteri subueniri non potest sine alterius læsione, iustius est alterum non iuuare, quam alium lædere: *can. denique*, 14. *q.* 5. *can. primum*, 22. *q.* 2.

(c) *Il semble que quelques grands personnages ont eu raison, de trouuer estrange, que nos Roys ayent si facilement laißé aux deputés du Clergé, (qui sont departis en sept villes, Paris, Thoulouse, Rouën, Lyon, Tours, Bourdeaux & Aix) la iurisdiction, mesme en dernier ressort, de tous les procés, & les differens, qui arriuent entre les Beneficiers, leurs Receueurs & commis, tant pour raison des deniers, qui se leuent sur eux; que de leur administration: comme porte l'Edict de Henry III. de l'an MDLXXX. d'autant que la cognoissance de tous ces droits, & ces comptes, qui s'en rendent, deuroit appartenir aux officiers du Roy, pour le grand interest qu'il a, de sçauoir, combien, & quelles sortes, de deniers se leuent en son Royaume, ce qu'ils deuiennent, & comment ils sont mesnagés:* Bret d. ch. 14. pag. 114. (Videntur magni nonnulli viri non absque ratione mirari, quod Reges nostri tam facile concesserint deputatis Ecclesiasticorum, (qui sunt dispertiti in septem ciuitates, Lutetiam, Tholosam, Rothomagum, Lugdunum, Turonum, Burdigalam, & Aquas Sextias) iurisdictionem, & quidem prouocationem nullam admittentem, omnium litium, quæ oriuntur inter

 assi-

officiarios, & illos, qui ab his collectas exigunt, tam propter nummos, quos exigunt, quam propter eorum administrationem, vt habet edictum Henrici III. factum anno MDLXXX. Etenim cognitio, & diiudicatio, de hoc negotio, vt & de rationibus, quæ propterea redduntur, deberet pertinere ad magistratus Regios, propter haud leue interesse Regis, quod hic vertitur, nempe, vt norit quantum pecuniæ, & quomodo, colligatur in Regno suo, quorsum perueniat, & qualis sit eius administratio.)

dd) Vide supra *lib. 2. cap. 7. lit. t.*

ee) In Gallia, in monasteriis, quæ regii iuris sunt, & fundationis, vel dotationis Regis, præbendæ sunt (laicæ), in quibus Princeps milites, membris mutilos, pauperes, etiam inuitis monachis alendos, quam diu vixerint, statuit. Et sæpe ita iudicatum Tholosæ à Curia suprema se vidisse testatur Tholosanus *d. syntagm. iur. lib. 15. cap. 23. n* 8. repugnantibus monachis largitioni regiæ, & codicillis eius. Nec mirum si Princeps ita possit statuere, cum præbendæ in fructibus consistant propria natura, quorum & laici capaces sunt.

ff) *Le Roy peut mettre vn oblat, non seulement és Monasteres de sa garde, & qui sont de fondation Ducale, & Comtale, moyennant qu'ils soient electifs, & qu'ils valent de reuenu mil, ou douze cens liures, pour le moins*: Estienne Pasquier, *d. liu. 3. de la recherch. de la France, chap. 30. circa f.* (Rex non solum hoc ius exercere potest in monasteriis, quæ sunt sub eiusdem tutela, & ab eo fundata, sed etiam in illis, quæ sunt fundationis alicuius Ducis vel Comitis, modo præbendæ sint electiuæ, ac pro reditu habeant, ad minimum mille, aut mille & ducentas libellas.)

gg) *Iamais ne fut, que les Princes & Republiques n'ayent pris soing de ceux, qui auoient esté rendus impotens par leurs guerres, en faisant seruice au public &c. Ceste mesme consideration a faicte entre nous, que s'il se trouue quelque pauure soldat, qui soit demeuré estropié de l'vn de ses membres, au seruice de la Republique en la guerre, nos Roys ont pleine puissance de leur assigner vne place de Religieux, pour leur viure, & sustentation, en certaines Abbaies, comme n'y ayant lieux plus-propres, où se puisse couurir leur calamité. Tel Religieux est par nous appellé Oblat, ou Religieux-lay,* (Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag. 503.*) *auquel ordinairement les Abbés, ou Prieurs, ordonnent pension à l'arbitrage des Parlemens, plus ou moins, selon la necessité du temps, & saisons: & sont nos Roys de tout temps en pleine possession de ce faire. Chose, à mon iugement,* (verba sunt d'Estienne Pasquier, *dict. chap. 30. fol. 168. lit. d.*) *qui vient d'vne tres-longue ancienneté. Car il ne faut faire nulle doubte, que du temps de la premiere institution des Abbés, & Moines, c'estoient personnes seculieres, qui ne tenoient nul degré en l'Eglise, encore que toute leur profession fust de prier Dieu en leurs cellules, &c. Or fut ceste premiere institution cause, à mon iugement, que nos*

Roys,

Roys, tant sous la premiere, que seconde lignée, ne porterent iamais tel respect aux Abbates, comme aux Euesches. (Principes & Respublicæ nunquam non prospexerunt illis, qui vtilitati publicæ in bellis inseruiendo, membris mutilati, & vulneribus impotes facti fuerunt. Idem etiam apud nos obseruatur, vt si eiusmodi pauper miles reperiatur, Reges nostri habeant plenam potestatem illi assignandi in certis Abbatiis, locum aliquem Monachi, vnde viuat ac sustentetur, & calamitati eius commode subueniatur. Talis à nobis appellatur *oblatus*, aut *religiosi ordinis sodalis laicus*: cui, regulariter, Abbates, & Priores assignant pensionem, ad arbitrium curiarum supremarum, modo maiorem, modo minorem, secundum necessitatem, & qualitatem temporum. Reges autem nostri semper hanc potestatem habuerunt, atque exercuerunt; ab antiquissimo tempore, vt meum fert iudicium. Extra dubium enim positum esse debet, Abbates & Monachos, dum primum instituerentur, fuisse personas seculares, non habentes vllum gradum Ecclesiasticum, licet tota illorum professio consisteret in fundendis ad Deum precibus, in suis cellulis. Atque prima hæc institutio causam præbuit Regibus, opinor, tam primæ, quam secundæ familiæ, vt nunquam tanti fecerint Abbatias quanti Episcopatus.)

hh) *Les soldats estropiats, & deuenus impotens au seruice du Roy, sont preferés à tous autres oblats: arrest MDLXXXI. pour vn nommé Veron. Cette ordonnance n'a lieu és benefices collatifs, ains electifs, & conuentuels, où il y a moines, s'ils demeurent hors, n'ont que trente liures, & s'ils resident, autant qu'vn Religieux*: Rochette *és decisions de plusieurs questions &c. tit. Abbés & Religieux fol. 16. b.* (Milites membris mutili, & impotentes facti in seruitio Regis, præferuntur omnibus aliis oblatis &c. Hæc constitutio non obtinet in beneficiis collatiuis, sed in electiuis, & conuentualibus, vbi sunt monachi: quod si eiusmodi miles oblatus degat in monasterio, tantum habet quantum alius Monachus; si extra monasterium degat, habet tantummodo triginta libras.)

ii) *L'oblat est le soldat, ou gendarme pauure, qui au seruice du Roy est demeuré perclus, & estropié de l'vn de ses membres, en cognoissance dequoy, le Roy luy peut assigner ses alimens sur quelques Abbaies, & Monasteres, qui se trouuent de la nature*: Estienne Pasquier *d. liu. 3. chap. 27. fol. 161. lit. b.*

kk) *Les Abbaies des Religieuses estans aussi originairement en la collation de nos Roys, ils eurent pareillement ce priuilege anciennement, de pouuoir colloquer vne pauure damoiselle en chaque Religion de Nonnains. On trouue vn arrest donné à la purification Nostre Dame, MCCLXXIV. dont la substance estoit telle:* Cum dominus Rex vtendo suo iure proprio in principio sui regiminis, post suam coronationem, in Abbatia sui regni de gratia sua possit ponere, videlicet, in monasteriis monachorum vnum monachum, in monasteriis

 monia-

monialium vnam monialem; ac moniales de Cussiaco, in monasterio suo, Abbatissæ regimine destituto, recipere non vellent quandam domicellam, quam Dominus recipi miserat; dicentes, quod Abbatissa carebant: Ordinatum fuit, quod dicta domicella poneretur in dicta Abbatia, & de bonis ipsius viueret, sed non vestiretur, donec creata esset Abbatissa. *Depuis ie ne voy pas, que l'on ait continué ce priuilege pour les femmes, mais bien aux hommes seulement*: Pasquier *d. liu. 3. chap. 30. circa f.* (Cum Abbatiæ religiosarum fœminarum etiam origine sua sub collatione Regis sint, Reges quoque antiquitus habuerunt potestatem, singulis illarum collegiis offerendi pauperculam nobilem. Reperitur sententia lata anno MCCLXXIV die purificationis Mariæ, cuius sensus hic est: *Cum Dominus Rex &c.* Ab illo tempore non deprehendi continuationem huius priuilegii, quoad fœminas; sed tantum quoad masculos.)

CAPUT III.

De pragmatica Sanctione, & Concordatis cum Pontifice Romano.

AD cognitionem status Ecclesiæ Gallicanæ, nec non iuris, quod vel Pontifici Romano, vel Regi, in prælaturas Ecclesiasticas, & clerum Regni Franciæ competit, maximè faciunt pacta inter vtrosque firmata, &, quæ illa antecessit, sanctio Pragmatica. Hæc vtilitatis intuitu, palladium Franciæ (*a*); causæ vero efficientis, Carolina sanctio dicta fuit. Carolus enim VII. anno MCCCCXXXVIII. conuocatis non Ecclesiasticis modo, sed etiam ex secularibus magno Statuum, vel membrorum Regni numero, Biturigibus eandem confecit, atque promulgauit (*b*). Ad instantiam nempe eorum, quorum intererat, pro conseruanda libertate Ecclesiæ Gallicanæ, ex Conciliis generalibus, potissimum Basileensi, & Constantiensi, certa decreta, & capitula collecta fuerunt (*c*), quibus Rex robur sanctionis addidit, & Pontificum conatibus opposuit (*d*). Variorum hæc sanctio fuit capitum, vt ex eiusdem tenore percipimus, nec modici quoque effectus (*e*); quamquam non eius, vt libertatem Ecclesiæ Gallicanæ in integrum resti-

restituerit, aut sartam tectam præstiterit (*f*). Cumque ad gustum Pontificum minime esset, cœperunt variis mediis vti, quo eandem è medio tollerent (*g*). Ita eo vsque Pius II. rem perduxerat, vt Ludouicus XI. eam reuocare pararet, sed Curiæ, & Vniuersitatis Lutetianæ monita sufflaminarunt effectum (*h*). Perstitit itaque hac vice, & conseruata etiam postea fuit, tam Statuum (*i*), quam Concilii Nationalis (*k*) cura, vsque ad tempora Francisci I. qui necessitate inductus, ex duobus malis minimum eligendo, cum Leone X. Pontifice transegit, anno MDXVI. pragmaticam infregit (*l*), & noua iniit pacta, quæ *Concordata* (*m*) dicta, reuera autem contractus, *do vt des*, fuit. His primum, tanquam libertati Ecclesiæ Gallicanæ ex parte contrariis (*n*), se opposuerunt Prælati Regni, Vniuersitas Lutetiana, ac Curia Parlamenti (*o*), sed frustra; ac statim remedium inuenit Pontifex, quo & illam (*p*), & hanc (*q*), sibi deuinciret. De singulis concordatorum capitibus (*r*) agere, propositi mei non est; ex multis hoc tantum attingam: Prouisionis ius, ad prælaturas regni, concordatis ita diuisum deprehendi, vt Regi denominatio, Pontifici collatio, competat (*s*): Nominationi (*t*) vero, quam per concordata exercet (*u*) Rex, (in qua sæpius à parte Regis, vt in collatione à parte Pontificis, peccatum fuit (*x*), summo Franciæ malo) certas præscriptas esse regulas. Dantur enim Regi sex menses ad nominationem faciendam summo Pontifici, instituendorum in prælaturis, à die vacationis computandi (*y*); & si nominatus primum, intra sex menses à summo Pontifice inuentus non fuerit idoneus, conceduntur alii tres menses, ad alium nominandum, qui sit idoneus; his temporibus elapsis, ius plenum conferendi, sine nominatione Regia, ad summum Pontificem pertinet (*z*). Putarunt alii, hoc nominandi, vel præsentandi ius, tanquam personale, cum Francisco I. interiisse, sed his contradictum (*aa*); illud extra dubium est, Regem de iure suo aliquid remittere posse (*bb*), & licet in exiguis nonnullis concordata non obseruentur ad vnguem (*cc*), quoad cætera tamen firma sunt. Denique, &

hoc

hoc notari meretur, affirmari à nonnullis, Regem, in Ducatu Britanniæ, nominandi hoc ius, de quo nunc diximus, non habere (*dd*).

Testes & Testimonia.

a) Arnisæus, *de subiect. & exempt. clericor. cap. 2. n. 4.*

b) *Ce fut en l'annee MCDXXXVIII. que le Roy Charles VII. conuoqua à Bourges vne grande, & solennelle assemblée, des Princes de son sang, officiers de sa couronne, des prelats, & personnes Ecclesiastiques de tous ordres, des gens de son grand Conseil, des Docteurs, tant de droit diuin, que humain, professeurs des Vniuersités generales, & autres personnes, en tres-grand nombre, choisies de tous les ordres: Et aprés, que de la part desdits prelats, & personnes Ecclesiastiques, & Vniuersités, au nom de l'Eglise Gallicane, eust esté represente l'ancien estat, & liberté de ladite Eglise Gallicane, & la miserable, & difforme condition, où elle estoit reduite, par les griefues vsurpations, & intolerables entreprises des Prelatures, & autres dignités, & benefices Ecclesiastiques, par les graces expectatiues, entierement contraires au droit, & souuent occasions d'attenter sur la vie d'autruy: & par multiplications, & innombrables concessions, & autres tres-griefues, & insupportables charges; & suppliée sa Maiesté, pour remedier à ces desordres, qu'il luy pleust d'authoriser certains decrets, ordonnances & statuts des Conciles generaux de Basle, & de Constance, qu'ils auoient iugé deuoir estre receus, & acceptés, & d'en faire vne pragmatique sanction; le Roy auroit confirmé, & approuué lesdits decrets, & ordonné à tous, de les obseruer inuiolablement:* Marc de Vulson *de la puissance du Pape, & des libertés de l'Eglise Gallicane, liu. 3. ch. 30. n. 21.* (Carolus VII. Rex, anno MCCCCXXXVIII, conuocauit Biturigum, ad solemnem, & magnum conuentum, Principes sanguinis, Officiarios coronæ, Prælatos, & personas Ecclesiasticas, omnium ordinum, magni consilii Senatores, Doctores, tam diuini, quam ciuilis iuris, Professores Vniuersitatum generalium, & alios magno numero, electos ex omnibus ordinibus. His in comitiis, postquam à Prælatis, & personis Ecclesiasticis, ac Vniuersitatibus, nomine Ecclesiæ repræsentatus fuerat antiquus status, & libertas Ecclesiæ Gallicanæ, ac simul expressa miserabilis, & deformis conditio, ad quam erat redacta, vsurpationibus prælaturarum, aliarum dignitatum, nec non & beneficiorum Ecclesiasticorum, per gratias expectatiuas, plane contrarias iuri, & sæpius incitantes ad insidias alienæ vitæ struendas; item, per multiplicationes, innumerabiles concessiones, & alia grauia ac intolerabilia onera; à Rege supplici oratione petitum fuit, vt, pro remedio, haud grauatim autoritatem impertiretur certis decretis, ordinationibus, & statutis Conciliorum generalium, Basileensis, & Constantiensis,

colle-

collectis eum in finem, vt reciperentur, & acceptarentur, atque ex iisdem fieret pragmatica sanctio. Consensit Rex, confirmauit ac approbauit illa decreta, iussitque ea inuiolabiliter obseruari.)

c) *Nous auons alambiqué la pragmatique sanction des Conciles de Constance, & Basle* : Estienne Pasquier *d. liu. 3. ch. 25. fol. 159. b. La pragmatique sanction est vn recueil de certains decrets, faits & arrestes au Concile de Basle, & acceptés par l'Eglise de France, assemblee a Bourges, sous l'authorité du Roy Charles VII. au mois de Iuillet, l'an M CCCC XXXVIII.* Coquille, *en l'histoire du païs, & Duche de Niuernois pag. 74.*

d) In dicto conuentu Bituricensi (*fut arresté tout à faict, que le Concile general estoit au dessus du Pape : que pour les Eglises metropolitaines, cathedrales, & collegiales, & autres dignités electiues, il seroit procede par election, qui seroient confirmées par leurs superieurs : que le Pape n'attenteroit rien sur cela, si non pour vne tres grande raison, & tres-vrgente necessité, dont seroit faite mention en ses bulles; & neantmoins, que les confirmations seroient apportees à Rome, pour passer sous l'authorité du sainct Siege, dont toutesfois les officiers de Cour de Rome ne prendroient rien ; que toutes reseruations generales des dignités electiues estoient prohibees, par lesquelles estoit ostée la libre faculté d'eslire, & de confirmer : comme aussi estoient ostées les particulieres des autres communs Benefices, & les collations d'iceux reseruées à leurs Euesques, & ordinaires; fors toutesfois, qu'en cas de preuention le Pape pourroit conferer vn benefice vaquant: comme aussi pourroit-il ordonner vn mandat d'vn benefice, au lieu où il y en auroit dix à conferer, & de deux, où il en auroit cinquante. Et pour le regard des proces; que l'on ne pourroit estre distraict de la France en la Cour de Rome, & que le Pape seroit tenu, de deleguer iuges in partibus, quand on appelleroit à luy: que nul ne pourroit estre euoque outre quatre iournees, hors son diocese, & domicile; que les annates, deports, & autres telles charges, seroient totalement bannies de l'Eglise. Et furent par mesme moyen les mains liées aux ordinaires en certains cas, leur estant enioinct d'auoir chanoines Theologueux; pour enseigner la parole de Dieu, ausquels fut cõmandé de faire deux fois la semaine leçon en Theologie: d'auantage, qu'en toute l'Eglise Cathedrale, la troisiesme partie des prebendes seroit affectée aux Gradués, qui seroient tenus chaque Caresme d'insinuer leurs nominations aux dioceses, sur lesquelles ils seroient nommés, & la premiere vacante leur appartiendroit, & les deux autres à ceux, qui seroient pourueus par les ordinaires*: Pasquier *d. liu. 3. ch 19. fol. 146. lit e. & seqq.*) omnino iudicatum fuit, generale Concilium esse supra Papam : Quoad Ecclesias metropolitanas, cathedrales, & collegiales, aliasque dignitates electiuas, electione vtendum, à superioribus confirmanda. Papam nihil debere in contrarium moliri, aut agere, nisi maximam ob rationem, & extremam necessitatem, cuius mentionem facerent eius bullæ ; nihilo minus confirmationes mitterentur Ro-

mam, vt autoritate sacræ sedis ederentur, ne tamen eius causa, quicquam ab officiariis Curiæ Romanæ exigeretur. Omnes reseruationes generales dignitatum electiuarum prohiberi, vtpote per quas impediretur libera facultas eligendi & confirmandi. Simul etiam prohiberi reseruationes particulares, aliorum communium beneficiorum, atque collationes eorum reseruari Episcopis, & ordinariis, addita hac exceptione, in casu præuentionis Papam posse conferre beneficium vacans: Eidem quoque licere mandatum vnum beneficii conferendi mittere ad locum, vbi decem essent, quæ conferenda; & mandata duo, vbi quinquaginta. De processibus ita vsum; non esse eundum ad Romanam curiam, & sic extra Franciam, sed Papam debere delegare iudices in partibus, quando ad illum prouocaretur: nullum debere vltra iter quatridui euocari extra suam diœcesin, & locum domicilii: Annatas, & similia onera, omnino dispellenda ab Ecclesia. Præterea, certis in casibus limitata fuit potestas ordinariorum, mandatumque, vt haberent canonicos Theologales, qui docerent verbum diuinum, & haberent singulis septimanis duas lectiones Theologicas. Sancitum porro, in omnibus Ecclesiis Cathedralibus tertiam partem præbendarum assignandam esse graduatis, qui tenerentur, in cuiusque anni quadragesima insinuare nominationes suas diœcesibus, ad quas nominati; illisque deberi primam vacantiam; & duas alteras illis, quibus prouisum per ordinarios.

e) *Ceste pragmatique sanction apporta quelque repos à nostre Eglise Gallicane, mais non à la Cour de Rome*: Pasquier *d. fol.* 146. *lit. h.* (Pragmatica hæc sanctio nonnihil quietis dedit Ecclesiæ Gallicanæ, haud vero curiæ Romanæ.)

f) *Ceste ordonnance, & pragmatique sanction, quoyque manque, & defectueuse, & ne remettant pas les Eglises de Gaule en leur originelle liberté, contre les attentats, & vsurpations des Papes, ainsi que la lecture d'icelle en fait foy, fut neantmoins la plus-vigoureuse, & genereuse, qu'aucune autre, qui eust esté faite auparauant*: Vulson *d. liu.* 3. *ch.* 20. *n.* 22. (Hæc pragmatica sanctio, quamquam imperfecta, nec earum virium, vt Ecclesiam Gallicanam restitueret in antiquam libertatem, contra attentata, & vsurpationes Pontificum, vt ex lectione eiusdem cognoscimus; fuit tamen omnium, quæ antea factæ erant, viuidissima & generosissima.)

g) *Tant le Pape Eugene IV. quoyque deposé par le Concile de Basle, que tous ses successeurs n'ont cessé d'employer tous moyens violens, & artifices cauteleux, pour la reuocation de la pragmatique sanction*: Vulson *d ch.* 20. *n.* 23. (Tam Eugenius IV. Papa, licet depositus à Concilio Basileensi, quam omnes successores eius in Pontificatu, non destiterunt omnia adhibere media violenta, & artificiosas cautelas, quo pragmatica sanctio reuocaretur.)

h) *Mesmes le Roy Louys XI. trente deux ans aprés, fut porté par les flatteurs*

teurs de Pie II. (auparauant appelle Æneas Syluius) & par mauuaise suggestion (ainsi que porte le cayer des trois Estats, de l'an M CCCC LXXXIII.) a la renoquer, saus aucune precedente deliberation d'Estats, ou de l'Eglise Gallicane. (Ipse Rex Ludouicus XI. triginta duobus annis post, permotus ab adulatoribus Pii II. & malis suggestionibus, vt dicitur in codicillis trium Regni Statuum anno MCCCCLXXXIII.) reuocauit pragmaticam sanctionem, haud præuia vlla deliberatione Statuum, aut Ecclesiæ Gallicanæ.) Vulson *d. n.* 23. Qui vero plurimum intercessit apud Ludouicum, vt pragmatica supprimeretur, dicitur Iohannes Attrebas Episcopus, vt liquet ex rescriptis Pii ad Ludouicum, & Ludouici ad Pium, nauante quoque in hoc suam operam Cardinale Gothofredo, Albiensi Episcopo; ac, vt obtineret, promittente, Pontificem missurum in Galliam Legatum, sacerdotiorum conferendorum causa, ne nummi transferrentur. Vbi vero Ludouicus reuocationi pragmaticæ annuit, fertur, Romanos adeo ei insultasse, vt eum, velut nocens & vile mancipium, traducerent per compita vrbis; ac cum tanta lætitia Pium abrogationem audiuisse, vt in illius abrogationis gratiam duos Cardinales crearet, Iohannem illum Attrebatensem, & Ludouicum Alebretum, mitteretq; ad Regem ensem benedictum, vagina inclusum, ornata gemmis, & auro, atque his versibus inscriptis:

Exerat in Turcas tua me, Ludouice, furentes
Dextera, Graiorum sanguinis vltor ero.
Corruet imperium Mahumetis, & inclyta rursus
Gallorum virtus, te, petet astra, duce.

Roussel *lib. 2. histor. iurid. Pontif. cap. 4. n. 14. pag. 135. Mais, le Procureur general du Roy, & le Recteur de l'Vniuersité de Paris, s'opposerent formellement à l'enregistrement, & execution des lettres, sur ce octroyées. Et ce fut lors que le Roy voulut auoir par escrit l'aduis de ladite Cour de Parlement de Paris, qui fut en somme, que de la reuocation de la pragmatique sanction, s'ensuiuroient, entre autres inconueniens, (1.) la confusion de tout l'ordre Ecclesiastique. (2.) le depeuplement des subiects du Royaume. (3.) l'espuisement des deniers, par le transport hors d'iceluy. (4.) la ruine, & desolation totale des Eglises de France:* Vulson *d. n.* 23. (Verum Procurator Regis generalis, ac Rector Vniuersitatis Lutetianæ, intercesserunt formaliter, ne literæ hac de re conscriptæ ad acta referrentur, aut executioni mandarentur. Atque tunc demum Rex expetiuit in scriptis sibi offerri Parlamenti Lutetiani iudicium, quod summatim docuit, reuocationem pragmaticæ sanctionis, inter alia inconuenientia, introducturam, I. confusionem totius ordinis Ecclesiastici. II. solitudinem subditorum Regni. III. exhaustionem nummorum, per transportationem extra Regnum. IV. ruinam, & desolationem totalem Ecclesiarum Franciæ.)

i) Les trois Estats de ce Royaume, assemblés à Tours, par le premier article de leur requeste, ou cayer, presenté au Roy Charles VIII. en l'année MCCCCLXXXVII. requirent instamment sa Maiesté, de faire garder & entretenir inuiolablement la pragmatique sanction, attribuans la principale cause de la desolation du Royaume, à l'infraction d'icelle, faite par diuers moyens, & cauteleux artifices, par les Papes, depuis le decés de Charles VII. Vulson *d. l. n.* 25.

k) De mesme au Concil national, que fit assembler Louys XII. en ladite ville de Tours, en l'année MDX. fut resoluë l'obseruation entiere de ladite pragmatique sanction: Vulson *d. l. n.* 26.

l) En fin le Roy François I. consentit à l'abolition de ladite pragmatique sanction, & accepta, au lieu d'icelle, certains articles, contenus au Concordat fait entre luy, & Leon X. La preface de son Edict, du XIII. de May, MDXVII. tesmoigne, qu'il fut contrainct à cela faire. Car en icelle est dit, qu'auant ladite pragmatique sanction, les choses estoient en vn tres-miserable estat, le Royaume estant entierement espuisé d'argent, les Prelats priués de pouruoir aux charges sacerdotales, les estrangers pourueus par le Pape des principales charges, & benefices Ecclesiastiques, les viuans en danger de mort, par le moyen du grand nombre des graces expectatiues: Neantmoins, voyant ses affaires en peril, il auoit esté porté s'accommoder au temps, & de deux maux choisir le moindre, puisque la raison, la difficulté du temps, & la presente necessité, le requeroyent ainsi: Vulson *d. l. num.* 27. (Tandem Franciscus I. consensit, vt pragmatica illa sanctio abrogaretur, & acceptauit, in locum eius, certos articulos, qui continentur in Concordato, facto cum Pontifice Leone X. Præfatio edicti, quod fecit XIII. Maii, anno MDXVII. testatur, Regem ad hoc coactum fuisse. In illa enim dicitur; ante hanc sanctionem pragmaticam, miserabilem rerum statum fuisse: Regnum omnino exhaustum pecunia; Prælatis ademptam potestatem prouidendi officiis sacerdotalibus; extraneis à Papa assignata principalia officia, & beneficia Ecclesiastica: viuos in periculo mortis, propter ingentem numerum gratiarum expectatiuarum. Nihilo minus, cum videret res suas in magno constitutas periculo, permotum fuisse tempori cedere, ac ex duobus malis eligere minus, quoniam ita requireret ratio, difficultas temporis, & præsens necessitas.) Vel, vt Roussellus *lib.* 2. *histor. Pontif. cap.* 4. *n.* 15. *pag.* 136. scribit; Rex satis suæ spontis non erat, professus se inuitum abrogationi pragmaticæ consentire, ob idque solum, vt auerteret Leonem, confœderatum aduersus se, Regnumque suum, nihilque non molientem, vt illam euerteret, paratum etiam toti Regno sacris interdicere, & si anno integro in censuris maneret, illud exemplo Iulii, prædæ exponere. Cui declarationi fidem faciunt periculosa bella, quæ Carolus V. Italos Proceres, tam sacros, quam profanos, possidens, ei suscitauit, aduersus quæ promptum putauit auxilium, si Papam sibi quoquo modo conciliaret: nec conciliatio-

ni lo-

ni locus esse poterat quam suffocata hac pragmatica, ad nauseam vsque exosa. Condonandum ergo est optimo Regi, si omnem expediendæ salutis rationem honestam putauerit. Quod si in hoc errauit, at sane maius peccatum habuit, qui illum adegit vt peccaret. Ex hac autem abrogatione prodierunt isti versus:

Prata, vorax mulier, frendens Leo, rodit vtrumque:
Prata, Leo, mulier, sulphuris antra petant.
Prata, Leo, consorte carent, mulierque marito:
Connubio hos iungas, Cerberus alter erunt.

Nam Leo Pontifex, Regina mater, & Prata Cancellarius, habebantur autores istius facinoris; quod quantopere displicuerit docent hi versus. Vide eundem Roussellum, *d. cap. pag. 137. & seqq.*

m) La seule signification de la diction monstre, que le traicté ne fut pas proprement faict pour choses si sainctes; car concordat, & transaction, c'est tout vn, qui se fait en donnant, ou en quittant, ce qui a forme de Simonie, en telles affaires: c. super eo, de transact. aussi, les vieux brocards, faits de ce temps là, disoient, que c'estoit, do vt des: Coquille, *en l'histoire du pais & Duché de Niuernois, pag. 75.* (Vel sola nominis significatio docet, hunc tractatum impertinenter confectum de rebus adeo sanctis. Concordatum enim, & transactio, quæ fit dando, vel remittendo, vnum idemque notant: qui actus, eiusmodi in negotiis, Simoniam sapit: *c. super eo, de transact.* Ita etiam dicteria, quæ tum temporis circumferebantur, declarabant, esse contractum, *do vt des.*)

n) Ce Concordat abolit voirement la pragmatique sanction de Bourges, si odieuse aux Papes; & fut vne tres-grande infraction aux libertés des Eglises de Gaule, mais non l'entier aneantissement d'icelles: Vulson *d. l. n° 32.* (Hoc Concordatum reuera aboleuit pragmaticam sanctionem Bituricensem, adeo exosam Papæ; & maxime infregit libertates Ecclesiæ Gallicanæ, sed non omnino eas sustulit.)

o) Les Prelats, & les Vniuersités, & la Cour de Parlement, rapporterent toutes resistances possibles, pour cuider empescher l'effect dudit Concordat, iusques là, que l'Vniuersité de Paris, aprés grande & meure deliberation, en interietta appel au futur Concile legitime, & qui seroit assemblé en lieu seur, & commode: disant, que par ce concordat, fait sans appeller, & ouir ceux, qui y auoient interest, s'ensuiuroit la ruine entiere de l'Eglise Gallicane, la diminution de tout le Royaume, & l'oppression de l'Vniuersité. Et en expedia lettres patentes, scellées du seel de ladite Vniuersité, contenans bien au long les griefs & motifs dudit appel, qui sont imprimées tout au long au liure intitulé, Fasciculus rerum expetendarum, & fugiendarum, *imprimé à Basle, en l'an MDLV.* (Prælati & Vniuersitates, vt & Curia Parlamenti, restiterunt, quantum in ipsis fuit, quo minus

minus concordatum sortiretur effectum, vsque eo, vt Vniuersitas Parisiensis, post magnam, & maturam deliberationem, appellaret ad futurum Concilium legitimum, habendum in loco securo, & commodo; declarans hoc concordatum secum tracturum ruinam Ecclesiæ Gallicanæ, diminutionem totius Regni, & oppressionem Vniuersitatis; addidit literas patentes, sigillatas sigillo Vniuersitatis, quibus exprimebantur longo catalogo grauamina, & causæ appellationis, quæ typis post excusæ fuerunt Basileæ, anno MDLV. & insertæ libro, cui titulus, *fasciculus rerum expetendarum, & fugiendarum.*)

p) *Afin que les Vniuersités de France, qui auoient lors plus de pouuoir, qu'à present, & qui auoient moyenné la pragmatique sanction, n'empeschassent cest accord, on leur laissa la nomination des benefices mineurs, pendant huict mois de l'année, au profit des gradués simples, ou nommés.* (Ne Vniuersitates Franciæ, quibus tunc maior erat potestas, quam hodie, & quarum opera confecta fuerat pragmatica sanctio, impedirent concordatum, permissa illis fuit nominatio ad beneficia minora, intra octo menses, cuiusque anni, in emolumentum simpliciter graduatorum, aut nominatorum: Loyseau *des droits des offices, liu. 1. chap. 3. n. 13.* Adde quæ annotaui supra *in capite primo huius libri 3. lit. tt.* & Papon. *lib. 2. arrestor. tit. 5. de graduatis.*

q) *On donna l'indult au Parlement de Paris, a fin de verifier, & maintenir le concordat.* (Parlamento Lutetiano datum fuit indultum, eum in finem, vt in acta referret, & approbaret concordatum.) Loyseau *d. l. n. 14.* Præsides, consiliatii, actuarii, ciuiles & criminales, itemque præsentationum; vt & quatuor notarii, & Secretarii Curiæ, indultis Pontificum iamdudum id priuilegii sunt adsecuti, vt à Rege, & Prælatis, ad tenenda beneficia vacantia, quæ sub eorum sunt dispositione, nominari possint, & in ipsorum defectum, à delegatis ad eum finem: Papon. *d. lib. 2. tit. 6. arrest. 1.*

r) Rebuffus scripsit *commentarium supra concordatorum textum.*

s) *Le concordat fit en effect vn vrai partage du droit de prouision des benefices de France, par lequel la prouision des prelatures fut attribuée au Consistoire de Rome, auec le droit d'annate, pour l'entretien des Cardinaux, & la nomination d'icelles au Roy:* Loyseau *d. l. n. 14. à la nomination duquel, le Pape donna tous Eueschés, Abbayes, & benefices, qui estoient anciennement electifs, & en contr'eschange de ce, fut le vaquant de la premiere annee, de toutes ces dignités, accordé au Pape:* Pasquier *d. liu. 3. chap. 19. fol. 147. d.* (Concordatum in effectu introduxit veram diuisionem iuris prouidendi ad beneficia Franciæ, quo prouisio prælaturarum attributa fuit Consistorio Romano, vna cum iure annatarum, ad sustentationem Cardinalium, nominatio autem ad easdem, cessit Regi. Sic Papa, ad nominationem Regis, dedit omnes Episcopatus, Abbatias & beneficia, quæ olim erant submissa electioni; & hostimenti loco accepit fructus primi anni vacantium harum dignitatum.) Sic

ergo

ergo Episcopatus, & Abbatiæ, ad nominationem Regiam pertenerunt, eneruata electionis antiqua formula: Tholosan. *dict. syntagm. lib.* 15. *cap.* 13. *num.* 11.

t) Huius nominationis præcipua capita hæc sunt, vt non habeat locum, nisi in pure electiuis dignitatibus; non in collatiuis, cuiusmodi sunt quæ in patronatu consistunt, vel quæ eligendo conferuntur, nec Episcopi, vel superioris, confirmatione indigent: denique in quibus vacantibus non ideo Ecclesia pastore viduatur: quapropter Decanatus huic non subiacet, nec quæcunque alia capitularis dignitas, à Capitulo eligi solita, & eligendo confirmari: nec claustralis, vt Prioratus, qui superiorem habet: nec etiam Episcopalis, aut Abbatialis, si qua est iure speciali collatiua, id est, ad alicuius collationem, vel nominationem pertinens. Declarauit etiam Pontifex, se per hoc concordatum nolle in aliquo præiudicare Capitulis Ecclesiarum, Monasteriorum, & Prioratuum, quæ priuilegia proprium eligendi Prælatum à sede Apostolica obtinuerunt, quin libere ad electionem Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum & Priorum, procedere possent, dummodo priuilegium huiusmodi literis Apostolicis, vel aliis authenticis consignata, legantur, probatione testimoniali prorsus reiecta. Verum frustra fuit hæc exceptio; nam decisum est, nullam esse primariam dignitatem, quæ à Rege non pendeat, seu iure coronæ, seu fundationis; quo vltimo præsumuntur omnes Ecclesiasticæ dignitates primariæ, nisi liquidis titulis contrarium appareat. Itaque non valet iamdiu apud nos hæc exceptio, suspensa videlicet à Clemente VII. in gratiam Francisci I. Regis. Ergo nominatio Regia continetur solis electiuis primariis dignitatibus, quæ superiorem in claustro; & conuentu, non habent, quæ confirmatione indigent, quæque non sunt in patronatu: attenditur autem qualitas præsentis temporis: Roussel *in histor. iurid. &. Pontif. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 13. 14. 15. *pag.* 172. *& seq.* vbi alia multa, ad hanc rem pertinentia, consignauit.

u) *Plusieurs metten en auant, que le droit de nomination, que nos Roys ont sur les Euesches, les Abbayes, & les autres benefices; qu'on appelle consistoriaux, leur appartient de toute antiquité. Et que pour preuue de leur dire, ils rapportent des exemples de plusieurs Euesques, qui ont esté institués, & destitués, par leur commendement; comme l'escriuent Gregoire de Tours, & Flodoart, en ses Chroniques. Les autres disent, que ce priuilege leur a esté concedé seulement du temps de Pepin, à qui le Pape Zacharie donna la puissance, de pouruoir aux plus hautes dignités de l'Eglise: mais ie ne puis estre de leur aduis:* (inquit Bret *d. lib.* 1. *de la souuer. du Roy, ch.* 17. *pag.* 130.) *car il est certain, que nos Roys n'ont eu ce pouuoir, que depuis le concordat, que fit François I. auec le Pape Leon, en l'année M D XVI. Et ie ne me puis persuader, que le Pape Zacharie aye iamais accordé ce droit à nos Roys purement, & simplement, pour en vser absolument & tousiours;*

mais

mais bien en de certaines occasions, & en ce cas de necessité. I'estime donc, que ce droit de nomination, qui appartient à nos Roys, vient proprement de ce, qu'auparauant le concordat ils auoient accoustume, de confirmer les elections des prelats, & des Euesques. Car c'estoit l'ancienne coustume de l'Eglise, que le peuple, & le clergé estans assemblés, ils eslisoient leurs pasteurs, selon l'exemple, que leur auoient donné les Apostres, & comme Iustinian l'ordonna, par sa Nouuelle 123. ce qui se pratiquoit particulierement, en ce Royaume. Mais comme toutes choses degenerent de leur premiere perfection, & qu'il n'est rien au monde de si sainct, ny de si sacre, que l'ambition des hommes ne corrompe, auec le temps: aussi depuis que l'on eust recogneu, que l'on ne procedoit plus à ces elections, que par brigues, par faueur, &, le plus souuent, par violence (comme le remarque Ammian Marcellin, en son liure 27. quand il rapporte, qu'en l'election de Damasus il y eut cent trente sept hommes tués dans l'Eglise; & Ruffin au liu. 11. ch. 11. recite, qu'en l'election d'vn Euesque de Milan, il suruint parmy le peuple vne telle sedition, que la ville fut presque toute ruinée; dissensio, inquit, grauis & periculosa, vrbi propriæ maturum parabat exitium) *l'on abolit peu à peu l'vsage de ces elections en France, pour ce qui estoit des Eglises Metropolitaines, Cathedrales, & conuentuelles, reserué de quelques vnes, qui furent exceptées, par les ordonnances. Le succes de ces elections, s'estant par experience troué le plus-souuent incertain, n'estant fondé que sur l'aueugle iugement des hommes, qui se trompent d'autant plus lourdement en leur chois, que Dieu mesme se repentit de l'election, qu'il auoit faicte de Saul, comme le rapporte sainct Hierosme, en l'Epistre. 48. où il excuse l'Euesque, qui auoit conferé le Diaconat à Sabinian*; nec mirum quamuis sanctum hominem, tamen in homine deligendo potuisse falli; cum & Deum pœniteat, quod Saul in Regem vnxerit: *De façon que pour ces raisons considerables, les elections estans ostees, nos Roys, au lieu du droit, qu'ils auoient, de les confirmer, ils ont maintenant, en suitte des concordats, le pouuoir de nominer aux Eueschés ceux, qu'ils veulent. Et bien que cela appartient aux Papes* iure proprio, *comme il est dit* in can. si Imperator, dist. 96. Non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus Deus voluit Christianæ religionis sacerdotes, & clericos, ordinari & discuti: *neantmoins ils ont agreable, que nos Roys vsent de ce droit, à l'exemple de Sainct Pierre, de qui S. Iean Chrysostome, au discours qu'il fait de l'election de S. Matthias, & de S. Barnabe, disoit:* Quid? annon licebat ipsi Petro eligere? licebat, & quidem maxime; sed id non fecit, ne cui videretur gratificari. *Et pour le regard de Prelatures, & des Abbayes, qui ont esté exceptees par les concordats, & qui sont demeurées electiues, comme deuant, le Roy s'est encore retenu le droit, qu'il auoit de les confirmer, & d'en donner son breuet, sur lequel le Pape donne ses bulles de prouision, & non autrement.* (Multi docent, ius, quod habent Reges nostri, denominandi ad Episcopatus & Abbatias, aliaque beneficia, quæ appellantur consistorialia, illis

illis competiisse, ab omni antiquitate. Pro fundamento adducunt exempla plurimorum Episcoporum, qui fuerunt instituti, ac destituti, iussu Regum, vt legere datur apud Gregorium Turonensem, & Flodoardum, *in Chronicis*. Alii dicunt, priuilegium hoc illis modo datum fuisse tempore Pipini, cui Papa Zacharias concesserit potestatem nominandi ad maximas dignitates Ecclesiæ. Verum non possum illis assentiri. Certum enim est, quod Reges nostri non habuerunt hanc potestatem, nisi post concordata, facta inter Franciscum I. & Leonem P. M. Nec adduci possum vt credam, Zachariam vnquam contulisse hoc ius Regibus nostris pure & simpliciter, vt eo vterentur absolute, & semper, sed tantum in certis occasionibus, & casu necessitatis. Mea ergo est opinio, hoc nominandi ius, quod ad Reges nostros spectat, proprie inde promanare, quando ante Concordata consueuerunt confirmare electiones Prælatorum, atque Episcoporum; fuit enim antiqua consuetudo Ecclesiæ, vt populus & clerici, congregati eligerent suos Pastores, (ad exemplum Apostolorum, & constitutionem Iustiniani, *Nouell.* 123.) quam specialiter in hoc Regno obseruatam nouimus. Verum, vt omnia degenerant à prima perfectione, nec quicquam tam sanctum, sacrumve in orbe est, quod ambitio hominum temporis tractu non corrumpat; ita, postquam apparuit, electiones istas haud aliter, quam ambitu, fauore, & sæpius interueniente violentia peragi (vt annotauit Ammianus Marcellinus, *in lib.* 27.c.6 quando refert, in electione Damasi centum & triginta septem viros in Basilica peremptos fuisse; & Ruffinus, *lib.* 11. *cap.* 11. scribit, in electione cuiusdam Episcopi Mediolanensis, inter populum adeo grauem subortam fuisse seditionem, vt tota fere ciuitas ab exitio haud procul abesset) pedetentim vsus earum electionum in Francia cœpit abrogari; quantum quidem attinebat Ecclesias metropolitanas, cathedrales, & conuentuales, reseruatis paucis, quæ fuerant exceptæ per constitutiones, experientia testimonium ferente, quod successus illarum electionum vt plurimum esset incertus, non aliunde dependens, quam à cæco hominum iudicio, qui se in electionibus suis insigniter decipiunt, & tanto quidem magis, cum etiam diuinum Numen pœnituerit electionis Sauli, prout refert S. Hieronymus, *Epistola* 48. vbi excusat Episcopum, qui contulerat Diaconatum Sabiniano. Sic ergo, has ob rationes considerabiles, electionibus cessantibus, Reges nostri in locum iuris, quo vtebantur in illarum confirmatione, nunc vi concordatorum habent ius ad Episcopatus nominandi, quos volunt. Licet vero hoc competat Pontificibus iure proprio, vt loquitur *can. si Imperator, dist.* 96. attamen illis placet, nostros Reges eo vti iure, ad exemplum S. Petri, de quo S. Iohannes Chrysostomus, discursu, quo agit de electione S. Matthiæ, & S. Barnabæ, dicit: quid? annon licebat ipsi Petro eligere? licebat, & quidem maxime; sed id non fecit, ne cui videretur gratificari. Quantum autem attinet

tinet Prælaturas, & Abbatias, quæ per concordata exceptæ sunt, & electiuæ manserunt, vt erant antea, Rex etiam sibi reseruauit ius, quod habuit, confirmationis nimirum, & dandi diploma suum, quod sequitur bulla prouisionis Pontificiæ, non aliter.)

x) Vide supra *lib.2.cap.7.lit.u.*

y) In Gallia nominationis potestas, & tempus, ad Prælaturas, sex mensium, vel nouem in repetita nominatione, currit Regi à tempore vacationis, non à tempore scientiæ: *§.1. de Reg. ad Præl. nom. in concordatis.* Vbi vacat dignitas virilis, tenetur Rex, intra sex menses, idoneum hominem, videlicet in Theologia, aut in vtroque, seu in altero iurium, Doctorem, vel Licentiatum, in Vniuersitate celebri, cum rigore examinis, promotum, nominare, & viginti septem annorum, ad minus natum: de quibus tamen qualitatibus Papa dispensare potest Regis consanguineum, aut Monachum eminentis literaturæ, sed tantum quoad Archiepiscopatus, aliaque secularia beneficia, non etiam regularia. Verum profecto nimis facile dispensat. Quoti enim istis qualitatibus præditi reperiuntur nominati, & prouisi? Statuerat autem in comitiis Blœsensibus Henricus III. neminem se nominaturum, nisi qui huiusmodi esset, & insserat, vt nominatus examinaretur ab Episcopo, vel Archiepiscopo, & duobus Theologis. Sed tutius esset, neminem nominari, nec nominatum admitti, nisi qui Theologiæ Doctoraturam optimo Marte meruisset: Sic enim dignitas Ecclesiæ, quæ maxime viget in doctis, & bene moratis Præsulibus (à doctrina autem præclari mores plerumque nascuntur, vt ab ignorantia praui) facile restitueretur. Idque absolute addi concordato debuerat; siquidem nemo nescit, quam facile gradus iurium obtineatur, vt ex illis doctus & capax præsumi non debeat. Deinde satisne est Pastori, vt sit Iurisconsultus, vel Medicus, aut Grammaticus, ignorans scientiam Theologalem, per quam oues suas regere illis necesse est, si eas ad opima pabula conducere velit? Vix autem attingit illum Theologiæ Doctoratum, nisi qui per liberalium artium tramites transierit, & studiis aculeos carnis retuderit: Roussel, *Historiæ iurisdict. Pontif. lib. 2. cap. 6. num.19.*

z) D.§.1. Tholosan. *in syntag.lib.17.c.9.n.25.* Quod si Rex minus idoneum nominauerit, quamuis dicatur, in sua nominatione variare illum non posse; tamen, si nominatus repudietur à summo Pontifice, (at quotus repudiatus est?) potest alium intra sex menses referre, computandos à die refutationis indictæ, solicitanti prouisionem. His autem elapsis, si Rex vel nullum, vel adhuc non idoneum præsentauerit, tunc ad Papam plenissime prouisio spectabit. Sed idoneum Papa recusare nullatenus potest, neque etiam ex consilio omnium Cardinalium, nec solus minus idoneum admittere. Nam recusatus idoneus recte admittetur à Capitulo, quasi resurgente illo iure

iure, quo eligentibus Canonicis solebat adhiberi Regis consensus; quemadmodum olim, quando electum à Capitulo Episcopus Romanus, sine rationabili causa, reiiciebat, quorundam fuit opinio, potuisse tunc illum, quia non erat superior, ad quem recurrere posset, recte administrare & spiritualia, & temporalia, ne in his Ecclesia detrimentum pateretur: Roussel *d. c. 6. n. 20.*

aa) Eligendi ius definitum fuit concordatis, inter Papam ab vna parte, & Regem Franciæ ab altera: per ea quippe Rex habet ius præsentandi prædicto Papæ viros idoneos ad beneficia electiua vacantia. Et nihilo minus tamen post mortem Regis Francisci I. ius hoc præsentandi, velut personale, extinctum videtur: Quare in beneficiis vacantibus factæ fuerunt, per complurimos Conuentus, & Capitula, Electiones, iuxta formam capituli, *quia propter, de elect.* additis ad maiorem securitatem solemnitatibus, conscriptis à Concilio Basileensi. Huic rei sistendæ, Rex Henricus summa celeritate breuem à Papa impetrauit, sub annulo Piscatoris, quo continebatur continuatio prædicti concordati ad vnum annum, vsque quo amplior expeditio procederet. Prædictum indultum publicatum. Religiosi S. Saturnini tum elegerunt Abbatem, vnum ex ipsorum corpore, vacatione videlicet exorta, à quo Procurator Catholicus Regis in maiori Consilio appellauit, tanquam ab abusu, eiusque appellatio in prædicto Consilio admissa fuit, & arresto XXVI. Aug. M D XLIX. pronunciatum, male & abusiue processum fuisse & electum, omniaque irritata, & cassata fuerunt: Papon. *arrest. lib. 5. tit. 1. arresto 2.*

bb) Charles IX. cedant en cela du droict, que le Concordat luy auoit acquis, sur la plainte, & requisition des trois Estats, assemblés à Orleans, en l'an M D LX. ordonna, qu'à l'aduenir tous Archeuesques seroient esleus, & nommés; à sçauoir, les Archeuesques par les Euesques de la prouince, par le Chapitre de l'Eglise Archiepiscopale: les Euesques par les Archeuesques, Euesques de la prouince, Chanoines de l'Eglise Episcopale, & par douze gentilshommes, qui seront esleus par la Noblesse du diocese; & douze notables bourgeois, qui seront esleus en l'hostel de la ville Archiepiscopale, ou Episcopale; tous lesquels conuoqués à certain iour, par le Chapitre du Siege vaquant, & assemblés, comme dit est, s'accorderont de trois personnages, des suffisances, & qualités requises par les saincts Decrets, & Conciles, aagés du moins de trente ans, qu'ils presenteront à sa Maiesté, pour par elle faire election de celuy de trois, qu'elle voudra nommer à l'Archeuesché vaquant : Vulson *d. liu. 3. ch. 20. n. 31.* (Carolus IX. recedens à iure, quod sibi à concordatis assignatum, ad preces & instantiam trium Regni ordinum, congregatorum Aureliæ, anno M D LX. constituit, vt in posterum omnes Archiepiscopi, & Episcopi, eligerentur, & nominarentur; nempe Archiepiscopi ab Episcopis prouinciæ, Canonicis Ecclesiæ Archiepisco-

piſcopalis; Epiſcopi ab Archiepiſcopis, Epiſcopis prouinciæ, Canonicis Eccleſiæ Epiſcopalis, ac duodecim Nobilibus, ad hoc electis à Nobilibus, ſub illa diœceſi commorantibus, & duodecim notabilibus ciuibus, qui eligi deberent in curia ciuitatis Archiepiſcopalis, aut Epiſcopalis. Omnibus his ad certum diem conuocatis à Capitulo ſedis vacantis, & congregatis, vt dictum, deberent conſentire in tres perſonas, eius ſufficientiæ, & qualitatum, quæ requiruntur à ſacris decretis, & concilijs, ætatis ad minimum triginta annorum, quas præſentarent Regi, vt per illum eligeretur vna ex tribus, quam vellet nominare ad Archiepiſcopatum, aut Epiſcopatum vacantem.)

cc) In Gallia ſublatæ ſunt Conſtitutiones curiæ, aut Cancellariæ Romanæ, quæ burſales dicuntur, & annatæ, ſeu taxationes beneficiorum, quas non ſoluunt Galli, nec tenentur in impetratione exprimere verum valorem beneficii, etſi de his quædam compoſitiones ſoluantur. Et notat Rebuffus, non fuiſſe expreſſionis valoris beneficiorum regulam receptam in Gallia, licet fuerit ſtatutum in concordatis, *rubr. de mandat. apoſtol. in fine*, quod verus valor exprimatur, alioquin gratiæ ſint ipſo iure nullæ: Tholoſanus *in ſyntag. lib. 33. cap. 33. n. 44. & 45.*

dd) Armoricæ Britanniæ Ducatu ad Galliæ Reges delato, Romani Curiales aiunt, ad illum non extendi concordatum de nominationibus, ideoque ſingulos Reges, à ſingulis Pontificibus maximis indulta obtinere debere, quorum gratia poſſint ad vacantes Epiſcopatus, & Abbatias, iſtius regionis, nominare. Et cum Henricus IV. indultu non impetrato, Oſſatium, qui poſtea fuit Cardinalis, pro Epiſcopatu Rhedonenſi nominaſſet, fertur Pontifex Max. Clemens VIII. in Regis gratiam diſſimulaſſe, quod in altero forte non tuliſſet; prout reſcripſit Cardinalis Perronius, ad ipſum Henricum, XIII Mart. MDXCVI. Rouſſel *d. lib. 2. cap. 7. n. 45.*

CAPVT IV.

De Iurisdictione Eccleſiaſtica.

PRimitiua Eccleſia Chriſtiana potius notionem, audientiam (*a*), & cenſuram (*b*), quam iurisdictionem (*c*), in ſui corporis membra (*d*) habuit. Ea vero, quam poſtea exercuit, ac hodie exercet, non diuinæ, ſed humanæ originis eſt (*e*); & vel ab vſurpatione clericorum, vel à permiſſione Imperatorum, ac Principum ſecularium, vel ſpontanea laicorum ſub-

ſubmiſſione, orta (*f*). Hæc pedetentim in ampliſſimam, variis cauſis cooperantibus, excreuit (*g*); & ita ab ipſis clericis extenſa, vt immenſa fere, ad tempus, fuerit. *Primo* enim, cum clericos à iuriſdictione ſeculari omnimodo eximerent, clericis etiam accenſebant omnes, qui tonſuram acceperant, etiamſi vxorati eſſent, & functionem, longe ab eccleſiaſtica alienam, obirent (*h*). *Deinde*, exemptionem à iuriſdictione ſeculari etiam ad mobilia bona clericorum extendebant (*i*). *Tertio*, in quacunque cauſa mala fides, atque ita peccatum, interuenire dicebatur, ſuæ iuriſdictioni locum dari aſſeuerabant (*k*). *Quarto*, cognitionem de teſtamentis, tanquam rei conſcientiam hominis attingentis; vt & executionem teſtamenti, ſibi, vt propriam, attribuebant (*l*). Vt &, *quinto*, illas quoque, de quibus cum clerico vnus, vel plures laici, tanquam coheredes, condebitores, vel correi, conueniendi erant (*m*). *Sexto*, cauſas difficiles, potiſſimum quæ iuris ambigui, propter diuerſas Iuriſconſultorum opiniones (*n*). *Septimo*, præſupponentes defectum, negligentiam, vel ſuſpicionem, in iudice laico, litem iam cœptam ad ſuum trahebant tribunal (*o*). *Octauo*, cauſas miſerabilium perſonarum ad ſe pertinere prætendebant (*p*); non minus, quam, *nono*, crimina, quæ nominabant Eccleſiaſtica (*q*); & præter hæc etiam alia (*r*). Sic ſcilicet manum ad varia negotia ſecularia admouebant, dum vix vllus illis audebat contradicere, metu certæ excommunicationis. Tandem tamen in Francia, ſed ſatis ſero, edicto, anno MDXXXIX. breuibus lineis abuſus iſte ita reformatus (*s*), vt Eccleſiæ nihil, præter cognitionem de Sacramentis (*t*), tam inter Clericos quam Laicos, (quos, vel iniungendo pœnitentiam, vel excommunicando (*u*), caſtigant) atque de cauſis perſonalibus clericorum, relictum fuerit, & de his iuris dicendi poteſtas, non ex præſcripto canonum, ſed conſuetudinum Regni, ac edictorum Regiorum (*x*). Hinc non poſſunt quemquam condemnare in damna & intereſſe (*y*), nec mulctam ſine determinatione cauſæ piæ, ad quam applicanda in ſpecie ſit, iniungere (*z*). In non-

nullis quoque, pro executione sententiæ (*aa*) implorare debent brachium seculare (*bb*), quod etiam tunc fieri debet, quando persona Ecclesiastica coniicienda in carcerem (*cc*). Porro, quod attinet delicta, vel crimina, à personis Ecclesiasticis commissa (*dd*), tenendum est, Ecclesiasticæ iurisdictionis non esse, cognoscere de atrocioribus, sed de illis, quæ delicta communia (*ee*), ac simplicia (*ff*) dicuntur, pro quibus tamen pœnam temporalem iniungere nequit. Vtitur vero in animaduersione in Clericos, inter alia, suspensione (*gg*), depositione (*hh*) & degradatione actuali (*ii*), quam omnino, antequam Clericus morte afficiatur (*kk*), propter enormia delicta (*ll*), ab iis, quibus conuenit (*mm*), & solemnitate (*nn*) ea quæ præscripta, fieri traditur. Verum, cum ea à nonnullis Ecclesiasticis perquam difficilis reddatur, quo Clericos à pœna immunes faciant, eo casu credibile fit, melius esse, non degradatum supplicio, quod meritus, subiicere, quam delictum manere impunitum (*oo*). Effectus autem degradationis est, quod ea tollatur quidem dignitas externa, vna cum priuilegiis, sed non internus character, quem semel consecratio personæ impressit (*pp*).

Testes & Testimonia.

a) *L'Eglise a de long temps subsisté sans auoir ample iustice contentieuse, qu'elle a de present*: Loyseau *des seigneuries chap.* 15. *n.* 35. (Ecclesia longo fuit tempore sine tam ampla iurisdictione contentiosa, qualem nunc habet.) *Depuis que les Princes souuerains, & leurs officiers, ont embrassé la foy Chrestienne, & qu'on n'a plus esté dans les termes de la defense, que firent les Apostres, de recognoistre les iuges Ethniques, les gens d'Eglise ont esté soumis à leur iurisdiction, comme tous les autres du peuple*: Bret *de la souuer. liu.* 1. *chap.* 12. *pag.* 89. (Postquam summi Principes, & eorum ministri, susceperunt fidem Christianam, cessauit prohibitio, qua vsi fuerant Apostoli, de non recognoscendis Iudicibus Ethnicis, ac Ecclesiastici fuerunt submissi iurisdictioni seculari, quemadmodum totus populus.)

b) *En la primitiue Eglise, les Ecclesiastiques n'estoient pas du tout sans quelque forme, ou commencement de iustice; Car l'Eglise cognoissoit* (1.) *des negoces de la foy, & religion, dont elle iugeoit par forme de police.* (2.) *c'estoit vn ordinaire entre les Chrestiens, de se rapporter de leurs differens au iugement de l'Egli-*

l'Eglise. (à fin de ne plaider deuant les payens, selon le precepte de S. Paul, 1. ad Corinth. 6.) lesquels elle decidoit par forme d'arbitrage. (3.) elle cognoissoit des scandales, & menus delicts, par voye de censure, correction, & iustice sommaire: Loyseau *d. chap. 15. n.* 37. 38. 39. *&* 40. (Ecclesiastici in primitiua Ecclesia non erant omnino sine aliqua forma, & principio iustitiæ. Nam Ecclesia tunc cognoscebat, I. de negotiis fidei, & religionis, de quibus iudicabat, in forma disciplinæ. II. Inter Christianos hoc obseruabatur, vt lites suas submitterent iudicio Ecclesiæ, (ne litigarent coram Ethnicis, vt præcepit S. Paulus 1. *ad Corinth. 6.*) quæ eas decidebat in forma arbitrii. III. cognoscebat de scandalis, & delictis minoribus, quasi per censuram, correctionem & iustitiam summariam.)

c) *Les Ecclesiastiques n'auoient pas la iustice parfaicte, que le droit appelle* iurisdictionem, *mais ils appelloient leur iustice* notionem, iudicationem, audientiam, at nunquam iurisdictionem; Loyseau *d. chap. n.* 41.

d) *Le regime de l'Eglise a esté establi en forme monarchique; & la iustice d'icelle reduite en cour ordinaire, ayant ses iuges certains, & ses degrés d'appellations bien reiglés, ainsi que la iustice seculiere*: Loyseau *des ordres chap. 9. n.* 40. (Regimen Ecclesiæ constitutum fuit in forma monarchica, ac eius iudicium redactum in curiam ordinariam, vt quod habet suos iudices certos, atque gradus appellationum, bene ordinatos, ad modum iustitiæ secularis.) *Les Cours d'Eglise, c'est à dire, des iustices Ecclesiastiques, appartiennent regulierement, & de droict commun, aux Eueques, en tout leur diocese, & aux Archidiacres, au territoire de leur archidiaconné, par priuilège, ou coustume prescripte seulement: c. 5. iuncta gloss. extr. de offic. Archidi. & ce pour la primitiue; & quant à celles de ressort, elles appartiennent aux Archeuesques, puis aux primats, finalement au Pape: c. Romana, de appell. in 6. Vray est, que quand les parties sont esloignees de deux iournées de leur siege, ils sont tenus en France bailler des commissaires, ou Iuges delegués sur les lieux, suiuant le decret*, de causis, *au concordat: qui est vn bon expedient qu'on a trouué, pour conseruer le droict de ressort aux superieurs Ecclesiastiques, sans incommodité du peuple*: Loyseau *des seign. d. chap. 15. n.* 29. (Curiæ Ecclesiæ, hoc est, iudicia Ecclesiastica, regulariter, & ex iure communi, pertinent ad Episcopos, per totam eorum diœcesin, ac ad Archidiaconos, in districtu Archidiaconatus, ex priuilegio, aut saltem ex consuetudine præscripta: *c. 5. iuncta gloss. extr. de offic. Archiad.* & ita quidem, quoad primam instantiam. Quod autem attinet vlteriores, pertinent ad Archiepiscopos, post hos, ad primates, denique ad Papam: *c. Romanam, de appell. in 6.* Illud verum est, quando partes litigantes à sede illorum distant itinere duorum dierum, in Francia obligatos esse dare commissarios, aut delegare iudices in locis, iuxta decretum, *de causis*, in concordatis. Quæ bona est, & expedita via, electa eum in finem, quo ius appellatorii

iudi-

iudicii conferuetur fuperioribus Ecclefiafticis, fine incommodo populi.)

e) *La iuftice contentieufe de l'Eglife, en la forme, & au pouuoir qu'elle eft à prefent fans controuerfe en toute la Chreftienté*, non eft à clauibus, *c'eft à dire, elle n'eft pas proprement de droict diuin, ains plus-toft de droict humain, & pofitif, prouenant principalement de la conceffion, ou permiffion des Princes temporels. Car il y a bien à dire entre le glaiue, & les clefs, & encor entre les clefs du ciel, & les chicaneries des officialités. Auffi les Theologiens font d'accord, que la tradition des clefs & puiffance de lier, & de deslier, donnee par noftre Seigneur à fes Apoftres, importe feulement la collation des faincts facremens, & en outre l'effect tres-important de l'excommunication, qui eft la feule peine, qu'encor auiourd'huy les Ecclefiaftiques peuuent irroger aux laics, outre l'iniunction de penitence: c. cum non ab homine, extr. de iudic. Mais tout cela depend plus-toft de la iuftice penitentiale, s'il la faut ainfi appeller, que de la pure contentieufe; quoy que ce foit, plus-toft de la cenfure, correction, ou iuftice fommaire, que de la iuftice de partie à partie, ou parfaicte iurisdiction. Mais la parfaicte iurisdiction importe vne coercition, & contraincte precife, & formelle, qui depend proprement de la puiffance temporelle des Princes de la terre, qui portent le glaiue pour la vengeance des mefchans, & l'affeurance des bons, dit S. Paul. Et de faict, nos ames (fur lefquelles s'eftend proprement la puiffance Ecclefiaftique) ne font fufceptibles de la contraincte excitatiue, qui s'appelle proprement perfuafion.* (Ecclefiaftica iurifdictio contentiofa, ea in forma & poteftate, in qua hodie eft, fine contradictione in toto orbe Chriftiano, non eft à clauibus, hoc eft, non proprie ex iure diuino, verum magis ex iure humano, & pofitiuo, proueniens principaliter ex conceffione aut permiffione Principum fecularium. Perquam magna profecto eft differentia inter gladium, atque claues; ac longe maior quoque, inter claues cœli, & artificium implicandarum litium apud officiales. Theologi quoque in eo confentiunt, quod conceffio clauium, & poteftas ligandi, atque foluendi, facta à Saluatore noftro Apoftolis, tantum in fe contineat collationem fanctorum facramentorum, & præterea, effectum maximi momenti, excommunicationis, quæ eft fola pœna, quam etiam adhuc hodie Ecclefiaftici irrogare poffunt laicis, vltra iniunctionem pœnitentiæ: *c. cum non ab homine, extr. de iudic.* Verum, totum hoc dependet potius à iurifdictione pœnitentiali, fi ita appellare licet, quam à pure contentiofa; licet potius fit cenfuræ, correctionis, aut iudicii fummarii, quam iuris vtriusque litigantium, aut perfectæ iurifdictionis. At perfecta iurifdictio habet coërcitionem & coactionem præcifam, & formalem, quæ proprie dependet à poteftate temporali Principum fecularium, qui gerunt gladium ad animaduertendum in facinorofos, & tuendum bonos, vt Dinus Paulus loquitur. Certe animæ noftræ, (in quas proprie poteftas Ecclefiaftica exercetur) non poffunt præcife cogi, per excitationem, quæ proprie dicitur

citur persuasio.) Loyseau *d. chap. 15. n. 31. 32. 33. Il est certain* (inquit idem *num. 35.*) *que l'Eglise a de long temps subsisté sans auoir ceste ample iustice contentieuse, qu'elle a de present, ce qui n'eust esté, si elle estoit purement de droit diuin. Voire, chacun sera d'accord, qu'il y auoit plus de pieté, & pureté en la primitiue Eglise, lors, qu'elle ne l'auoit point, qu'à present. Non que de là il faille inferer, que la iustice Ecclesiastique en soit cause, ny qu'elle soit, ou abusiue, ou inutile, ains cela procede auiourd'huy de la corruption de nos mœurs, qui vont tousiours en empirant; de sorte qu'il faut confesser, que maintenant il est bien plus-besoing de ceste iustice, qu'en la primitiue Eglise.* (Certum est, Ecclesiam longo tempore durasse, & substitisse, nec habuisse tamen amplam illam iurisdictionem contentiosam, quam nunc tenet; quod fieri haud potuisset, si hæc simpliciter & pure esset iuris diuini. Imo nemo negabit, maiorem pietatem, & puritatem, in primitiua Ecclesia fuisse in exercitio, quando caruit iurisdictione, quam nunc deprehendimus, vbi ea vtitur. Non quidem, quod iurisdictio Ecclesiastica in causa sit, nec, quod hæc sit, vel abusiua, vel inutilis; verum id à nostris est moribus, qui indies magis magisque corrumpuntur; vt fateri cogamur, iurisdictionem hanc hodie magis necessariam esse, quam fuerit in primitiua Ecclesia.)

f) L'Eglise n'a iamais eu, & n'a point encor à present (comme Eglise) de territoire (id est, ius terrendi, *l. pupillus, §. territorium, de verb. signif.*) *ny par consequent de parfaicte iurisdiction*, quæ adhæret territorio. *Car sa iustice n'a point esté amplifiee, quant à la forme, & au pouuoir interne: mais quant à la matiere, & pouuoir externe, c'est à dire, quant à son estenduë elle a esté grandement augmentee, soit par les concessions des Princes, soit par la submission volontaire des peuples.* (Ecclesia nunquam habuit, nec hodie habet, (tanquam Ecclesia) territorium, id est, ius terrendi: *l. pupillus 239. §. territorium 8. ff. de V. S.* & consequenter nec perfectam iurisdictionem (quæ adhæret territorio: eius enim iudicium non fuit extensum, quod formam attinet, & potestatem internam; verum quoad materiam, & potestatem externam, id est, quantum ad amplitudinem; nam hac maxime aucta est, aut per concessiones principum, aut spontaneam submissionem populi.) Loyseau *d. chap. 15. n. 49. & n. seqq.* vbi speciatim, per varia temporum interualla deducit, qualis fuerit iurisdictionis Ecclesiasticæ forma, sub Imperatoribus ac Regibus.

g) A succession de temps, la iustice Ecclesiastique s'est merueilleusement accreue en France; dont on peut rendre plusieurs raisons. Premierement, la deuotion, & pieté des François, qui a excedé tousiours celle de toutes les autres nations. Item, pource qu'il est à croire, qu'on auoit meilleure iustice des iuges d'Eglise tant à cause de leur sainčteté, qu'aussi de leur suffisance, n'y ayant presque anciennement en France, qu'eux, qui fussent lettrés; d'où vient, que nous appellons encor clerc, celuy qui est lettré. Aussi, que l'Eglise, ne pouuant condamner à peine

 de sang

de sang, ny pareillement à l'amande, chacun, pour estre plus doucement traicté, appetoit de l'auoir pour iuge. Et sur tout, pource qu'en cour laye on ne condamnoit point aux despens, iusques au temps de Charles le Bel; (qui abolit ceste coustume en l'an MCCCXXIV. encor son ordonnance n'ayant esté obseruée, il la fallut renouueller par Philippes de Valois, & par Charles V.) mais la condemnation de despens fut receue es Cours d'Eglise de France, suiuant le droict Romain, & ainsi qu'es autres païs, dés le Concile de Tours, tenu sous Alexandre III enuiron l'an MCCLVIII. Ioint, que les Roys, & Seigneurs temporels de France, & leurs Iuges, ne se soucioient gueres alors, de maintenir leurs iustices, qui n'estoient pas questueuses, ni de grand reuenu pour eux, ainsi qu'à present, ains plus-tost leur estoient à charge, & à coust: pource qu'elles estoient exercées gratuitement, qui estoit la cause, pour quoy on n'y adiugeoit point de despens. Et quand ils entroient en contention de iurisdiction auec les Ecclesiastiques, les excommunications ne leur manquoient point, dont il nous reste encor ce vestige, que chacun dimanche és prosnes des messes parochiales, on excommunie ceux, qui empeschent la iurisdiction de l'Eglise. Loyseau *d. chap. 15. n. 66. & 67.* (Progressu temporis iurisdictio Ecclesiastica in Francia excreuit mirum in modum, cuius plurimæ reddi possunt causæ. *Prima* est, deuotio, & pietas Francorum, quæ nunquam non superauit pietatem reliquarum nationum. *Item*, quoniam credibile est, iudices Ecclesiasticos ius dixisse puros ab affectu, & ita melius, quia sanctiores, ac doctiores: Nam antiquitus in Francia, nemo fere præter clericos erat imbutus bonis literis; vnde est, quod adhuc hodie clericum appellamus eum, qui est eruditus. *Præterea*, cum Ecclesia non posset condemnare ad mortem, nec etiam ad mulctam, quilibet, quo lenius haberetur, eam sibi optabat pro iudice; & ante omnia, quoniam in curia seculari nemo condemnabatur in expensas, vsque ad tempora Caroli Pulchri (qui hanc consuetudinem abrogauit, anno MCCCXXIV. cumque hæc eius sanctio haud obseruata fuisset, renouanda fuit à Philippo Valesio, & Carolo V.) in Ecclesiasticis autem curiis Franciæ, condemnatio in expensas fuit in vsu secundum ius Romanum, & vsum aliarum prouinciarum, à tempore Concilii Turonensis, habiti sub Alexandro III. circa annum MCCLVIII. *Adde*, quod Reges, & Principes seculares Franciæ, ac illorum magistratus, non admodum tunc erant curiosi in conseruandis iudiciis, tanquam non multum sibi quæstuosis, sed exiguorum redituum, (talis enim tunc erat rerum status, qui hodie se secus habet) atque magis onerosis, etiam expensarum ratione. Etenim tunc ius reddebatur gratuito; vnde erat, quod nemo in iisdem condemnabatur in expensas. Quando vero seculares iudices audebant contendere de iurisdictione cum Ecclesiasticis, excommunicatio in promptu erat; cuius nobis remansit vestigium in eo, quod adhuc singulis diebus dominicis audimus in præconio symboli Christiani, quod ante celebrationem Missæ parochialis pronunciatur ad

tur ad plebem, excommunicari eos, qui impediunt iurisdictionem Ecclesiæ.)

h) Premierement supposé, que les Iuges Ecclesiastiques tenoient les clercs pour exempts totalement de la iustice seculiere, ils mettoient au nombre des clercs tous ceux, qui auoient eu tonsure, ores qu'ils fussent mariés, & qu'ils eussent autre vacation, que l'Ecclesiastique; & ainsi presques tous hommes estoient de leur iurisdiction: Car chacun prenoit tonsure, pour s'exempter de la iurisdiction du Roy, ou de son Seigneur, plus-tost, que pour seruir à l'Eglise. Et combien que cest abus ait esté corrigé à l'esgard de l'exemption des tailles, dés l'an MCCLXXIV. par Philippe le Hardy, qui voulut, que les Clercs mariés fussent taillables, ainsi que les purs laics, leur ostant seulement l'immunité des Clercs, à l'esgard des tailles, le priuilege clerical ne laissa de leur demeurer, à l'esgard de la iustice, iusques à l'ordonnance de Roussillon, qui l'a conserué seulement aux clercs constitués aux ordres sacrés. Encore, à la verification d'icelle, le Parlement l'a conserué en outre aux beneficiers: Loyseau *d. chap. 15. n. 69. & 70.* (Primo, præsupposito, quod iudices Ecclesiastici tenebant, clericos esse omnino exemptos à iurisdictione seculari, clericis annumerabant omnes tonsuratos, licet viuerent in matrimonio, & alia vacatione, quam Ecclesiastica, occuparentur; & sic totus fere populus eorum iurisdictioni subiicebatur; quilibet enim tonsuram accipiebat, magis, quo eximeretur à iurisdictione Regis, aut Principis sui, quam vt inseruiret Ecclesiæ. Quamquam vero ille abusus correctus fuit, quantum attinet exemptionem à subsidiis, anno MCCLXXIV. à Philippo Audace, (qui iussit clericos coniugatos tributis esse obnoxios, non secus ac pure laicos, tantum hoc in passu immunitate clericali sublata) attamen, priuilegium clericorum iisdem remansit integrum, respectu iudicis, vsque ad constitutionem Rossilonensem, quæ illud restrinxit ad solos clericos constitutos in ordinibus sacris, quod Parlamentum, quando Constitutioni autoritatem tribuit, extendit etiam ad beneficiarios.)

i) Voire mesme, on extendoit sur les meubles des clercs ceste exemption de la iustice seculiere, attribuée à leurs personnes, en consequence de la maxime vulgaire mal-entenduë, quod mobilia sequuntur personam; *de sorte que tous les meubles des gens d'Eglise mariés, ou non-mariés, ne pouuoient estre pris par execution, ni en estre autrement ordonné par le iuge laic, comme il se voit dans tous les vieils practiciens de France, notamment dans* Benedicti, *ad c. Raynutius, in verb. vxorem, n. 40. dans* Iean Galli, *en plusieurs endroits. Et du* Molin *mesme, bien que d'ailleurs trop contraire aux Ecclesiastiques, aduoüe neantmoins, que leurs meubles sont exempts de la iustice seculiere, sur l'artic. 1. de la coust. glos. 1. n. 36. voire, que* Iuo Carnutensis, *grand propugnateur des priuileges de l'Eglise soustient fermement, qu'on en doit vser de mesme aux immeubles, en son epistre 79. ce que toutesfois il n'a peu gaigner, à cause du* canon, quo iure, distinct. 8. *Mais quand aux meubles, la raison, pourquoy on les attribuoit à la iustice Eccle-*

ce Ecclesiastique, estoit captieuse & sophistique. Car, il est bien vray, quod mobilia sequantur personam, quoad situm, non quoad qualitatem, *attendu qu'on a esté contrainct de reigler, ou plus-tost feindre, & imaginer la situation au domicile de la personne; mais ayans leur qualité à part, constante, & certaine, il n'est point besoing de leur emprunter celle de la personne. C'est pourquoy maintenant on les reigle par leur propre qualité, à sçauoir, que s'ils sont sacres, ou destinés au seruice diuin, c'est au Iuge d'Eglise d'en cognoistre; si profanes, c'est au magistrat seculier. Et outre cela les Ecclesiastiques ont ce priuilege par l'ordonnance d'Orleans, que leurs meubles, & vtensiles necessaires, & dont ils ne se peuuent passer, ne peuuent estre pris par execution:* Loyseau *audict chap.* 15. *n.* 72. & 73. (Personalis hæc Clericorum exemptio à iudicio seculari, etiam extendebatur ad mobilia Clericorum, ex consequentia regulæ vulgaris, male intellectæ, quod *mobilia sequuntur personam.* Ita omnia mobilia Clericorum coniugatorum, vel non-coniugatorum, non poterant executioni subiici, nec aliter de illis disponi à iudice laico, vt discimus ex omnibus antiquis practicis Franciæ, præsertim ex Benedicto, *ad c. Raynutius, in verbo, & vxorem, n.* 40. & Iohanne Gallo, multis in locis. Ipse quoque Molinæus, licet alibi maxime contrarius Ecclesiasticis, fatetur, eorum mobilia exempta esse à iurisdictione seculari, *ad artic.* 1. *consuet. glos.* 1. *n.* 36. Imo, Iuo Carnutensis, magnus propugnator priuilegiorum Ecclesiæ, statuit, idem quoque tenendum esse de immobilibus bonis Clericorum, *in Epist.* 79. quod tamen obtinere non potuit, tanquam contrarium canoni, *quo iure, distinct.* 8. Verum, ratio quoad mobilia, ob quam ea subiiciebantur iudicio Ecclesiastico, erat captiosa & sophistica. Certum est, quod mobilia sequantur personam, quoad situm, non quoad qualitatem, perpendendo necessarium fuisse regulam ita concipere, aut potius fingere situationem in domicilio personæ: sed cum qualitatem habeant separatam, constantem, & certam, haud necesse est eam mutuari à persona. Hinc est, quod hodie iudicantur ex propria sua qualitate: scilicet, si sunt sacræ, aut destinatæ ad seruitia diuina, de illis cognoscit iudex Ecclesiasticus; si vero profanæ, iudex secularis. Præterea, Ecclesiastici habent hoc priuilegium, ex constitutione Aurelianensi, quod illorum mobilia, & vtensilia necessaria, quibus carere nequeunt, non possint executione apprehendi.)

k) Ils soustenoient, que toute cause, où il escheoit mauuaise foy, & par consequent peché, estoit de leur iurisdiction, comme y allant du subiect de l'ame, dont ils sont moderateurs. Et ainsi entendoient, & estendoient-ils ce passage de l'Euangile, si peccauerit in te frater tuus, dic Ecclesiæ. *Principalement, quand on leur faisoit plainte, laquelle, pour ceste cause, ils appelloient denomination Euangelique, comme il est discouru amplement au chap.* noluit, de iudiciis: *où le Pape veut prendre cognoissance du different d'entre les Roys de France & d'Angleterre,*

terre, touchant la commise, pretendue par le Roy de France des fiefs & seigneuries, que le Roy d'Angleterre tenoit de ceste couronne, à cause de la felonnie. Et ainsi ils se pretendoient competans presque de toute action pure personnelle, mesme entre les laics, disans, que rarement elle estoit exempte de manuaise foy, & de peché, de part, ou d'autre. Principalement s'il s'agissoit de l'execution des contracts, ils ne faisoient doute, qu'elle ne fust de leur cognoissance, à cause du serment, qui, par le style commun des Notaires, y est inseré: c. 3. de foro compet. in 6. confondans, mal à propos, la censure des mœurs, auec la iurisdiction de partie à partie, & la correction penitentiale, auec la iustice contentieuse: sans prendre garde à ce, qui est dit in can. item cum Dauid, 2. q. 7. Nathan, cum Dauid redarguit, suum est executus officium, in quo erat Rege superior, non vsurpauit Regis officium, in quo erat Rege inferior. Monuit eum, vt per pœnitentiam peccata sua expiaret, non autem tulit in eum sententiam, qua, tanquam adulter, & homicida, morti addiceretur. Loyseau *d. chap. 15. n. 74.* (Propugnabant; omne negotium, in quo mala interueniebat fides, & consequenter peccatum, pertinere ad ipsorum iudicium, tanquam rem, quæ animam concernat, cuius ipsi essent moderatores. Ita intelligebant, & extendebant locum in Euangelio, *si peccauerit in te frater tuus, dic Ecclesiæ*: inprimis quando ad eos deferebatur querela, quam propterea appellabant denunciationem Euangelicam, vt fusius videre licet *in cap. nouit, de iudic.* in quo Papa vult cognoscere inter Regem Franciæ, & Angliæ, de prætensa commissa felonia à Rege Angliæ, & amissione feudorum, quæ ille tenuerat à Rege Franciæ. Et sic prætendebant, se competentes esse iudices in omnibus fere actionibus pure personalibus, etiam inter laicos, dicendo, raro illas vacare mala fide, & peccato, vltro citroque. Potissimum, vbi de executione contractus agebatur, non dubitabant ad se pertinere cognitionem, propter iuramentum, quod, secundum stylum communem Notariorum, illi additum reperitur: *c. 3. de foro compet. in 6.* male confundentes censuram morum cum iurisdictione in litigantes, & correctionem pœnitentialem cum iurisdictione contentiosa, non attento quod dicitur *in can. item cum Dauid, 2. q. 7. &c.*) *Plusieurs cognoissoient ces entreprises indeues,* (inquit Pasquier, *liu. 3. des recherch. de la France, chap. 24. fol. 156. lit. d.*) *nul toutesfois y osoit donner attainte. Auant que d'y appliquer cautere, on y apporta plusieurs deliniments. On trouue aux vieux Registres, que le Viguier de Thoulouse, voyant, que sous pretexte du serment, que l'on inseroit dedans les contracts, les Ecclesiastiques entreprenoient sur sa iurisdiction, fit defenses à tous les Notaires de Thoulouse, de faire iurer les parties: dont le Clergé appella au Parlement, & par iugement, donné, l'an MCCXC. aux arrests de la purification Nostre Dame, il fut dit, que le Viguier n'auoit en cecy faict aucun tort à l'Euesque de Thoulouse, moyennant, que les contracts peussent subsister sans prestation de serment. Et en vn autre endroit,*

droit, pour aucunement mettre bornes à la iurisdiction Ecclesiastique, le Roy voulut, que pour le regard des fiefs, & autres causes, où il alloit du serment, il seroit permis au iuge d'Eglise, de cognoistre seulement du pariure, & le chastier, mais non du fief, ny de l'heritage, ou debte, dont il seroit question. (Plures, molitiones has iniquas esse agnoscebant, nemo autem audebat rem attingere. Ante quam applicatum fuit cauterium, varia delinimenta adhibita. In antiquis actorum codicibus repetitur, Vigerium (vicarium præpositum, qui vicem gerit ordinarii iudicis: Ragueau, *en l'indice des droits Royaux, pag.* 748.) Tholosanum, cum videret, sub prætextu iuramenti, quod contractibus annectebatur, Ecclesiasticos falcem mittere in iurisdictionem suam, mandauit omnibus notariis Tholosanis, ne contrahentes facerent iurare. Ab hoc clerici prouocarunt ad Parlamentum, quod arresto, lato anno MCCXC. die purificationis Mariæ, declarauit, Vigerium nullam in hoc intulisse iniuriam Episcopo Tholosano, quandoquidem contractus bene possint subsistere sine præstatione iuramenti. Et alibi, quo aliquo modo limites ponerentur iurisdictioni Ecclesiasticæ, Rex voluit, vt respectu feudorum, & aliorum negotiorum, in quibus iuramenta in vsu, permitteretur iudicibus Ecclesiasticis cognoscere solum de periurio, illudq; punire, non autem de feudo ipso, nec de hereditate, aut debito, de quo moueretur quæstio.)

l) Ils maintenoient, par semblables raisons, que la cognoissance des testamens leur appartenoit, comme estant vne matiere de conscience; disans mesme, qu'ils estoient naturels executeurs d'iceux; pource que le corps du defunct testateur, estant delaissé à l'Eglise, pour la sepulture, l'Eglise aussi estoit saisie de ses meubles, pour acquitter sa conscience, & executer son testament. Ce qui s'obserue encor à present en Angleterre, où l'Euesque ou gens proposés de sa part, se saisissent des meubles de celuy qui est decedé intestat, & les gardent pendant sept ans, si les heritiers ne composent auec luy. Mesmement, nous trouuons, que iadis en France les Ecclesiastiques ne vouloient enterrer les morts, si on ne leur mettoit leur testament en main, ou si à faute de testament, on n'en obtenoit vn mandement special de l'Euesque: dont il se trouue, dans les Registres du Parlement, vn arrest, de l'an M CCCCVII. contre l'Euesque d'Amiens & les Curés d'Abbeuille, que les intestats seroient inhumés, sans contredit, & sans mandement particulier de l'Euesque. Et Iean Galli, en sa quest. 102. *remarque, que souuent les heritiers, pour sauuer l'honneur du defunct, decedé sans tester, demandoient permission de tester pour luy* ad pias causas: *& i'ay leu ailleurs, qu'il y auoit des Ecclesiastiques, qui contraignoient les heritiers des intestats, de conuenir de preud'hommes, pour arbitrer, combien le defunct auoit deu leguer à l'Eglise. Bref, de ceste entreprise des Ecclesiastiques, est encor demeuré iusques à ce temps, que par nos coustumes les Curés, & Vicaires, sont capables de receuoir les testamens, ainsi que les Notaires:* Loyseau *ch.* 15. *n.* 75. (Consimilibus ex rationibus, cognitionem de testa-

testamentis ad se pertinere adstruebant, quod esset materia conscientiam contingens. Addebant præterea, se esse naturales executores testamenti: Cum enim corpus defuncti testatoris esset relictum Ecclesiæ, ad sepeliendum, eandem quoque accepisse eius bona mobilia ad exonerandam conscientiam, & exequendum eius testamentum: quod adhuc hodie obseruatur in Anglia, vbi Episcopus, aut eius nomine deputati, ad se trahunt mobilia eius, qui intestatus decessit, ac custodiunt ea per septennium, nisi heredes cum illis interea paciscantur. Constat quoque, aliquando in Francia Ecclesiasticos noluisse sepelire mortuos, nisi ederentur eorum testamenta; aut, vbi nullum inueniebatur testamentum, obtineretur mandatum speciale ab Episcopo. Vnde, inter acta Parlamenti reperitur sententia, lata anno Christi M CCCC VII. contra Episcopum Ambianum, ac Curatos Abbatisuillæ, vt intestati sepelirentur, sine contradictione, ac citra mandatum particulare Episcopi. Ac Iohannes Galli, *in quæst.* 102. annotauit, sæpius heredes, quo honorem sine testamento defuncti sartum tectum constituerent, petiisse permissionem testandi pro illo ad pias causas. Ego alibi legi, fuisse Ecclesiasticos, qui coëgerint heredes sine testamento defuncti, compromittere in viros bonos, qui arbitrio decernerent, quantum defunctus debuisset Ecclesiæ legare. Ab hoc prouenit, & adhuc reliquum est, quod nostris moribus Parochi & Vicarii, sunt habiles recipere testamenta, æque vt sunt Notarii.)

m) Par le moyen de la connexité, si de plusieurs codetenteurs, coheritiers, ou condebteurs, il y en auoit vn, qui fust clerc, ou garant, ou ioinct des autres, ils disoient, que ce priuilege attiroit deuant eux toutes les autres parties : Loyseau *d. ch.* 15. *n.* 77. (Propter connexionem, si inter plures condetentatores, coheredes, aut condebitores, erat vnicus saltem clericus fideiussor, aut correus, dicebant, ob huius priuilegium, cæteros omnes sortiri forum apud Ecclesiasticum Iudicem.)

n) Ils soustenoient, que toutes les causes bien difficiles, notamment en poinct de droit, leur appartenoit, principalement quand il y auoit diuersité d'opinions entre les iurisconsultes, ou iuges, à cause de ce passage du Deuteronome: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, & iudicium inter portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi veritatem; & facies quæcunque dixerint, qui præsunt in loco, quem elegerit Dominus; *comme il est rapporté in c. per venerabilem, extr. qui filii sint legit. combien qu'il ait bien de la difference entre les loix Romaines, & la police du vieil, & du nouueau testament. Et ainsi voit-on en plusieurs endroits des decretales, des causes difficiles decidées, qui en estoient nullement de la iustice Ecclesiastique; comme, entre autres, en ceste fameuse decretale,* Raynutius, extr. de Testam. Loyseau *d. ch.* 15. *n.* 79. (Affirmabant, omnes causas difficiles, præsertim vbi illæ versabantur in puncto iuris,

iuris, ad se pertinere, potissimum quando ICti, vel Iudices, diuersarum erant opinionum; allegando locum *Deuteronomii: Si difficile & ambiguum &c.* relatum *in cap. per venerabilem, extr. qui filii sint legit.* licet magna sit differentia inter leges Romanas, ac politiam veteris, & noui Testamenti Hinc reperimus in variis decretalium locis, causas difficiles decisas, quæ nullo modo pertinuerunt ad iudicium Ecclesiasticum. Exempli loco, inter alias, nobis esse potest illa capituli, *Raynutius, extr. de testam.*)

o) Ils disoient, que c'estoit à eux, à suppleer le defaut, negligence, ou suspicion du Iuge laic: c. licet, extr. de foro compet. & sous ce pretexte, si vn bon procés duroit trop long temps à leur gré en la iustice seculiere, ils l'attiroient à eux: Loyseau *d. ch. n.* 80. (Dicebant, suarum esse partium supplere defectum, negligentiam, aut suspicionem iudicis laici: *c. licet, extr. de foro compet.* Hoc prætextu, si bonus aliquis processus diutius durabat contra ipsorum voluntatem, in iudicio seculari, eum reuocabant ad forum suum)

p) Sous couleur que dans les anciens Canons ils trouuoient, que l'Euesque estoit protecteur des personnes miserables, comme des veufues, pupilles, estrangers, & pauures, ils vouloient cognoistre de toutes leurs causes: c. ex parte, de foro compet. c. nuper, de donat. inter vir & uxor. Combien qu'il y ait bien difference entre proteger, ou procurer la iustice, & estre Iuge: Loyseau *d. ch. n.* 81. (Sub colore, quod legeretur in antiquis canonibus, Episcopum esse protectorem personarum miserabilium, viduarum, pupillorum, exterorum & pauperum; volebant iudicare de omnibus eorum causis: *c. ex parte, extr. de foro compet. c. nuper, extr. de donat. inter vir. & vxor.* quanquam multum intersit, inter protectionem, aut procurationem iustitiæ, ac esse iudicem.)

q) Il y a plusieurs crimes, qu'ils appelloient Ecclesiastiques, desquels ils vouloient seuls cognoistre, mesme contre les laics, comme d'heresie, sacrilege, concubinage, vsure, pariure, combien que vrayement les crimes Ecclesiastiques soient, ou ceux qui concernent la police Ecclesiastique, comme il est dit en la Nouelle 83. ou bien les menus delicts, dont la iustice ordinaire neglige la recherche, & dont partant la primitiue Eglise entrepreuoit la censure, & correction, pour conseruer vne pureté particuliere de mœurs, parmy les Chrestiens: mais ceste correction se faisoit sommairement, & sans entreprendre sur la iustice contentieuse: Loyseau *d. ch. n.* 82. (Multa sunt crimina, quæ appellabant Ecclesiastica, de quibus soli volebant cognoscere, & iudicare, etiam contra laicos; vt, hæreseos, sacrilegii, simoniæ, concubinatus, vsurarum, periurii; cum tamen reuera ecclesiastica crimina sint, illa, quæ patrantur contra politiam Ecclesiasticam, vt dicitur *in Nouella* 83. aut minora illa, in quæ inquirere negligit iudex ordinarius; quam ob causam primitiua Ecclesia vtebatur censura, & correctione, quo conseruaret puritatem morum specialem inter Christianos. Sed hæc correctio fiebat summarie, & salua iurisdictione contentiosa.)

r) Voila

r) *Voila les principaux cas, esquels les laics estoient iadis contraincts de plaider deuant les iuges d'Eglise. Car il y en a encor d'autres, qui sont ramassés en ces vers d'Hostiense, qui sentent bien leur latin d'officialité:*

Hæreticus, Simon, fœnus, periurus, adulter,
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusq,
Si vacat imperium, si negligit, ambigit, aut sit
Suspectus iudex, si subdita terra, vel vsus,
Rusticus, & seruus, peregrinus, feuda, viator,
Si quis pœniteat, miser omnis, causaq mixta,
Si denunciat Ecclesiæ quis, iudicat ipsa.

Loyseau *3. ch. n.* 83.

s) *Toutes ces entreprises ont duré, iusques à l'ordonnance* MDXXXIX. *& y estoit-on tellement accoustumé, qu'elles estoient passées en droit commun. Car ce ne sont pas encore celles, dont se plaignoit principalement deuant le Roy Philippes de Valois, Maistre Pierre de Cugnieres, son Aduocat general au Parlement de Paris, ains c'estoient encor d'autres entreprises plus exorbitantes, comme il se voit dans l'extrait de sa harangue rapportée aux annales de Belleforest, & au 5. volume de la bibliotheque sacrée. A sçauoir entre autres, qu'ils entreprenoient de cognoistre des matieres reelles, & des hypothecaires, mesmement du possessoire des choses profanes, & iusques au domaine du Roy, faisoient les seelles, & inuentaires des subiects du Roy decedés; empeschoient les Notaires Royaux, & des Seigneurs, de instrumenter; faisoient payer aux laics accusés les despens des proces criminels, ores qu'ils fussent trouués innocens, & excommunioient les debteurs insoluables: Et encor à tout propos excommunioient les iuges Royaux, quand ils pensoient defendre la iurisdiction du Roy, combien qu'ils ayent ce priuilege des Papes, de ne pouuoir estre excommuniés pour cest effect. Bref, ils faisoient plusieurs autres telles escapades, contre toute raison, voire contre le sens commun, comme il n'y a point de fin aux vsurpations, depuis qu'vne fois les bornes de la raison sont franchies, & outrepassées. Toutesfois ce bon Roy Philippes de Valois, estant encor estably de frais en son Royaume, à l'exclusion de l'Anglois, qui l'auoit pretendu, craignant d'y exciter de nouueaux troubles, à cause de l'authorité, que le clergé auoit lors en France, n'osa y mettre la main, au moyen de ce, que les Ecclesiastiques firent artificieusement courir le bruit, que sous pretexte de retrancher les entreprises de leur iustice, on leur vouloit quand & quand oster leur bien, oresque les propositions de cet Aduocat du Roy n'y tendissent nullement. Tant y a, que sa plainte ayant esté sans effect, a depuis causé plusieurs iniures à sa memoire, le faisant encor auiour d'huy seruir de marmouset en l'Eglise de Nostre Dame de Paris, sous le sobriquet de maistre Pierre de Cuignet: combien que l'histoire du temps nous tesmoigne, que c'estoit vn grand personnage, qui auoit beaucoup de creance enuers le Roy.* (Omnes istæ vsurpationes durarunt vsque ad constitutionem

factam anno M D XXXIX. ac ita vsu inoleuerant, vt haberentur pro Iure communi. Non sunt autem illæ, de quibus specialiter questus fuit coram Rege Philippo Valesio, Magister Petrus de Cugnieres, aduocatus eius generalis, in Parlamento Parisiensi; sed erant etiam aliæ vsurpationes magis exorbitantes, vt cognoscere licet ex epitome orationis eius, apud Belleforestum *in annalibus, & in volumine quinto bibliothecæ sacra.* Nempe, quod, inter alia, cognoscerent de materiis realibus, & hypothecariis, etiam de possessorio rerum profanarum, & vsque ad Domanium Regis; conficerent inuentaria bonorum, relictorum à mortuis Regis subditis; impedirent Notarios Regios, & aliorum Dominorum, in conficiendis instrumentis; cogerent laicos accusatos soluere expensas processus criminalis, etiamsi essent deprehensi innocentes; ac excommunicarent debitores, qui non essent soluendo. Præterea excommunicarent iudices Regios, quando vellent defendere iurisdictionem Regis, licet habeant hoc priuilegium à Pontificibus, quod nequeant propterea excommunicari: Denique, in plurimis aliis excederent modum, contra omnem rationem, imo contra sensum communem, sicut fieri solet in vsurpationibus, vt finem non habeant, vbi vltra rationis limites saltus factus est. Veruntamen, bonus Rex Philippus Valesius, in Regno nuper confirmatus, excluso Anglo, qui illud sibi deberi contenderat, timens nouos motus excitari, cum Clericorum ordo tunc esset magnæ in Francia autoritatis, non audebat malo adhibere manum, clericis etiam callide disseminantibus, sub prætextu reformandæ iurisdictionis, id quoque agi, quo bonis suis exuerentur, licet propositiones factæ à dicto Aduocato Regio, eo haud tenderent. Itaque, cum nihil profecisset, postea variis iniuriis memoria eius exposita fuit, vt adhuc hodie Lutetiæ, in Ecclesia B. Mariæ, statua, eius nomine appellata, ludibrio habeatur: sed historia eius temporis testatur, fuisse egregium virum, & apud Regem magna in æstimatione.) Loyseau *d. ch. n. 84. & 85. Pour vengeance de ceste poursuite, les Ecclesiastiques firent mettre vn marmot en vn coing de Nostre Dame de Paris, que nous appellons, par vne rencontre, & equiuoque du surnom, où il est mis, Maistre Pierre de Coignet, ne ayans toutesfois par ce sobriquet effacé le bien, & vtilité, que ce grand Aduocat du Roy pourchassa à tous les siecles à venir*; Estienne Pasquier *liu. 3. des recherch. de la France ch. 25. fol. 157. lit. g.* (Ecclesiastici, vindictæ studio, curarunt erigi statuam satyricam Lutetiæ in angulo quodam Ecclesiæ B. Virginis, quam vocamus, per æquiuocationem cognominis, vbi posita (*Coing* Francis significat angulum) Magistrum Petrum de Coignet: non sic tamen extincta in memoria hominum fuit recordatio egregii studii magni huius aduocati Regii.)

t) En fin toutes ces entreprises de la iustice Ecclesiastique ont esté retranchées fort bien, & à petit bruit, par l'ordonnance de l'an M DXXXIX. qui en six lignes l'a remise, & reduite au iuste point de la raison, laissant à l'Eglise la cognois-

sance

sance des Sacramens entre toutes personnes, & des causes personnelles des Ecclesiastiques. Qui est, en effect, reuenir à ceste ancienne distinction des deux puissances, que les personnes, & les choses spirituelles, sont laissees à la iustice Ecclesiastique, & les temporelles à la temporelle; & partant est le vray reiglement de nostre Seigneur, quæ Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo: donc s'ensuit, qu'il y a grande apparence qu'il durera tousiours. (Tandem, omnes eiusmodi vsurpationes Ecclesiasticorum iudiciorum, probe, & sine magno strepitu, sublatæ fuerunt, constitutione facta anno M D XXXIX. quæ sex lineis rem ad iustam rationem reuocauit, reliquendo Ecclesiæ cognitionem de Sacramentis inter omnes personas, nec non de causis personalibus Clericorum. Quod in effectu nihil est aliud, quam reuersio ad distinctionem antiquam duarum potestatum, vbi personæ, & res spirituales, relinquuntur iurisdictioni Ecclesiasticæ; temporales vero, iurisdictioni ciuili; atque ita conueniens est regulæ Christi, *quæ Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo.* Hinc valde probabile est, hoc ita semper duraturum.) Loyseau *d. ch. n. 86.* Vel, vt eandem rem exponit Bret, *de la souuerain. du Roy, liu. 1. ch. 12. pag. 96. comme auec le temps les Ecclesiastiques, sous pretexte de la iurisdiction Ecclesiastique, commettoient plusieurs abus, & faisoient de grandes entreprises sur la iurisdiction des iuges seculiers, l'on restreignit en France son pouuoir dans ses iustes limites; specialement depuis, que sous le regne de Louys Hutin, l'on fit voir les grandes vsurpations, que faisoient les Ecclesiastiques, sur la iustice Royale, de façon, que depuis ce temps-là, les iuges d'Eglise n'ont exercé aucune iurisdiction sur les personnes laiques, si ce n'est pour les mariages, & le petitoire des dixmes, au lieu qu'auparauant ils entreprenoient de cognoistre des testamens, & de tous les contracts, où les parties s'estoient obligées par serment de les entretenir, & où l'on pretendoit, qu'il y auoit de l'vsure. Et quant aux affaires profanes, ou ciuiles, d'entre les gens d'Eglise, ceste iurisdiction Ecclesiastique n'a plus cogneu, que des actions pures personnelles, & pecuniaires, & non des actions reelles.* (Postquam temporis tractu Ecclesiastici, sub prætextu iurisdictionis Ecclesiasticæ, magnos committebant abusus, atque haud paruis vsurpationibus inuolabant iurisdictionem iudicum secularium, iustis limitibus in Francia circumscribi eorum iurisdictio cœpit; potissimum, quando, regnante Ludouico Hutino, expositæ fuerunt magnæ vsurpationes, quibus Ecclesiastici vim inferebant iurisdictioni Regis; ita vt post illud tempus, iudices Ecclesiastici nullam iurisdictionem exercuerint in laicos, nisi propter matrimonia, & petitorium decimarum; cum antea sibi arrogassent cognoscere de testamentis, ac de omni contractu, quem se seruaturos iureiurando promiserant contrahentes, aut qui dicebatur vsurarius. Quantum vero attinet causas profanas, vt ciuiles inter Clericos, iurisdictio Ecclesiastica amplius non cognouit de aliis, quam de actionibus mere personalibus, & pecuniariis, non autem de realibus.) Perpauci (ait Roussel, *in*

hist. iurisdict. Pontif. lib. 6. cap. 5. n. 20. pag. 651.) sunt casus proprii iurisdictionis Ecclesiasticæ Gallicanæ: nempe, de sacramentis, & pure spiritualibus rebus; videlicet, si de iure, non de facto matrimonii agatur. Nam si prorsus negetur vllum interuenisse matrimonium, quia tunc facti quæstio est, iudici laico hanc attribuimus, etiamsi clandestinitatis arguatur. &c. Sunt qui separationis à thoro ob lepram, & sæuitiam, aut alios casus ad eam necessarios, item adhæsionis causam, velint esse Ecclesiastici fori, si de facto conueniant coniuges, vt nihil supersit quam pronunciare: Sed cum ibi non agatur de Sacramento, an sit, necne, cur non iudex laicus competens erit? Idem *n. 27.* Porro Ecclesiasticus iudex in Regno Galliæ, nullo modo competens est cognoscere de causis realibus, & possessoriis, nec de testamentariis, & hereditariis, etiamsi clericus, vel licet sit Episcopus, conueniat, aut conueniatur; multoque minus competens est, si laici, vel inter se, vel cum Ecclesiasticis moueant. Certe laicus pro istis causis Ecclesiastico foro non est obnoxius, siue conueniat, siue conueniatur: Idem *d. c. 5. n. 1.* Nec amplius Ecclesiastici fori est, iudicare de testamentorum confectione, & executione, (ne quidem, vbi de testamento sacerdotis, & clerici, quæstio est, nec vbi de pio legato agitur, nec casu quo executor testamétarius est clericus: *d. c. 5. n. 2.*) & rationum ex illa reddendarum disquisitione: *n. 3.* Personales quoque actiones, ex rebus profanis, ac ne quidem si spiritualibus sint annexæ, vel quamuis ex spiritualibus procedant, non patitur Gallia moueri in foro Ecclesiastico, aduersus laicos; puta de salario celebrationis missarum, aut prædicationis, aut alicuius officii diuini, quod, quia viuere debet de altari, qui altari seruit, receptum est, peti posse: *n. 6.* Item, si res sacra pignori data fuerit laico, is conuenietur apud laicum Iudicem, pro illius restitutione, quam tamen iudicatus est non facere, nisi refuso pretio. Si laicus laico decimas vendiderit, quamuis emptas à clerico, nullam rationem esse, vt iudex Ecclesiasticus sit competens, censuit olim Philipus III. Rex Franciæ: *d. n. 6.* Nec matricularios laicos, pro fabricæ Ecclesiasticæ rationibus patitur curia conueniri apud Iudicem ecclesiasticum, vt neque ab eo constitui, aut destitui: *n. 7.* Sic, quod causas prætextu peccati mortalis, puta propter vsuram, aut iusiurandum, attrahebant ad se Ecclesiastici, & cum illis laicos, curia secularis suppressit: *n. 8.* Item non patitur Gallia, Iudicem Ecclesiasticum iudicare incidentia matrimoniis, vt pacta conuenta, dotem, donationem propter nuptias, & si quid aliud in stipulationem venerit, aut venisse dicatur &c. *n. 11.* neque de raptu, neque de possessorio, si, dum citatus, apud eum, in causa matrimonij, excipiat de raptu, aut si pendente lite alterutrum coniugum petat, puta maritus coniugem suam restitui, qua, prætextu nullitatis nuptiarum, spoliatus sit: *d. n. 11.* In criminalibus, realibus, possessoriis, atque etiam personalibus, sic laici incompetens est Iudex Ecclesiasticus, vt Galli

Gallico, vt nec consensu laici approbari queat; quoniam Gallia non patitur iur. dictiones prorogari: quia non pendent ex voluntate subditorum, sed patrimoniales sunt, vel Regiæ, & vtræque à solo Principe promanantes: *n.* 13. Explosum quoque est, quod Iudicibus Ecclesiasticis attribuebatur, vt causas pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum definirent, atque secularis Iudicis negligentiam supplerent: *n.* 14.

u) L'excommunication est la seule peine, qu'auiourd'huy les Ecclesiastiques peuuent irroger aux laics, outre l'iniunction de penitence: c. cum non ab homine, extr. de iudic. Loyseau *d. chap.* 15. *n.* 32. (Excommunicatio sola pœna est, quam Ecclesiastici hodie irrogare possunt laicis, præter iniunctionem pœnitentiæ.)

x) Iudex Ecclesiasticus (*doit suiure en ses iugemens des actions personnelles, d'entre les gens d'Eglise, non le droit canon, mais les coustumes, & ordonnances de nos Roys, d'autant qu'on ne garde point en France le chapitre,* quod clerici, de foro compet. Bret *d. pag.* 96.) debet sequi in decisionibus actionum personalium inter clericos, non ius canonicum, sed consuetudines, & constitutiones nostrorum Regum, quandoquidem in Francia non obseruatur *capitulum, quod clerici, de foro compet.*

y) Le iuge d'Eglise ne peut aussi condamner personne en des dommages, & interests: qui est vne des raisons, pourquoy il ne cognoist point du possessoire des benefices, pour ce que d'ordinaire ces differens se resoluent en de peines semblables: Bret *d. l. pag.* 97. (Iudex Ecclesiasticus quoque non potest condemnare litigantes, in damna & interesse, quod ex parte in causa est, cur non cognoscat de possessorio beneficiorum, cùm istæ lites ordinarie resoluantur in eiusmodi pœnas.)

z) L'Eglise, qui n'a ny territoire, ny fisque, ne peut pas condamner à l'amende indeterminement, & sans assigner l'amende par exprés à quelques pieux vsage; à fin que l'Euesque, ou Archidiacre, ne l'embourseent, comme Iean Faber a noté sur la loy, mulctarum, C. de modo mulctarum: *qui est la cautele, que Iean André donne en sa petite addition sur la glosse du chap.* licet, *à fin d'euiter la prohibition du c.* irrefragabili: *Voire, on obserue à present, que ce n'est encor assés, que le Iuge d'Eglise declare par sa sentence l'amende applicable generalement* in pios vsus, (*& encor moins* in pios vsus Domini Episcopi, *comme ils prononcent ordinairement, ce qui est abusif*) *ains faut, que ceux pieux vsages soient specifiés particulierement, & qu'ils prononcent l'amende applicable aux Cordeliers, aux prisonniers, à la fabrique de telle Eglise &c. comme M. Bourdin a noté, sur l'ordonn. de l'an MDXXXIX.* Loyseau *d. chap.* 15. *n.* 45. (Ecclesia, cum neque territorium, neque fiscum habeat, non potest indeterminate condemnare ad mulctam, & sine expressa assignatione mulctæ ad certos vsus pios, ne scilicet Episcopi, aut Archidiaconi, eam in suos cogant loculos, vt notauit Ioh.

 Faber

Faber *ad l. mulctarum*, C. *de modo mulctar.* Quæ est cautela, quam Ioh. Andreas addit glossæ, *c. licet*, quo euitetur prohibitio *c. irrefragabili.* Vt hodierni mores sunt, etiam haud sufficit, iudicem Ecclesiasticum sententia generaliter declarare, mulctam applicandam esse in pios vsus (minus quoque in pios vsus Domini Episcopi, vt regulariter pronunciare solent, at per abusum) sed necesse est istos pios vsus specialiter exprimi, atque pronunciari, mulctam applicandam esse religiosis ordinis Minorum, captiuis, fabricæ huius vel illius Ecclesiæ &c.)

aa) Licet Iudices Ecclesiastici possint ferre sententiam, non tamen eam propria autoritate executioni mandare possunt, (*ains comme les Iuges delegués, & les arbitres, ne peuent pas mettre à execution leurs sentences; mais faut, qu'elles soient executées par le commandement du Magistrat, & Iuge ordinaire; ainsi a-il esté de tout temps des Euesques, & autres Iuges Ecclesiastiques, dit la loy* 8. C *de Episc. audient. & la loy de Episc. iud.* C. *Theodos. & la Nou.* 123. *c.* 21. *&c. Ce qui se garde encor à present, & quelque augmentation qui ait iamais esté és iustices Ecclesiastiques, si est-ce que tousiours les Iuges de l'Eglise ont esté contraincts d'implorer le bras seculier, c'est à dire, la iustice temporelle, pour faire executer leurs sentences; pource que (disons-nous communement) l'Eglise n'a point de territoire, c'est à dire en effect, qu'elle n'a pas la parfaicte iurudiction, & que les iuges de l'Eglise ne sont pas Magistrats, qui puissent prononcer ces trois mots solennels,* do, dico, addico: Loyseau *d. chap.* 15. *n.* 42.) sed quemadmodum Iudices delegati, ac arbitri, non possunt exequi sententias, quas tulerunt, ac necesse est executionem fieri mandato magistratus & Iudicis ordinarii; ita etiam semper obseruatum fuit respectu Episcoporum, & aliorum Iudicum Ecclesiasticorum, *vt dicitur in l.* 8. C. *de Episcop. audient. & l. de Episc. Iudic. in* C. *Theodos. ac Nouella* 123. *cap.* 21. *&c.* & sic etiamnum hodie obseruatur: ac quantumcunque vnquam creuerit iurisdictio Ecclesiastica, attamen Ecclesiastici semper obligati fuerunt implorare brachium seculare; hoc est, iustitiam secularem, pro exequendis sententiis, quas tulerunt. Etenim, vt loquimur populariter, Ecclesia non habet territorium, id est in effectu, non habet perfectam iurisdictionem, ●, Iudices Ecclesiastici non sunt tales magistratus, qui possint vti tribus illis verbis solemnibus, *do, dico, addico.*)

bb) *Le iuge laic ne denie point à l'Ecclesiastique d'executer ses sentences par prise de corps, & de biens, sans entrer en la nouuelle cognoissance de cause, & sans iuger* bis in id ipsum, *quand, par maniere de commission rogatoire, le Iuge d'Eglise vient à implorer le bras seculier:* Loyseau *des ordres d. chap.* 8. *n.* 44. (Iudex Laicus non detrectat exequi sententiam, latam à iudice Ecclesiastico, manum iniiciendo in corpus, ac bona, sine noua examinatione causæ, ac sine iudicio reiterato, quando à iudice Ecclesiastico, quasi commissione rogatoria, imploratur brachium seculare.)

cc) On

cc) *On a tousiours obserué, & on garde encor à present, que les iuges Ecclesiastiques ne peuuent de leur autorité emprisonner les personnes Ecclesiastiques, sans implorer l'aide du bras seculier: dont* Iean Galli *rapporte plusieurs arrests, aux questions* 109. 246. 276. *où il en fait vn long discours; & M. le Maistre pareillement, au traicté des appellations comme d'abus, chap. 5. où neantmoins il cotte ceste exception, que le Iuge d'Eglise peut faire emprisonner ceux, qui se trouuent dans son auditoire: qui est pourquoy Boniface VIII. au chap. cum Episcopus, de offic. ordin. in 6. dit, que l'Euesque peut poser son auditoire par tout, où il voudra, pour en consequence y faire ses captures; ce qui n'est gardé en France, dit le Maistre. Mesme Volateran, liu. 22. nous apprend, que les Ecclesiastiques n'auoient de prisons, iusques au temps d'Eugene I.* (Semper obseruatum fuit, & adhuc in vsu est, vt iudices Ecclesiastici non possint potestate propria in carcerem mittere personas Ecclesiasticas, sed teneantur ad hoc implorare brachium seculare: quam in rem Ioh. Galli refert plura arresta, *in quæstion.* 109. 246. *&* 276. vbi longo vtitur discursu, & Dominus Magister quoque tractatu *de appellationibus quasi ab abusu, cap. 5.* vbi tamen hanc exprimit exceptionem, quod Iudex Ecclesiæ possit carceri mandare illos, qui reperiuntur in ipsius auditorio. Vnde Bonifacius VIII. *in c. cum Episcopus, de offic. ordin. in 6.* dicit, Episcopum posse quolibet loco ipsius diœcesis causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas (cum earum excessus exegerint) capere ac carceri deputare: quod in Gallia non obseruari docet Magister *d. l.* Volateranus *lib. 22. (pag. in. 501.)* tradit, Ecclesiasticos non habuisse carcerem, vsque ad tempus Eugenii I. Pontificis.) Loyseau *d. chap. n. 43.*

dd) Vide huius *lib. 3. cap. 2. lit. n. & o.*

ee) Communia crimina dicuntur, de quibus iure communi potest iudex Ecclesiasticus inter personas sui fori cognoscere, non autem iudex temporalis: Petr. Gregor. Tholos. *syntagm. iur. vniuers. lib. 30. c. 11. n. 18. in f.* (alio sensu accipiuntur à Rossello *d. c. 3. n. 25.* quando ait: Sit igitur ex præmissis distinctio criminum, vt quædam priuilegiata sint pro foro seculari, cuiusmodi atrocia omnia, vt non requiratur præsentia iudicis Ecclesiastici: alia priuilegiata pro foro Ecclesiastico, vt ad illud remittantur clerici rei, sed iudicandi assistente regio Iudice, & procuratore: ac ea fortassis communia dicuntur, quoniam eorum cognitio vtriq; iudici communis est.) *Quant aux crimes, la iurisdiction Ecclesiastique a esté fort restrainte, & moderée en France, pource que comme l'Eglise n'a pas* ius gladii, *aussi ne cognoit-elle que des cas communs. En suite de quoy, elle ne peut adiuger, contre les coulpables aucune peine temporelle, non pas mesme vne amende pecuniaire; mais seulement l'excommunication, & la penitence: c. cum non ab homine, extr. de iudic. iusques là, que i'ay veu* (verba sunt Bretii. *d. liu. 1. chap. 12. pag. 97.*) *declarer par arrest, la sentence d'vn official abusiue, qui auoit priué pour tousiours vn certain Chanoine des fruicts*

fruicts de sa prebende. I'estime neantmoins, que l'Eglise peut passer plus auant, & priuer les prestres criminels de leurs charges, & dignites, comme Balsamon le remarque ad c. 2. Concilii Carthaginensis. (Quod attinet crimina, iurisdictio Ecclesiastica valde restricta est in Francia; quemadmodum enim Ecclesia non habet ius gladii, ita nec cognoscit de alio casu quam communi. Hinc non potest reis imponere vllam pœnam temporalem, & ne quidem mulctam pecuniariam, sed pœnitentiam tantum, & excommunicationem: *c. cum non ab homine, extr. de iudic.* quæ adeo vera sunt, vt vidisse meminerim arresto declaratum fuisse, sententiam ab officiali aliquo latam abusiuam esse, quæ penitus priuauerat Canonicum quendam fructibus præbendæ suæ. Credo tamen Ecclesiam posse vltra progredi, & priuare sacerdotes criminosos officiis & dignitate, vt Balsamon annotauit *ad c. 2. Concilii Carthaginensis.*) Vidi etiam, ait ille, multos sacratos propter furtum fuisse synodaliter depositos. *Et au Concile de Nicee est dit*; si quis Episcopus deprehensus fuerit, in peccato fornicationis, aut in alio simili, deponendus est, nec amplius in eundem gradum restituendus. *Cõme le semblable fut arresté au Concile d'Agde, & en plusieurs autres; & cela se fait en consequence de l'excommunication qu'ils encourent.*

ff) In simplici crimine, si Iudex laicus præuenerit per manus iniectionem, requirenti Episcopo reddi debet reus, aut allegantem fori præscriptionem remittere oportet, persolutis tamen prius expensis, qui in eam captionem, & post illam factæ sunt, sed in citatum, & contumacem nihil pronunciare potest Iudex secularis, propter defectum iurisdictionis. Simplicia vero crimina sunt, quæ sola castigatione Ecclesiastica indigent: vt si quis maledixerit suo Episcopo, si colaphum alicui impegerit, contumeliam fecerit, si in ebritatem ceciderit, aut fornicationem, & huiusmodi alia, quorum notio est solius ecclesiastici iudicis, cui soli etiam, vt in eo crimine mulctam honorariam dicere valeat, competere dicitur, non item seculari iudici, vt neque illi, aut isti pecuniariæ indicendæ potestas est; vnde nonnunquam præsentia secularis iudicis est necessaria. Vidimus autem mulctæ honorariæ condemnationem à seculari iudice pronunciatam approbasse curiam supremam, sed ob atrocitatem iniuriarum: Rouillel *d. c. n. 31. & 32.*

gg) Suspensio ab officio & beneficio, minor est quam depositio: *c. inter sollicitudines 10. de purgat. canon. La suspension n'est point perpetuelle de sa nature, quand mesme elle seroit faicte sans expression de temps: pource qu'en ce mesme cas, il y a tousiours esperance de la faire clorre, & leuer par droict commun, & sans dispense. Et est à noter, qu'elle defend à l'Ecclesiastique de faire la fonction dont il est suspendu, sur peine d'irregularité. Mais il faut exactement considerer ses termes, pource qu'il y en a de plusieurs sortes, à sçauoir la suspension de le ordre qui defend l'execution de l'ordre seulement, & non de l'office, ny du benefice; encore si elle est limitée à certain ordre, elle n'a lieu pour les moindres, mais bien*

bien pour les plus grands. Pour exemple, l'Euesque suspendu de l'ordre Episcopal, peut dire la messe, mesme auec ornemens pontificaux, pource qu'ils regardent la dignité, & non pas l'ordre. Il peut aussi exercer sa iurisdiction, & toute autre administration temporelle de son Eueschê; pource qu'il n'est pas suspendu de l'office, & benefice: mais au contraire, l'Euesque suspendu de l'office de Prestrise, ne peut pas conferer les ordres, ny faire tout ce qui est de l'ordre Episcopal, pource que il faut auoir l'ordre de Prestre libre, pour exercer celuy d'Euesque. Mais la suspension de l'office, qu'on appelle autrement suspension à diuinis, comprend tant l'office de l'ordre, que celuy du benefice, ou charge Ecclesiastique: & encor quelquesfois elle comprend le Benefice mesme, c'est à dire, l'administration du reuenu Ecclesiastique, comme quand elle est irrogée pour crime. Que si elle est ordonnée, ou pour delict leger, ou pour simple contumace, ou qu'elle soit enoncée auec ce terme restrictif (seulement) elle ne comprend pas l'administration du benefice: au contraire la suspension du Benefice, ne concerne, que l'administration du reuenu temporel de iceluy, & non pas de l'office, ou administration du spirituel, qui n'est pas accessoire au temporel, ains au rebours, c'est le temporel, qui est accessoire au spirituel, & le benefice à l'office: Loyseau des ordres ch. 9. n. 59. 60. 61. 62. (Suspensio non est perpetua, natura sua, etiamsi fieret sine expresso temporis termino; quoniam hoc ipso quoque casu, spes est eam cessaturam, & tolli posse per ius commune, sine dispensatione. Et notandum est, suspensione prohiberi, ne Ecclesiasticus functionem exerceat, à qua suspensus fuit, sub pœna irregularitatis: sed termini suspensionis exacte considerari debent, sunt enim varii. Suspensio ab ordine, prohibet tantum exercitium ordinis, non officii, nec beneficii; & si limitata & restricta est ad certum ordinem, non extenditur ad minores, sed ad maiores. Exempli gratia, Episcopus suspensus ab ordine Episcopali, potest missam celebrare etiam indutus ornamentis Pontificalibus, quoniam respiciunt dignitatem, non ordinem. Potest quoque exercere iurisdictionem suam, aliamque omnem administrationem temporalem Episcopatus sui; quia non suspensus ab officio sacerdotali & beneficio. Contra vero Episcopus suspensus ab officio sacerdotali, non potest conferre ordines, nec facere illud, quod est ordinis Episcopalis; quia debet habere ordinem sacerdotalem liberum, vt exercere possit ordinem Episcopi. At suspensio ab officio, quam alias appellant suspensionem à diuinis, comprehendit officium ordinis, & beneficii, aut officii Ecclesiastici. Imo aliquando etiam comprehendit beneficium ipsum, id est, administrationem prouentuum Ecclesiasticorum, quemadmodum fit, quando suspensio facta fuit propter crimen commissum. Quod si fiat, vel propter leue delictum, aut propter simplicem contumaciam, aut proferatur cum termino restrictiuo, *solummodo*, non continet administrationem beneficii; è contrario, suspensio beneficii nihil concernit, nisi administrationem prouentuum tempo-

 talium

ralium illius beneficii, non autem officium, aut administrationem spiritualium: spirituale enim non est accessorium temporalis; sed temporale est accessorium spiritualis, & beneficium accessorium officii.)

hh) Scandalum graue est, & dedecus Ecclesiæ, habere incorrigibiles, & sceleſtos adminiſtros; vnde merito remouendi illinc sunt; *c. qualiter & quando 24. extr. de accusat*: vt à villicatione villicus iniquitatis in Euangelio D.Lucæ *c.16*. Dicimus depositionem huiusmodi pœnam. Depositio est seu exautoratio, de dignitate, gradu, vel ordine deturbatio, vel eorum priuatio. Degradationis nomen vulgo vsurpatum à gradu: Veruntamen depositio, verbalis proprie remotio per sententiam; degradatio, realis, solemnis, & cum executione, emancipatio, curiæ seculari facta, adempto Clericatu. Atque depositio duplex, alia ab officio, seu beneficio simul: *c. fin. de celebrat. missar.* vel separatim: *c.2. de pœnis, in 6. c. nouimus 27. de verb. signif.* Speculat. *tit. de accusat. §.2. vers. vel dici potest. can. accedens, distinct. 50.*) & à dignitate: & alia ab ordine, quæ proprie exautoratio, seu degradatio, contra Clericum in sacris constitutum, vt *in c. pen. de purgat. canon.* Depositio prior verbalis, est priuatio, vel ademptio beneficii, quæ à solo Episcopo fieri potest, & tamen non sine crimine, vel causa. Nam si quis non potuerit, propter superuenientem infirmitatem, officio, vel beneficio, per se satisfacere, non est deponendus, sed coadiutor ei dandus: *can. scripsit mihi, cum seq. 7. q. 1. c. 1. 3. 4. & tot. tit. de cleric. ægrotant.* P.Gregor. Tholosanus *lib. 3 in syntagm. iur. cap. 30. n. 1. & 2.* Est autem depositio hæc, quæ verbalis degradatio dicitur, (*perpetuelle de sa nature, & sans esperance de restablissement, au moins de droit commun, & sans dispense; laquelle toutesfois l'Euesque peut donner quant à l'ordre. Car quant au benefice, il vaque* ipso iure, *par la deposition, & est perdu absolument, sans attendre la degradation, qui ne concerne que la dignité de l'ordre Ecclesiastique. Et n'est gueres recuperé, pource qu'il n'est bet pas souuent, qu'il n'y soit pourueu auparauant le restablissement ou dispense du deposé; & encor en tout cas faut, qu'il obtienne nouuelle prouision, pource que la premiere cesse par la deposition. Mais comme l'ordre est plus inherent à la personne, que l'office, & benefice, la simple deposition ne priue pas de l'ordre, ny de tout ce qui en depend, ains seulement de l'execution d'iceluy, de sorte que le prestre deposé retient, & la dignité (c'est à sçauoir, le rang & tiltre de Prestre) & les priuileges* (fori scilicet, & canonis) *mais sur tout, il y a nulle doute, qu'il ne retienne le charactere de Prestrise*: Loyseau *des ordres d. ch. 9. n. 63.*) perpetua, natura sua, ac sine spe restitutionis, saltem ex iure communi, & sine dispensatione, quam tamen Episcopus dare potest, quantum ad ordinem, Nam beneficium quod attinet, illud per depositionem vacat ipso iure, & omnino perditur, etiam antequam fiat degradatio, quæ solum concernit dignitatem ordinis Ecclesiastici. Nec facile recuperari potest, quia raro contingit, vt non alii sit assi-

gnatum

gnatum, antequam restituatur, aut dispensationem obtineat depositus: ac casu dato, necesse est, vt obtineat nouam prouisionem, quoniam prima sublata fuit per depositionem. Verum, vt ordo magis personæ inhæret, quam officium & beneficium, hinc simplex depositio non priuat ordine, nec eo quod inde dependet; sed solum exercitio illius, ita, vt sacerdos depositus retineat dignitatem, hoc est, gradum & titulum sacerdotis; ac priuilegia, fori scilicet, & canonis; & sine omni dubio, characterem sacerdotalem.)

ii) Depositio, seu degradatio realis, seu actualis, est, quando post sententiam verbalem insignia ordinum solemniter detrahuntur. Iura vocant hanc depositionem solemnem: *can. Episcopus, 11. q. 3. c. 2. de pœnis, in 6.*

kk) In Gallia res decisa est edicto anni M D LXXI. *art.* 14. ibi: (*les Prestres, & autres promeus aux ordres sacrés, ne seront executés à mort sans degradation. Aussi la raison y est toute apparente, puisque iusqu' à la degradation le Prestre demeure tousiours en sa dignité, & qualité, est-ce pas faire iniure a l' ordre, à l' Eglise, voire à Dieu mesme, qu' vn bourreau mette la main sur son oinct? Certes il est bien plus-seant, & pieux, de degrader les Prestres auant que les liurer a l' executeur de haute Iustice, veu qu' entant qu' ils sont oincts de Dieu, il est prohibé estroitement de mettre la main sur eux, en quelque façon que ce soit. Mais estant degradés, ceste prohibition cesse, veu que l' onction leur est ostée, & essuyée; & c' est l' Eglise mesme, qui lors les rend au bras seculier, pour estre traictés selon les loix, comme personnes du commun: n' estant, au surplus, raisonnable, que pour auoir esté dedié à Dieu, ils soient exempts des loix du monde, & qu' il leur soit permis de mal faire sans hazard de peine, pource qu' au contraire, il y a apparence, qu' ils doiuent estre plus-seuerément punis quand ils faillent, veu que c' est à eux monstrer exemple au peuple*: Loyseau *d. tr. ch. 9. n. 35.* (Sacerdotes & cæteri, qui ad ordines sacros promoti, non plectantur morte, nisi degradati. Ratio huius satis manifesta est, quia Sacerdotes in dignitate & qualitate sua permanent vsque ad degradationem; nunc ergo iniuria inferretur ordini, Ecclesiæ, imo ipsi Deo, si carnifex manus inferret vncto Domini. Certe decentius est, & pietati magis conueniens, degradare sacerdotes antequam tradantur carnifici, cum, quousque sunt vncti Dei, stricte prohibitum sit, illis manus inferre, quocunque tandem modo id fiat. Verum vbi degradati fuerunt, cessat prohibitio, postquam vnctio iis adempta, & absterfa fuit, & Ecclesia ipsa eos tradit brachio seculari, vt secundum leges tractentur, quemadmodum alii de populo. Cæterum rationi non conuenit, vt, cum Deo dicati fuerint, esse debeant exempti à legibus ciuilibus, & illis permissum impune patrare crimina: imo videntur seuerius esse puniendi, quando deliquerunt, cum illorum sit muneris, exemplo præire populo.)

ll) Auiourd' huy on ne degrade iamais vn Ecclesiastique, qu' il n' ait commis vn crime capital, voire, qu' en outre il ne soit tenu pour incorrigible, estant

la plus-grande peine, que l'Eglise puisse infliger, que la degradation: c. cum non ab homine, extr. de iudic. c'est pourquoy l'Eglise, quæ sententiam sanguinis ferre non potest, *renuoye à la iurisdiction seculiere le clerc, qui a commis crime capital, pour y estre puni, la priant neantmoins (selon sa douceur & bonté, & aussi pour euiter l'irregularité, si elle destinoit à la peine du sang) qu'elle le traicte doucement, & ne la punisse à la rigueur: c. nouimus, de V. S.* Loyseau *d. ch. 9. n. 53.* (Hodie nunquam Clericus degradatur, nisi commiserit crimen capitale, imo etiam præterea habeatur pro incorrigibili, cum degradatio, sit maxima pœnarum, quas infligere possit Ecclesia: *c. cum non ab homine 10. extr. de iudic.* Hinc Ecclesia, quoniam sententiam sanguinis ferre non potest, Clericum, qui crimen capitale commisit, remittit ad iurisdictionem secularem, vt ibi puniatur, eam tamen rogitans, (secundum lenitatem & bonitatem suam, ac vt effugiat irregularitatem, si mortis pœnæ quemquam addiceret) vt illum leniter habeat, nec puniat secundum rigorem: *c. nouimus 27. de V. S.*)

mm) Solus Episcopus non peragit degradationem, sed si Abbas abbatia deponendus, adiungi debent alii vicini Abbates, si negligens, crudelis, vel fornicator: *can. si quis Abbas, 18. q. 2. c. miramur, & ibi gloss. & Dd. de seruis non ordin.* In degradatione Presbyteri, Episcopi sex adesse debent, nisi ob hæresin deponatur; tunc enim vnus sufficit, conuocatis Abbatibus, Prælatis, religiosis, & literatis diœceseos: *c. 1. de haret. in 6. gloss. in c. 2. de pœnis, in 6.* si vero agatur de Clericis in minoribus ordinibus constitutis, vnus sufficit Episcopus, cum præsentia sui Capituli: *d. c. 2. de pœn. & ibi gloss. in 6. c. qualiter 24. de accus. c. 1. de excess. Prælat. can. Episcopus, 15. q. 7. c. non potest, de re iudicat.* nisi consuetudo obseruata aliud statuat: *c. 3. de consuet. gloss. in d. c. 2. de pœn. in 6.* Porro vnus Episcopus quidem sacerdotibus, & ministris cultus diuini, honorem dare potest, at adimere solus non potest: *can. 1. & can. fin. 15. q. 7.* difficilius enim destruuntur spiritualia, quam construuntur; cum tamen contrarium in corporalibus sit, quæ difficilius ædificantur, quam destruuntur: *c. inter corporalia, de translat. Epist.* Ita Petr. Greg. Tholos. *d. lib. 31. syntagm. iur. cap. 30. num. 9.* sed rem exactius trutinans Loyseau, *des ordres d. chap. 9. n. 37.* ait: *Boniface VIII. (l'autheur est notable) au chap. 2. de pœn. in 6. decide, que pour executer la degradation, il est requis le nombre d'Euesques defini par les anciens Canons, qu'il a luy-mesme eu honte d'exprimer, c'est à sçauoir douze, pour degrader vn Euesque; six, pour degrader vn Prestre; & trois auec l'Euesque du lieu, pour degrader vn Diacre, comme il est dit au c. si quis tumidus, & duobus seqq. 15. q. 7. Dont la raison est renduë au chap. inter corporalia, extr. de translat. Episc.* Inter corporalia & spiritualia differentia est, quod corporalia facilius destruantur, quam constituantur, spiritualia vero facilius construantur, quam destruantur. *Mais sauf correction, ceste raison*

raison ne prouue pas, qu'il faille plus d'Euesques à engendrer vn prestre, qu'à le degrader, contre la reigle, nihil tam naturale &c. Bien induit-elle, qu'à cause de la permanence, & durée plus-grande des ordres sacrés, la degradation ne les extirpe pas tout à faict, comme les ordres politiques, & non sacrés. Et quant à ces anciens Canons, il faut prendre garde, qu'ils ne parlent nullement de la degradation des Ecclesiastiques, ains seulement du nombre des iuges requis à faire leur procés. Voicy leurs termes: Episcopus audiatur à duodecim Episcopis, Presbyter à sex, Diaconus à tribus, cum proprio Episcopo. Encor le 3. de ces canons adiouste, qui causas eorum audiant. Et d'ailleurs il les faut entendre selon leur temps, pource qu'anciennement l'Estat Ecclesiastique estoit plus aristocratique que monarchique, de sorte, que les procés, qui tendoient à la deposition des Prestres, ou des Euesques, ne pouuoient du commencement estre vuidés, qu'aux Conciles, ou Synodes, comme dit le Canon du Concile de Hispale, qui au vieil decret est mis immediatement deuant, & encor repeté aprés les trois Canons, dont nous parlons; ainsi qu'à present les corrections notables des Religieux és congregations reformées, sont reseruées ordinairement au Chapitres d'icelles. Mais pource qu'à succession de temps, il se trouua des fautes si frequentes à corriger parmy le Clergé, qu'on ne pouuoit commodément attendre le Synode, il fut arresté au Concile second de Carthage, dont est pris l'vn de ces trois canons, quod si fuerit nimia necessitas, nec plures Episcopi congregari possent, les clercs seroient iugés par ce nombre d'Euesques dessus declaré, ne in crimine manerent. Aussi la iustice Ecclesiastique n'estoit pas lors establie en cour & iurisdiction ordinaire, ains anciennement les Euesques n'auoient que la simple correction des mœurs sur ceux de leur ordre, & la punition des crimes Ecclesiastiques seulement, estant les autres delicts delaissés à la iurisdiction seculiere. Mais depuis que le regime de l'Eglise a esté estably en forme monarchique, & la iustice d'icelle reduite en Cour ordinaire, ayant ses iuges certains, & ses degrés d'appellations bien reiglés, ainsi que la iustice seculiere, c'est sans doute, qu'vn simple Official peut condamner le plus-habile prestre de son diocese, d'estre deposé, ou degradé de son ordre. Mais quant aux Euesques, ils ont maintenu ceste franchise, de ne pouuoir estre iugés que par le sainct Siege. Et voila comment ces anciens canons ne sont à propos de la degradation. Par tant il faut tenir pour certain, que comme vn simple Euesque peut consacrer vn Prestre, aussi qu'il le peut degrader: & ainsi s'obserue en vsage, non obstant la decretale de Boniface VIII. dont il ne faut nullement douter, attendu que le Concile de Trente, sess. 13. decreto de reformat. cap. 4. decide, que non seulement vn Euesque, mais encor son Vicaire general in spiritualibus, peut faire la degradation d'vn Prestre, appellant toutesfois six Abbés, si tant y en a en la ville; si non, six notables personnages, constitués en dignité Ecclesiastique. (Bonifacius VIII. (autor est notabilis) cap. 2. de pœnis, in sexto, decidit, ad exequendam degradationem, requiri numerum Episcoporum definitum ab antiquis canonibus (quem

ille, pudore retractus, exprimere noluit) hoc est, duodecim, ad degradandum Episcopum; sex, ad degradandum sacerdotem; tres, cum Episcopo loci, ad degradandum Diaconum, vt dicitur *in can. si quis tumidus, & duobus sequentibus, 15. q. 7.* cuius ratio redditur *in c. inter corporalia, extra de translat. Episc. &c.* Verum, salua correctione aliorum, ea ratio non probat, plures requiri Episcopos ad constitutionem sacerdotis, quam ad eius degradationem, cōtra regulam, *nihil tam naturale* &c. Hoc vero docet, quod, cum ordines sacri magis permanentes & durabiles sint, degradationes eos non penitus extinguere, vt fieri solet in ordinibus politicis. Et quod antiquos istos canones attinet, notandum est, eos nullo modo loqui, de degradatione Ecclesiasticorum, sed solum de numero iudicum, qui requiruntur ad conficiendum processum &c. tertius ex istis canonibus addit, *qui causas eorum audiant.* De cætero, intelligi debent de suo quisque tempore; nam olim status Ecclesiasticus erat magis aristocraticus, quam monarchicus; inde processus, qui tendebant ad deponendos Sacerdotes, aut Episcopos, primum non poterant alibi ad finem perduci, quam in Conciliis, & Synodis; vt legitur in canone Concilii Hispalensis, qui in veteri decreto positus reperitur immediate ante tres istos canones, de quibus mentionem facimus, & post eosdem repetitus. Ita hodie notabiles correctiones Clericorum in congregationibus reformatis, regulariter reseruatæ sunt Capitulis. Postquam vero, insequenti tempore, adeo frequentes erant noxæ clericorum, quæ correctionem merebantur, vt synodum expectare incommodum esset, in secundo Concilio Carthaginensi (vnde vnus ex dictis tribus canonibus desumptus est) constitutum fuit, vt, si fuerit nimia necessitas, nec plures Episcopi congregari possent, Clerici iudicarentur à tot Episcopis, quod supra diximus, ne in crimine manerent. Iustitia quoque Ecclesiastica non erat tunc temporis redacta in formam Curiæ, & iurisdictionis ordinariæ; verum, olim Episcopi non habebant, nisi simplicem correctionem morum, in illos, qui sui erant ordinis, & solum punitionem criminum Ecclesiasticorum: in cætera delicta animaduertebatur à iurisdictione seculari. Postquam autem regimen Ecclesiæ formam monarchicam induit, & illius iurisdictio redacta fuit in curiam ordinariam, suos habentem Iudices certos, & gradus appellationum bene institutos, non secus ac iurisdictio secularis, extra dubium est, simplicem officialem posse condemnare sacerdotem, maxime habilem totius diœcesis, vt deponatur, ac degradetur ab ordine. Episcopi vero hanc hodie habent libertatem, vt non possint iudicari præterquam à sacra Sede Pontificis. Et ita constat, antiquos illos canones male allegari ad factum degradationis. Itaque pro certo tenendum est, quod, quemadmodum simplex Episcopus potest consecrare sacerdotem, ita etiam eundem posse degradare; & sic fert vsus, non obstante decretali Bonifacii VIII. de quo non est quod dubitemus;

mus, cum Concilium Tridentinum, *sessione 13. decreto de reformat. cap. 4.* decidat, quod non solum Episcopus, verum etiam eius Vicarius generalis in spiritualibus, possit perficere degradationem Sacerdotis, conuocatis tamen sex Abbatibus, si tot sint in ciuitate; quod si tot non fuerint, conuocatis sex notabilibus personis, constitutis in dignitate Ecclesiastica.)

nn) Solemnia degradationis vide supra *huius libri 3. c. 2. lit. p.*

oo) Ie ne puis, que ie ne blasme deux scrupulosités (à fin que ie ne die malignités) qu' aucuns Ecclesiastiques, mais plus-tost mondains, ont recherché de trop loing, voulans preparer vn asyle, & impunité à tout leur ordre, en rendant la degradation fort difficile, voire presque impossible; lesquelles ayant esté admises inconsiderement, ont esté cause de faire prendre en fin resolution aux Magistrats seculiers, de negliger & obmettre la degradation plus-tost, que laisser les crimes des Prestres impunis. (Non possum intermittere, quin atro notem carbone duos scrupulos, (ne dicam malignitates) quos nonnulli Ecclesiastici, certe magis seculares, mouerunt, è longinquo petitos, animo & intentione praeparandi asylum, & impunitatem pro toto ipsorum ordine, reddentes degradationem valde difficilem, imo quasi impossibilem. Qui, cum inconsiderate admissi fuissent, effecerunt, vt tandem magistratus secularis maluerit negligi, atque omitti degradationem, quam crimina Sacerdotum relinqui impunita.) Loyseau *d. ch. 9. n. 36.* Tradit Bodinus, *liu. 3 de la Republ. ch. 7. pag. 484. que la Cour de Parlement de Thoulouse, n' a pas long temps, condamna (en l' an MDLX. au mois de Iuin) deux religieux de la Daurade, d'estre traunés sur vne claye au supplice, auec leurs habits, & mis en quartiers, sans les degrader, pour auoir meurtri leur superieur.* Et haec ita quidem in textu Gallico, at vbi eundem in latinitatem vertit, nonnulla, vt & quod de non facta degradatione adiecerat, omisit. In exemplari, quod, dum haec scripsi, ad manus habui, *lib. 3. c. 7. p. 521. in f.* ita legitur: Non ita pridem (anno MDLX. mense Iunio) apud Tholosates è monasterio ad extremum supplicium duo Deauratae monachi contumeliosissime tracti sunt, quod monasterii principem, cuius coërcitionem ferre non poterant, crudelissime occidissent.

pp) La degradation actuelle, & solennelle, selon la plus-commune opinion des Theologiens, & des Canonistes, n' oste pas l' ordre tout à faict, à cause qu' il est graué, & imprimé iusques dans l' ame, & à cause, que les choses sacrées sont eternelles, & incorruptibles de leur nature; pour donc sçauoir quel effect elle a, il faut distinguer deux diuerses parties en l' ordre sacre; l' vne externe, qui est la dignité, & priuileges, qui en dependent: l' autre interne, qui est le charactere de la consecration. Quant à la dignité, & priuileges, c' est sans doute, que la degradation les oste, de sorte que le Prestre degradé ne se peut plus qualifier Prestre, ny de tenir rang de Prestre, & n' est plus de la iurisdiction Ecclesiastique, & qui le frappe n' est point excommunié. Mais quant au charactere imprimé en la consecration, il ne peut

peut estre effacé, neque ex parte potentiæ, *pource qu'il est sacré, & partant immuable, & incorruptible*; neque ex parte subiecti, *pource qu'il est imprimé à l'ame, qui est immortelle, & impenetrable. De sorte qu'il n'y a nulle doute, que le Prestre degradé ne puisse efficacement, & reellement consacrer*, quin conficiat verum corpus Christi, *qui est la resolution* de S. Thomas *in 3. quæst. 83. art. 8.* quam sequitur Loyseau *d. ch. 9. n. 66.* (Degradatio actualis, & solemnis, secundum magis communem opinionem Theologorum, & Canonistarum, non omnino tollit ordinem, quia impressus quasi fuit animæ, & quoniam res sacræ sunt æternæ, ac natura sua incorruptibiles. Itaque, vt constet de effectu degradationis, distinguendę sunt duæ partes in ordine sacro; quarum vna externa, ad quam refero dignitatem, & priuilegia, quæ ab illa dependent; altera interna, qui est character à consecratione impressus. Quod dignitatem & priuilegia attinet, extra dubium est, degradatione aboleri, ita vt Sacerdos degradatus non amplius se possit dicere Sacerdotem, nec tenere locum Sacerdotis, vti nec etiam amplius est sub iurisdictione Ecclesiastica, & sic qui eum percutit non incurrit excommunicationem. Verum quod concernit characterem impressum in consecratione, ille non potest deleri, neque ex parte potentiæ, est enim sacer, atque immutabilis, & incorruptibilis; neque ex parte subiecti, quia impressus fuit animæ, quæ est immortalis, & impenetrabilis: adeo vt non liceat dubitare, sacerdotem degradatum posse efficaciter, & realiter consecrare, ac sic efficere verum corpus Christi; quæ est sententia diui Thomæ, *in 3. quæst. 83. art. 8.*)

CAPUT V.

De bonis & opibus Ecclesiæ Gallicanæ.

Ecclesiam Christianam primitiuam in paupertate natam (*a*), nullaque habuisse bona immobilia, sed fideles sua vendidisse, & pretium communicasse, certum est (*b*): non quod bona possidere Ecclesiam dedeceat, sed quod tunc inter Iudæos gentesque alias illi bona possidere nondum magistratus Politici fauore licuerit. Postquam autem licere cœpit (*c*), suo tempore inspectio superior in eiusmodi bona Episcopo competiit (*d*), sita in diœcesi sua, qui ea commendauit curæ, vel Diaconorum, vel œconomorum, aut defensorum, non solum vt ea colerentur, sed etiam vt redituum inde prouenientium partes ipsi distribuerent (*e*); Vnam, tanquam stipendium,

dium, sub nomine præbendæ, Ecclesiasticis personis; alteram, nomine eleemosynarum, pauperibus, vel in alios vsus pios conferrent; tertiam adhiberent fabricæ, & Ecclesiis, ac domibus Ecclesiasticis reparandis; quartaque cederet Episcopo, in sustentationem. Verum ab hac communi administratione postea eo deuentum, vt non amplius bonorum prouentus, sed ipsa bona particulatim attributa fuerint illis, qui functiones Ecclesiasticas sustinebant, vt ipsi iisdem vterentur, atque inde sibi prospicerent (f). Hinc cum antea munera Ecclesiastica pura fuissent officia, factum, vt imposterum essent officia connexa beneficiis. Cumque primum officium pars esset præstantior, & beneficium accessorium, deinde, postquam emolumentum magis placuit, quam principale, beneficii nomen prævaluit (g). Certe, quousque paupertate laborauit Ecclesia, vt & tunc, quando nondum admodum diues facta, morum & vitæ integritate conspicua fuit (h); vbi autem diuitiis abundare cœpit, irritamenta illa malorum, causam dederunt (i) obliuioni rerum cœlestium, & virtutibus in exilium actis (k), lerna luxus (l), atque vitiorum, plerorumque Ecclesiasticorum animos inundauit, atque huc usque ita occupatos tenuit, vt qui de reducenda Ecclesia ad purum & innocentiæ statum, solliciti aliquoties fuerunt, operam & oleum perdiderint: vnde nonnemini visum, Deo facilius fore resuscitare mortuos, quam Ecclesiam ad antiquam reducere formam (m). Diuitiæ quidem, in se consideratæ, malæ non sunt (n); sed experientia docuit, eas Ecclesiæ venenum esse (o) propter abusum. Qui antiqua tempora cum sequentibus componunt, annotare solent, olim, cum Ecclesia ligneis vteretur vasis, Sacerdotes fuisse aureos; nunc aurea esse vasa, ac sacerdotes ligneos (p): olim lituos fuisse ligneos, Episcopos vero aureos; nunc lituos aureos, Episcopos ligneos (q). Putant alii, Ecclesiam ad pristinam sanctitatem nunquam redituram, nisi ad pristinam redeat paupertatem (r). Quod si verum, desperata res est, & ante finem mundi remedium non dabitur malo. Quotusquisque enim reperitur Ec-

clesiastici ordinis, qui non potius epenthesin, aut paragogen promotam velit, quam syncopen? qua in re præ cæteris, Roma strenue desudat, & ad eiusdem exemplum alibi alii. Non nego Ecclesiam multa optimo titulo, præsertim eo tempore, quo adhuc in religione, & actione, casta & pura erat, sibi acquisiuisse (*s*); at his longe plura esse noui, quæ malis artibus, præsertim Roma, sibi parauit. Haud leuia sunt, quæ donationis titulo possidere se affirmat; sed non minima ex iisdem male acquisiuisse dicitur. Donatio Constantini ficte prætenditur (*t*): aliæ vt fortassis veræ sint, liberæ tamen non fuerunt, nec sine vitio omnes. Prætendunt testamenta; sed horum multa, persuasio, minæ, ac vis condidit, non libera testantis voluntas (*u*). In commerciis mera vaframenta, & deceptiones perquam multæ: dolus plerumque causam contractui dedit; vendiderunt meritum Christi (*x*), cœlum (*y*), aliaque (*z*), quæ extra commercium: vendiderunt immenso pretio (*aa*) exiguam lanam (*bb*), pallii nomine; bullas (*cc*), plumbum, verba, fumum, & quod turpe dictu, licentiam prostituendi corpora (*dd*). Taceo mille alia, quæ testimonium perhibere possunt de affectu paterno Pontificis, quo loculis liberorum, vt & fratrum quoque suorum, prospectum vult, ne intabescant. Cæterum, vt rubricæ, quam capiti præsenti præscripsimus, satisfiat, sciendum est, Ecclesiasticorum bona in Gallia permagna esse, horum tamen reditus variare, secundum annorum fertilitatem, & tempora pacis bellive: variare etiam in vtrorumque descriptione illos, qui summam numerant. Alii semissem (*ee*) prouentuum Regni, alii eiusdem, quadrantem (*ff*) bonorum, alii duos fere trientes (*gg*), alii duas quintas (*hh*), alii plus quam centum milliones aureorum (*ii*), alii longe plures (*kk*), alii longe Regios prouentus superare (*ll*), alii sex milliones aureorum (*mm*), alii quindecim (*nn*), alii octodecim (*oo*) milliones libellarum Turonensium, alii viginti (*pp*) milliones, pronunciant. Annotauit nonnemo tempus, quo imminuti Ecclesiasticicorum Galliæ reditus fuerint viginti octo millionibus (*qq*), & amplius; alius

cos

eos ad extremam vsque miseriam in ipsos memorat (*rr*). Porro, nec illud silentio inuoluendum, quod nonnulli Episcoporum, Abbatum, & Priorum, habeant dominium temporale, in aliquas ciuitates, quosdam vè pagos, vbi eorum beneficia sita sunt, quodque in illis exerceant iustitiam ciuilem, & criminalem, non ipsi quidem, sed eorum nomine officiales laici (*ss*); haud aliam tamen ad normam, quam legum, & consuetudinum Regni (*tt*). Sic etiam ab horum sententiis appellari ad iudices Regios, non autem ad Ecclesiasticos superiores (*uu*).

Testes & Testimonia.

a) Ecclesiam pauperem nasci debuisse, docet Silhon, *en son ministre d'Estat part. 1. liu. 2. disc. 11. pag. 368. & seq. Puisque Dieu meditoit ce grand desseing du rachapt des hommes, & qu'il vouloit estre luy-mesme la fin, & le moyen de leur felicité, il estoit à propos, que l'Eglise, qu'il deuoit fonder, nacquit pauure: & à fin que le monde cognust, que c'estoit son œuure, il falloit qu'elle s'eleuast par les moyens contraires aux apparences; qu'elle triomphast des richesses dans la paureté, des grandeurs dans les mespris, & de la sagesse du siecle, dans l'ignorance des choses humaines. Autrement certes s'il fust venu dans l'abondance, si son entree dans le monde eust esté enuironnée de gloire, & la doctrine, qu'il portoit, persuadée auec les ornemens de la Rhetorique, & les subtilites de la Philosophie, elle nous seroit suspecte. Personne ne s'estôneroit des progrés, qu'elle à faits en peu de temps, & qu'estant sortie d'vn coin de la Palestine, elle eust passé, en moins de rien, aux extremités de la terre, & penetre iusqu' à vn monde separé du nostre. Nul ne trouueroit estrange, que les auaricieux eussent couru apres les biens; que l'ambition eust suiui l'esclat, & que l'eloquence se fust ioüee de la credulité des simples. Ce fameux imposteur, qui a trouue tant de suiuans, & de qui les erreurs occupent encor auiourd'huy les deux tiers de nostre monde, eust esté seul, s'il eust esté pauure; & n'eust iamais trompé les peuples, s'il ne les eust subiugués. Il estoit donc necessaire, qu'vne religion vrayement diuine eust des marques du principe, d'où elle procede; qu'elle vint contre les regles de la prudence, & s'establist par ce, qui la deuoit destruire. Mais comme elle a pour sa fin l'amour de Dieu, & la charité enuers le prochain, & que celle-cy doit distinguer les disciples de Iesus Christ, d'auec le reste des hommes; il est de là arriué, que les premiers Chrestiens portoient leurs biens aux pieds des Apostres, & se despouilloient de la proprieté de ce qui leur appartenoit, pour le rendre commun auec leurs freres. On ne faisoit pas pourtant vn fonds*

permanent de ces offrandes, elles ne faisoient que passer, & se partageoient, à mesure qu'elles estoient receuës, & à proportion que les fideles en auoient besoin; de depuis les flammes de la charité croissant, par le nombre des conuertis, & les biens, qu'on offroit tous les iours à l'Eglise, s'estant extremément augmentés par cette multiplication, on iugea qu'il estoit expedient d'en garder les fonds, & que la distribution du reuenu suffiroit à l'entretien des pasteurs, & à la necesité des pauures. Ce reglement fust introduit du temps mesme des Apostres, comme nous en auons des coniectures, ou peu apres. En fin, ce fonds, qui ne faisoit qu'vne masse, fut despecé, & les portions assignées à ceux, qui seruoient l'Eglise, & appliquées à d'autres vsages inuariablement, & sans qu'elles deussent plus se mesler, ny se confondre. Cet ordre a duré iusques à nous, & quelque sainct, ou illicite, qu'ait esté l'vsage des biens de l'Eglise entre les mains des particuliers, il est pour le moins indubitable, que la charité de ceux, qui les ont donnés, a esté pretieuse deuant Dieu, & leur zele extremément meritoire. Mais outre cela ie dis, qu'aprés le siecle d'or du Christianisme, & ce temps bien-heureux, où l'on ne sçauoit que Iesus Christ crucifié; & où de la pauureté, & de l'abiection des fideles, on voyoit sortir des miracles, il n'a point esté inconuenient, que l'Eglise fust riche. Et puis, qu'à l'auenir les moyens surnaturels, qui l'ont fondée deuoient estre rares, parmy les hommes; Dieu a aussi consenti, qu'elle tirast, des choses de dehors, des auantages, qui la rendissent plus venerable, & tinssent le peuple, qui ne regarde gueres que l'exterieur, & ne se touche que des obiects des sens, dans le respect qui luy estoit deu. (Quoniam Deus magnum istud opus redemptionis generis humani meditabatur, ac ipsemet volebat esse finis, & medium felicitatis hominum, congruum erat, Ecclesiam, quam fundare cogitabat, nasci pauperem; ac, vt mundus cognosceret opus hoc esse diuinum, è re erat, illam crescere mediis aliis quam diuitiarum, quo de bonis triumpharet in paupertate, de sublimitate in contemptu, ac de sapientia seculi in ignorantia rerum humanarum. Etenim si venisset in abundantia, si introitus eius in mundum fuisset magnificus, ac doctrina, quam secum ferebat, ornatu Rhetorico, & subtilitate Philosophica resplendens, nobis posset esse suspecta. Nemo admiraretur progressus, quos fecit exiguo tempore, & quod ex angulo Palestinæ erumpens, quasi in momento peruenisset vsque ad extremitates orbis, ac penetrasset mundi illam partem, quæ à nostra longissimis interuallis separata. Nemini videretur insolitum, quod auaritiæ dediti ad diuitias properassent, ambitiosi ad splendorem, atque eloquentia simplices ad credulitatem pertraxisset. Famosus ille impostor, quem perquam plurimi suspiciunt, & cuius errores adhuc occupatas tenent duas tertias nostri mundi partes, solus relictus fuisset, si paupertate laborasset; nec populos decepisset, nisi vi sibi eos subiecisset. Necesse itaque erat, vt religio, vere diuina, ostenderet notas principii sui, vt introduceretur contra regulas prudentiæ humanæ, ac constueretur ex illis, quæ

quia eam deberent destruere. Verum cum pro fine habeat amorem Dei, & charitatem erga proximum, qua discipuli Iesu Christi distingui debent à cæteris hominibus; euenit, vt primi Christiani bona sua ad pedes Apostolorum detulerint, atque se exuerint proprietate rerum suarum, quo illas communicarent aliis fratribus fidei Christianæ. Non reseruabantur tamen hæc quæ collata erant, vt ærarii perpetui loco inseruirent, sed statim dabantur aliis, & distribuebantur secundum mensuram, qua illata, ac secundum proportionem indigentiæ fidelium. Crescente postea charitate, cum numero eorum, qui erant conuersi, & sic in immensum auctis bonis oblationibus, quæ quotidie Ecclesiæ conferebantur, iudicatum fuit commodum reseruare oblata, ac distributionem redituum, inde prouenientium, sufficientem esse ad sustentationem pastorum, & ad subueniendum pauperibus. Hic ordo introductus fuit adhuc viuentibus Apostolis, vt coniicere licet, aut certe paulo post eorum mortem. Deinde totum hoc ærarium, quod vna continebatur massa, fuit diuisum in partes, atque portiones assignatæ illis, qui seruiebant Ecclesiæ, ac destinatæ ad alios vsus, ita ne amplius vnum redigerentur in corpus, aut iterum confunderentur. Perdurauit ille ordo vsque ad nostra tempora, & licet illicitum fuerit visum, vsum bonorum Ecclesiasticorum datum esse particularibus personis, est tamen ad minimum extra dubium, charitatem, quam exercuerunt collatores, fuisse pretiosam coram Deo, atque eorum zelum maxime meritorium. Adde prætetea, post seculum aureum Christianismi, ad tempus illud fortunatum, quo solus Christus crucifixus colebatur, & ex paupertate, atque abiectione fidelium surgebant miracula, non fuisse inconueniens, Ecclesiam abundare diuitiis. Ac, quoniam imposterum media supernaturalia, quæ Ecclesiam fundarunt, rara esse debebant inter homines, Deus quoque consensit, vt à rebus accidentalibus, & externis aliquid mutuaretur, quod eam redderet magis venerabilem, ac populum, qui solet fere tantum respicere exteriora, & ea quæ incurrunt in sensus, retineret in debita reuerentia.)

b) Ab initio Ecclesia nascens, dum esset Hierosolymis, & inter Iudæos, nullam possessionem sibi conseruabat, sed fideles omnia vendebant, & pretium communicabant: *Actor.* 4. nec solum Ecclesiasticæ personæ id faciebant, sed omnes discipuli, qui credebant in Dominum nostrum Iesum. Id autem fiebat (si credimus Petr. Greg. Tholosano *syntagm. iur. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 2.) non quod Ecclesia possessiones temporales contemneret, vt contrarias legi Dei; sed quia satis victu necessaria, feruescente fide, subministrabantur, & quod transferendam Ecclesiam prævidebant in gentes. Et proinde translata Ecclesia, Christiani didicerunt, persecutionibus agitati sæpe infidelium, cultum Dei vix restitui posse sine temporalium auxilio, & proinde imposterum non omnia oblata vendenda esse, sed in Ecclesia conseruari voluerunt.

can. futuram, & can. videntes, 12. *q.* 1. vt sedatis persecutionibus, prædia Ecclesiastica oblata, & Deo consecrata, auxilio essent cultui diuino. Neque etiam omnes basilicæ, vel templa, vbi exhibetur cultus diuinus, decimas habent, sed tantum parochiales Ecclesiæ; quare oportuit & alia bona Deo consecrari, quibus, qui ibi Deo continue inseruirent alerentur: *c. Saluator, de præbend. in extrauag. commun.* permissumque est ideo publice à Constantino Magno Ecclesiæ hereditates relinquere, & fana extruere: *d. can. videntes*, 12. *q* 1. *l.* 1. C. *de SS. Eccles.*

c) Ecclesiæ adiuncta sunt, quæ ad nutriendos cultus diuini ministros, potissimum sacerdotes proprios, essent necessaria, & vltra decimas & primitias, alia bona temporalia, hereditates & patrimonia, potissimum à tempore Constantini, qui ita fieri permisit: Tholosan. *syntagm. lib.* 16. *c.* 8. *n.* 35. Olim, & ante hunc, Ecclesiæ & clericis, nec hereditatem, nec legata relinqui potuisse, probat *ex l.* 20. *l.* 27. C. *Theodosiani lib.* 16. *tit.* 2. Fornerus 1. *select. cap.* 28.

d) *Les biens de l'Eglise estoient possedés en commun*, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum Ecclesiæ deputabatur: *can. vobis*, 12. *q.* 2. *ains l'Euesque, suiuant les canons des Apostres, auoit la dispensation, & superintendance, & ordonnoit de tous les reuenus Ecclesiastiques, estans en son diocese: can. videntes*, §. *ipsa vero res, can. Episcopus, cum seq.* 12. *q.* 1. *Non qu'il prist luy-mesme le soin de le faire valoir, ni d'en faire la recepte: mais il laissoit ceste charge aux Diacres, qui estoit le moindre des ordres sacres du Clergé; & encor le plus souuent, à fin de n'amuser les Ecclesiastiques aux negoces seculiers, il faisoit faire ce mesnage par des laics, qui estoient appellés Oeconomes ou defenseurs; lesquels receuant tout le reueuu du Diocese, en distribuoient manuellement vne partie, par forme de gages, ou pensions, appellee prebende, à chacun Ecclesiastique; puis en employoient vne autre en aumosnes, ou autres œuures de pieté; & encor vne autre aux bastimens, & meliorations des maisons Ecclesiastiques, & metairies, & le dernier à l'Euesque, à fin qu'il peust maintenir sa dignité, & exercer hospitalité; le tout par le mandement de l'Euesque, qui auoit la surintendance de tout ce bien, & auquel, assisté de son clergé, ces œconomes, ou defenseurs, rendoient compte: d. can. vobis.* (Bona Ecclesiastica possidebantur, tanquam communia, nec cuiquam clerico pro portione sua, aliquod solum Ecclesiæ deputabatur: *can. vobis*, 12. *q.* 2. sed Episcopus, secundum canones Apostolorum, erat dispensator, & inspector, atque disponebat de omnibus reditibus Ecclesiasticis, in diœcesi sua: *can. videntes*, §. *ipsa vero res; can. Episcopus, cum seq.* 12. *q.* 1. Non quidem ipsemet curam adhibebat, vt plus ferrent commodi, nec quoque manu sua excipiebat compendia, sed relinquebat hoc onus Diaconis, quorum ordo erat minimus inter sacros clericorum. Sæpius quoque, ne Ecclesiastici nimis inuoluerentur rebus secularibus, curabat hanc administrationem

nem expediri per laicos, qui appellabantur œconomi, aut defensores. Hi, recipientes omnes reditus diœceseos, distribuebant manu sua cuique Ecclesiasticorum eorum aliquam partem, in forma stipendiorum, aut pensionum, sub nomine præbendæ: partem expendebant in eleemosynas, aut alia pia opera; partem aliquam in constructiones, & meliorationes ædificiorum Ecclesiasticorum, ac prædiorum; partem reliquam vero offerebant Episcopo, quo haberet, vnde dignitatem suam tueretur, ac exerceret hospitalitatem. Et hæc omnia gerebant ex mandato Episcopi, cui suprema inspectio horum bonorum omnium incumbebat, & cui, præsentibus Clericis suis, œconomi, ac defensores illi, reddebant rationem: *d. can. robu.*) Loyseau *des droits des offices, liu. 5. chap. 6. n. 3. & 5.* Quod aliis displicet, qui aiunt, administrationem, & procurationem bonorum Ecclesiasticorum, mere profanam & plebeiam esse, & ideo à ciuili duntaxat magistratu huiusmodi piæ tutelæ rationes dispungendas, & excutiendas esse: tantum abesse, vt Episcopus, vel quis alius, sub obtentu Episcopalis iurisdictionis, eam sibi vindicare possit: Marsil. Patauin. *in defens. pac. part. 1. cap. 15. part. 2. cap. 17. 21.* Choppin. *lib. 2. polit. sacra c. 2.* Vnde secundum præscriptum Synodi Chalcedonensis, *cap. 26.* ab Episcopis ad Oeconomos eam curam olim translatam, qui de consilio magistratuum ea bona administrauerint: Hospinian. *de orig. templor. lib. 1. cap. 5.* Choppin. *d. l.* Et quamuis in Occidentali Ecclesia, tyrannide Pontificum Romanorum oppressa, Episcopi hanc curam ad se transferre conati sint, tamen in Orientali mansisse eam procurationem, & visitationem apud magistratum, vt magnum Oeconomum, & Chartophylacem: Klock *de contribut. cap. 10. sect. 1. n. 103.*

e) *Can. quatuor, 12. q. 2.* Cardinalis Thusc. *practic. conclus. iur. in lit. F. conclus. 3. n. 1.* Paul. Christinæus, *decis. Belgicar. 24. n. 3. volum. 2.* Sed hodie illa antiqui iuris distributio, in omnibus non attenditur: Steph. Aufrerus *decis. Capel. Tholos. pag. 499.*

f) *A succession de temps, le trop grand mesnage, ou plus-tost le manuais mesnage, des Ecclesiastiques, ayant faict rompre la communauté ordonnée par les Apostres, on partagea non plus le reuenu, mais le fonds, & proprieté des biens de la Eglise, attribuant à chaque fonction Ecclesiastique, sa contingente portion des possessions, & autres immeubles du diocese, pour en iouir à diuu, & par les mains du pourueu d'icelle, de sorte, que par le moyen de ceste attribution, & annexe des possessions aux charges de l'Eglise, ces charges ont eu desormais deux parties; à sçauoir l'office, ou ministere Ecclesiastique, & le benefice, c'est à dire, le reuenu qui en depend. Parties que le docte Duarein a tres-bien distinguées, & au tiltre, & au texte de ce beau liure* de sacris Ecclesiæ ministeriis & beneficiis, *& que on distingue bien, quand on dit, que* beneficium datur propter officium. *Distinction, qui se remarque encor es places, ou benefices des Eglises Cathedrales, &* colle-

collegiales, dont l'office est appellé, chanoinie; & le reuenu, prebende : & de faict, tel est Chanoine qui n'a point de prebende, ou qui n'a que demi-prebende; tel aussi quelques fois a prebende, qui n'est pas Chanoine, comme le Precepteur de la ville, le Maistre des enfans de chœur : Loyseau *d. ch. 6. n.* 7. (Successu temporis, quando œconomiæ studium, aut potius peruersa administratio Ecclesiasticorum, causam dedit dissoluendi communionem, ab ipsis Apostolis institutam, non amplius diuidebantur reditus, verum fundi, & proprietas bonorum Ecclesiasticorum; ac singulis functionibus Ecclesiasticis adsignabatur contingens portio prædiorum, ac rerum immobilium diœcesis, vt, qui illis præfecti, sua portione pro diuiso vterentur fruerentur. Ita post attributionem, & connexionem bonorum cum officiis Ecclesiæ, hæ functiones sustinuerunt duas partes, nempe officium, aut ministerium Ecclesiasticum, ac beneficium, id est, reditus ad illud pertinentes. Quas partes Duarenus optime distinxit, tam in rubro, quam in nigro, egregii libri, quem *de sacris Ecclesiæ ministeriis, & beneficiis* erudite conscripsit: Eæque bene distinguuntur, quando dicitur, quod beneficium detur propter officium. Atque hæc distinctio obseruatur etiam in beneficiis Ecclesiarum Cathedralium, & collegialium, vbi officium appellatur, canonicatus; & reditus, præbenda. Certe datur Canonicus, qui omnino non habet præbendam, aut qui solum habet dimidiam præbendam; & habet aliquando aliquis præbendam, qui non est Canonicus, vt Præceptor scholæ triuialis in ciuitate, & Magister puerorum qui choro inseruiunt.)

g) *Combien que l'office soit la plus-ancienne, & principale partie, & le benefice ne soit que l'accessoire, si est-ce qu'en fin cest accessoire estant plus-desiré que le principal, a donné le nom aux charges Ecclesiastiques, qui ont esté presque toutes nommées, benefices : pource qu'à la verité, ce n'est pas l'office, & charge qu'on poursuit, tant que le benefice, ou reuenu, aussi qu'on ne confere plus les benefices* ad meritum, vel ad iudicium, sed ad beneficium, *comme parle* Lampridius *in Alexandro Seuero; c'est à dire, par gratification. Bref, on ne met plus par choix les hommes aux offices de l'Eglise, mais on baille les benefices aux hommes, qu'on veut gratifier* : Loyseau *d. ch. 6. n.* 8. (Licet officium sit pars antiquior, & principalior, beneficium autem pars accessoria tantum; attamen, cum eo deuentum sit, vt accessorium magis appetatur, quam principale, accessorium nomen imposuit officiis Ecclesiasticis, quæ fere omnia appellata fuerunt beneficia. Quoniam, vt verum fateamur, officium, & munus, tanti non æstimatur, quam beneficium, aut reditus; ac non amplius beneficia conferuntur ad meritum, vel ad iudicium, sed ad beneficium, (vt loquitur Lampridius *in Alexandro Seuero c. 47. f.*) hoc est, confertur per gratificationem. Vt paucis dicam, homines non amplius delectu praficiuntur officiis Ecclesiasticis, sed beneficia tribuuntur hominibus, quibus gratificari lubet.)

h) Quan-

b) Quanto magis abundare cœpit Ecclesia opibus, & latifundiis, tanto magis degenerare cœpit; vt verissime exclamauerit iam olim S. Bernhardus: Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem: Rittershus. *ad Nouell. parte 1. cap. 8. n. 15. Il n'y a pas plus-grand moyen pour ruiner la deuotion, que la grandeur des biens, & possessions terriennes, que l'on donne à perpetuité aux Eglises. Parce que soudain que nature se trouue gorgée, & à son aise, elle quitte fort aisement ce, qui depend de la necessité de sa charge, pour s'adonner à oisiueté, comme l'experience a depuis monstré, en la plus-part des religions; lesquelles comblées de biens, semblent estre demeurées en friche, en ce qui dependoit de leur deuoir: estant tout le fais tombé sur les quatre ordres derniers des mēdians. Pour laquelle chose, quelques vns voyans les demeures, ensemble les deportemens de tous ces moines, dirent, que les Benedictins, qui furent les premiers Religieux, prindrent pour partage les villes, ésquelles ils auoient choisi leurs domiciles; Et la plus-part des autres, les champs, forests, & montaignes: tellement, que s'estans de ceste façon accommodés des choses terriennes, ces derniers, qui portent le nom, en tiltre de Mendians, prindrent pour leur lot seulement le ciel. Toutesfois, soudain que l'on leur ouurira la porte à la iouissance des biens, & possessions, comme il semble que l'on ait faict par le Concil de Trente, & qu'ils s'en trouueront remplis, il y a grandement à craindre, que ne leur en prenne comme aux autres.* (Non aliud medium, magis commodum ad ruinam deuotionis, prostat, quam quando magnæ diuitiæ, ac dominia secularia opima, Ecclesiæ in perpetuum patrimonium conferuntur. Etenim statim atque natura nimis est repleta, aut abundat deliciis, perquam facile incipit negligere necessaria muneris sui, ac se dare otio. Experientia edocti sumus, idem accidisse quoad maximam religiosorum ordinum partem, qui vbi bonis aucti, videntur vacui fuisse à cultu, respectu debiti professionis suæ, sic vt totum onus incumbat quatuor ordinibus posterioribus mendicantium Monachorum. Vnde cum nonnulli considerarent ordinum monachalium habitationes, ac mores, dixerunt; Benedictinos, quorum ordo inter religiosos primus fuit, pro parte sua elegisse ciuitates, in quibus domicilium sibi constituerunt; reliquos autem, fere omnes, elegisse loca campestria, syluas, & montes, ac sic res terrenas fuisse diuisas, vt hi posteriores, qui vtuntur titulo mendicantium, pro parte sua elegerint cœlum. Vt primum vero illis facultas dabitur possidendi bona, & fundos, vt factum videtur in Concilio Tridentino, ac vbi diuitiis creuerint, timendum est, ne cæteris compares euadant.) Estienne Pasquier, *liu. 3. des recherch. de la France, ch. 11. fol. 128. lit. h.* adde, si placet, Arnisæum *de subiect. & exempt. clericor. cap. 4. n. 4.* ac Tabœtium, *inter paradoxa Regum, sect. . pag. 45.*

i) *Ie n'entens pas blasmer* (inquit Alain Chartier, apud Estienne Pasquier, *liu. 5. des recherch. de la France. ch. 8. fol. 266. b.*) *les prend' hommes secu-*

 liers,

liers, qui de deuotion parfaicte ont donné à l'Eglise les possessions; car ils se sont deschargés, pour monter vers Dieu en esprit plus legerement, & le Clergé en a pris si grand fais, & si grosse charge sur ses espaules, qu'il le courbe tout vers la terre, & le destourbe à regarder aux cieux. (Nolo accusare (ait Alanus Charterius, apud Stephanum Pasquierium) bonos laicos, qui, perfectæ deuotionis ductu, Ecclesiis sua donarunt bona; nam, hoc deposito onere, apti facti sunt mente facilius, & sine remora, adscendere cœlum; clerici autem sub onere acceptorum bonorum, ita ad terram inclinare cœperunt, vt oculos ad cœlum conuertere impediantur.)

k) Auec les richesses mille maux sont passés dans l'Eglise, la vanité, & les delices s'y sont mises au trosne de la vertu, la charité de nos peres est l'aliment de la profusion des neueux, & les pauures meurent de faim, pendant que ceux, qui deuroient mettre leur vie pour eux, ne leur laissent pas leur substance: Silhon d. *liu.2 du Ministre d'estat, disc.11.pag.373.* (Innumera diuitiæ mala in Ecclesiam inuexerunt, vanitas, & deliciæ occuparunt thronum virtutis; Christiana munificentia patrum, causa est nepotalis luxus, & prodigalitatis Clericorum; pauperes moriuntur fame, dum, qui vitam suam pro salute eorum profundere deberent, illis non relinquunt vnde viuere possint.)

l) Luxus ille varii sunt & est generis; nempe, in vestibus, apparatu domestico, cibis, re Venerea &c. Vnius tantum, vel alterius exemplum adducam ex numero infinito. *Baptiste Fulgose (au demeurant fauteur de la religion Romaine) nous raconte d'vn nommé Pierre Riare, qui estant de l'ordre des Freres Mineurs, fut fait Cardinal par le Pape Sixte IV. Car il dit, qu'il ne se contentoit de porter, en sa maison mesmement, des robbes de drap d'or, & d'vser des couuerts de lict de drap d'or, mais iusques aux cottes de lict, il en auoit de drap d'or, & les autres estoient de drap de soye. Il raconte aussi, qu'à Rome il fit vn festin à Eleonore d'Arragon, qui passoit, pour aller espouser le Duc de Ferrare, nommé Hercules d'Est, auquel il y auoit tant de sortes de mets, de viandes le plus exquises, qu'il dura sept heures: & de peur, qu'on ne s'ennuyast, il faisoit iouer cependant diuers ieux. Aussi, entre autres magnificences, vsa de ceste-cy, qu'a chacun nouueau seruice tous les seruiteurs prenoient nouueaux habits. Toutesfois tout ceci n'est rien au prix de ce, qu'il recite aprés, touchant la putain dudit Cardinal, nommee Thiresie. Car il dit, qu'il l'entretenoit publiquement, en telle sumptuosité, qu'il luy faisoit porter des souliers couuerts de pierres precieuses. Et si quelqu'vn fait difficulté de me croire* (inquit Henry Estienne, *au traitté preparatif à l'Apologie pour Herodote, liu.1.ch.38.circ.princ.) lise ledit Fulgose, au liu. 9.ch.1. qui est* de hominum luxu, atque deliciis, *lequel parle comme d'vne chose, qui de son temps estoit cognuë à tous.* (Baptista Fulgosius, religioni catholicæ addictus, refert de Petro Riario, ordinis Fratrum Minorum, quem Sixtus IV. ad Cardinalatum euexerat, quod non contentus fuerit, domi vti vestibus ex

panno

panno aureo confectis, ac eiusdem materiæ stragulis lectos integere, sed lectorum etiam ipsorum culcitras & sericeis &aureis pannis confecerit. Addit prætereа, eundem Eleonoram Aragoniam, cum Herculi Estensi Duci nupta Ferrariam iter faceret, Romæ conuiuio excepisse, tanto ferculorum numero, quæ exquisitissimis cibis constabant, vt id ipsum septem horas perduraret; variis interim, ne fastidium obreperet, intermixtis ludis. Inter alia, & hac quoque vsum fuisse magnificentia, vt omnes ministri ad singulos nouos ferculorum missus, vestitum mutarent. Hæc tamen omnia exigua sunt, si comparentur cum illis, quæ sequuntur ibidem de Thiresia meretrice, quam idem Cardinalis, & palam, & tanto sumptu, aluit, vt calceis, gemmarum tegumento splendentibus, vteretur. Quod si quis de hoc dubitet, legat Fulgosium ipsum, *lib.9.cap.1.* quod est *de hominum luxu, atq; deliciis*, vbi rem illam enarrat, tanquam suo tempore peruulgatam.)

m) *Pour ce qui est de purifier l'ordre Ecclesiastique, & de le rendre à sa premiere beauté, & a son innocence originelle, c'est vne chose qui est plus-aisée à desirer, qu'a faire, & qui n'est point ny l'ouurage d'vn peu de temps, ny de la force commune des hommes. Ce seroit sauter d'vne extremité à l'autre, que de passer tout d'vn coup à cette seuere reformation, ce seroit mettre du vin nouueau dans de vieilles peaux, & coudre du drap neuf à vne robe deschirée, suiuant la parabole de nostre Seigneur; & pour chasser de vieux maux, & à qui l'accoustumance, qu'on a de les voir, a osté ce qu'ils auoient de plus-facheux, qui est le scandale, en introduire de plus-grands, en remplissant les esprits d'aigreur, & le monde de tumulte. L'alteration est si generalle, les interests des Princes temporels sont tellement confundus auec ceux de l'Eglise, & la plus-part des hommes si attachés à l'Estat, où ils se trouuent, qu'il cousteroit moins à Dieu de resusciter les morts, que de reduire ces choses à l'Estat de leur naissance, & ramener tous les Chrestiens sous l'ancienne discipline*: Silhon *d.liu.2.du Ministre d'Estat, disc.11.p.376.& seq.* (Ordinem Ecclesiasticum purificare, ac ad primæuam pulchritudinem & innocentiam originalem, reducere, negotium est, quod voto citius quam facto adimpleri potest, quodque longum requirit tempus, & vires excedit humanas. Si vno impetu hæc reformatio institueretur, fieret saltus ab vna extremitate ad aliam, vinum recens mitteretur in vtres veteres, ac nouus pannus adsueretur vesti dilaceratæ, vt Christi parabola habet; vt malum inueteratum tolleretur, cuius frequentia effecit, vt, quod in eo pessimum erat, nempe scandalum, nos non afficiat amplius, introducerentur alia maiora, exacerbarentur ingenia, & mundus prouocaretur ad tumultum. Corruptio est generalis; interesse principum secularium adeo confusum cum interesse Ecclesiæ, ac maxima pars hominum statui, in quo viuit, ita addicta, vt facilius esset Deo resuscitare mortuos, quam hanc rerum faciem reducere ad primæuam formam, ac totam Ecclesiam ad antiquam disciplinam.)

n) *La paureté, & les richesses, sont d'elles-mesmes vne matiere sans forme; elles sont susceptibles d'impressions contraires; elles peuuent receuoir la figure du bien, & du mal:* Silhon *d. disc.* 11. *pag.* 374. (Paupertas & diuitiæ, in se consideratæ, sunt materiæ sine forma, quæ possunt recipere contraria, nempe figuram boni vel mali.)

o) Albericus *in l. bene à Zenone, n.* 24. *C. de quadr. præscript.* dixit, in antiquis scripturis reperiri, cum Constantinus Syluestro donationem faceret, auditam esse vocem de cœlo: *Hac die seminatum est veneuum aspidum in Ecclesia.* Idem refert Vasquius *lib.* 1. *contr. cap.* 6. *n.* 2. ex Saliceto *in rubr. C. de V.S.* Hæc licet fabulosa, non minus quam ipsa donatio, attamen sententia vera est, in qua fuisse veteres, ex Dante patet, qui *cant.* 19. *inferni,* exclamat:

Ahi, Constantin, di quanto mal fu madre,
Non la tua conuersion, ma quella dote,
Che da te prese il primo ricco padre!

p) *Can. vasa, dist.* 1. *de consecr.*

q) *Au temps passé du siecle d'or,*
Crosse de bois, Euesque d'or;
Maintenant, changent les loix,
Crosse d'or, Euesque de bois.

Coquille *en l'histoire du païs, & Duché de Niuernois, pag.* 40.

r) *Vn docteur, duquel parle Boërius, en ses decisions, disoit, que l'Eglise ne retourneroit iamais à son ancienne saincteté, si elle ne retournoit à son ancienne pauureté:* Coquille *d. l.* Silhon vero *d. disc.* 11. *pag.* 373. *seqq.* statuit, propter abusum Ecclesiæ diuitias adimendas non esse: *Encore qu'il y ait des Ecclesiastiques* (inquit) *vicieux, à cause qu'ils sont riches, & qu'en plusieurs la licence des mœurs naisse de l'abondance des biens, il ne s'ensuit pas pourtant, qu'il en faille despouiller l'Eglise: Que cela leur est commun auec toutes les bonnes choses, d'estre exposés à des mauuais vsages, entre les mains des meschans: Qu'on n'abolit point les sacremens, à cause qu'il y en a qui commettent des sacrileges: Que Dieu n'efface point la beauté de la nature, d'autant qu'elle sert d'occasion de pecher aux infirmes; & personne n'est obligé de s'arracher les yeux lors qu'ils ne sont pas chastes, & qu'ils se laissent rauir aux obiets defendus, & aux curiosités deshonnestes. Il y a des Ecclesiastiques gastés, qui seroient gens de bien, s'ils n'estoient point riches; & il y en a dont la vie est pleine d'edification, & la charité exemplaire, de qui la vertu demeureroit cachée dans la pauureté, & la saincteté inutile. Mais le nombre, dit-on, encore est plus grand de ceux, qui abusent des richesses dans l'Eglise, que ceux, qui s'en seruent bien; & l'intention de ceux, qui les ont données, est plus-souuent peruertie, qu'elle n'est executée. A cela ie respons* (pergit loqui Silhon *d. l. pag.* 375.) *encore que supposé qu'il soit ainsi, il ne s'ensuit pas, qu'il faille rendre l'Eglise pauure: Que Dieu souffre l'iniquité des pecheurs, & les vices du monde,*

pour

pour quelques actions de vertu, qu'on y exerce; qu'il fait luire son Soleil sur la multitude des meschans, pour vn petit nombre de gens de bien qui le seruent: qu'il eut pardonné à six mille coupables, s'il eust rencontré trois innocens dans Sodome & dans Gomorre: & dans le deluge, qui abisma le monde, s'il y eust eu dix familles iustes, il n'eust pas, peut-estre, fait voir ce grand exemple de sa iustice. Ainsi & l'ordre des choses, & la conduitte de la prouidence nous persuadent, qu'on ne doit pas bannir les richesses de l'Eglise, pour les abus, à la naissance desquels elles seruent d'occasion, puisqu'elles sont la cause de quantité des bonnes actions, qui s'y font; qu'elles seruent à la meilleure de toutes les vertus, qui est la charité, & qu'il est certain, que retournant entre les mains des seculiers, elles seroient plus dangereusement employées, & causeroient plus de mal, & moins de bien, qu'en celles des Ecclesiastiques. (Licet reperiantur Ecclesiastici vitiosi, cum sint diuites, atque in quamplurimis licentia morum progeneretur ab abundantia bonorum, non inde tamen sequitur, Ecclesiam bonis esse priuandam. Hoc enim opes commune habent cum cæteris rebus bonis, vt à manu improba, in vsus reprobos impendantur. Deus non tollit pulchritudinem, licet illa infirmis occasionem præbeat peccandi; ac nemo tenetur suos sibi eruere oculos, vbi non student castitati, sed prohibitis obiectis se mancipant, & curiositati inhonestæ inseruiunt. Sunt inter Ecclesiasticos, qui non essent corrupti, nisi essent diuites; sunt quoque inter eosdem, qui vitam agunt exemplarem, & caritatis Christianæ plenam, quorum virtus in obscuro lateret, quorumque sanctitas esset inutilis, si paupertate premerentur. At numerus (hoc nobis obiicitur) Ecclesiasticorum, qui abutuntur bonis Ecclesiæ, multum superat numerum eorum, qui illis recte vtuntur; ac intentio illorum, qui bona ista Ecclesiæ obtulerunt, sæpius negligitur, quam obseruatur. Ad hoc respōdeo, posito, rem ita se habere, non inde tamen infertur, Ecclesiam ad manticam & incitas redigendam esse. Deus perfert iniquitatem peccatorum, & vitia hominum, ob nonnullas actiones virtuosas, quæ ab aliis exhibentur. Sole suo illuminat multitudinem nequiter viuentium, propter exiguum proborum numerum, qui ei decenter seruiunt. Dedisset veniam sex millibus criminosis Sodomæ & Gomorræ, si in illis reperisset tantum tres innocentes; nec fortassis diluuio, quod totum absorpsit mundum, tam seuerum exemplum iustitiæ suæ edidisset, si vel decem tantum familias iustorum orbis tulisset. Sic ordo rerum, & prouidentiæ exercitium, nobis persuadent, non esse Ecclesiæ adimendas diuitias propter abusum, quibus occasionem præbent, cum sint causæ multarum bonarum actionum, quæ in Ecclesia resplendent; cum inseruiant caritati, quæ omnium virtutum Christianarum est præcipua; & certe, retro tradita in manus secularium, impenderentur in vsus longe deteriores. & plus damni, quam vtilitatis afferrent, vt plane præstet eas relinqui vbi sunt.)

s) *Comme vn iour deux grands personnages de leur temps, Chastellan & Budee fussent entrés en dispute sur les biens de l'Eglise, & qu'ils eussent discouru en presence du Roy François le grand, d'où, & par quel moyen l'Eglise s'est enrichie; voila, dit le Roy, de beaux titres de S.Pierre; à peine en trouués-vous, si on fueille les pancartes, & registres, de mon thresor, & tous les titres des plus grands Princes du monde, de si anciens, & authentiques. Car ceux-cy sont appuyes sur les donations tres-ancienues, & liberalités des Empereurs, Roys, Princes, & peuples: les autres sur les conquestes, ou plus tost vsurpations, & violences de nos predecesseurs.* (Cum aliquando magni duo viri, sui temporis, Castellanus & Budæus, de bonis Ecclesiasticis, præsente Rege Francisco Magno, sermones miscuissent, de origine, & mediis, quibus Ecclesia diuitias suas obtinuisset, Rex in hæc tandem prorupit verba: Ecce egregios titulos, quibus Petrus bona sua tenet! si omnia documenta, quæ in thesauro meo recondita, titulique omnes maximorum Principum orbis, euoluantur, vix dabitur reperire tam antiquos, & authenticos. Habent enim pro fundamento donationes perantiquas, & liberalitates Imperatorum, Regum, Principum, ac populorum: isti vero, acquisitiones bello factas, aut potius vsurpationes, & violentas occupationes maiorum nostrorum.) Florimond de Raimond *de la naissance de l'heresie, liu. 4. chap. 11. pag. 472.* De eadem materia scripsit M. Antonius Marcellus, libro peculiari, cui titulum præfixit, *de iure seculari Romanorum Pontificum.*

t) Varia de donatione Constantini Autorum sunt iudicia, quæ vide apud Arnisæum *d. tr. de subiect. & exemptione Clericor. c. 6. per totum*; & in iure meo publico, *tom. 1. lib. 1. cap. 9. n. 38. & seqq.* Recte autem Æneas Syluius iam olim risit miseros legistas, qui disputant de iure istius donationis, quæ nunquam facta; Et post eum vir, inter Catholicos-Romanos permagnæ autoritatis, Cæsar Baronius, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Bibliothecarius Apostolicus, *in annalibus suis Ecclesiasticis, tom. 3. sub ann. Christi CCCXXIV. n. 118. & seqq. ac tom. 12. sub ann. Christi MCXCI. pag. 825. & seqq.* fassus est, instrumentum donationis Constantini (sunt diuersa quæ circumferuntur, non solum nouem, quot recensuit Boetius Epo *lib. 2. quæst. 3.* sed duodecim, vt Marquardus Freherus obseruauit) falsum, atque commentitium esse; mala fide, dolo & fraude excogitatum, ab impostore aliquo scriptum. Donatio Constantini suspecta est (ait Roussel *in histor. iurisdict. Pontif. lib. 8. cap. 4. n. 24. pag. 836.* à Græcis potius conficta, quam à Latinis, vt sic inducerent, amplitudinem Romani Pontificis, Romanæque Ecclesiæ, potius ab homine, quam à Christo processisse.

u) Apud nos (ait Bodinus *de Republ. lib. 5. cap. 2. pag. 829.*) lege, Aurelia, populo rogante lata, Sacerdotes excipere testamento, quibus quid eis legatum sit, prohibentur; sed iam exoleuit. Quis enim dubitet, ab ista testa-

testamentorum describendorum licentia, (vt Pontificio iure licet, *in c. cum esses, de testam.*) qua nec oculati, nec auriti quidem testes adhibeantur, Pontifices, & curiones quamplurimos in priuatorum fortunas, ac possessiones inuasisse. Certe quidem auorum nostrorum memoria, qui testamento nihil curionibus, aut collegiis Ecclesiasticis legasset, honore sepulturæ caruisset. Cum vero quisquam inopinato casu occubuisset, sacrificulus, Pontificis iussu, mortuo testamentum condere, & quæ vellet Ecclesiæ, arbitratu suo, quasi testator, legare solebat: Quem morem, tametsi inueterarat, sustulit Curia Parisiorum, anno MCCCLXXXVIII. & MCCCCI.

x) *Les richesses du sainct Siege, bien qu'elles soient grandes, ont esté courtes pour remplir les desirs immoderés, & les desseins par trop vastes, de quelques Papes, & pour fournir à l'excés de leurs despenses. Cela a obligé quelques vns de leurs Agens, qui brusloient d'vne passion contraire, de chercher des moyens extraordinaires, pour recouurer de l'argent, & d'auoir recours aux rapines, & aux sacrileges, ne pouuant par des voies legitimes satisfaire à la profusion de leurs Maistres, ny à leur propre auarice. Ils n'ont pas seulement fait mettre des imposts, & des subsides, sur les choses temporelles, comme font les autres Princes; mais ils ont encore abusé de ce, qu'il y a de plus-sainct dans la Religion: ils ont mis à prix les choses, qui n'en auoient pas; ils ont trafiqué du merite de Iesus Christ, & vendu aux enfans ce, qui prouenoit de l'indulgence de leur mere:* Silhon *d. liu. 2. disc. 10. pag. 352.* (Licet diuitiæ sedis Romanæ maximæ sint, non fuerunt tamen sufficientes quibusdam Pontificibus, qui immoderatis desideriis agitati ad nimium vasta adspirarunt, ac nimiis expensis omnia profuderunt. Hoc calcar addidit nonnullis eorum ministris, vt, quo dominorum suorum cupiditates promouerent, extraordinaria media corradendi pecuniam, magno studio amplexi fuerint, ac ad rapinas, & sacrilegia vsque manus adiecerint, postquam legitimis mediis non possent tantum congerere, quantum profusionibus dominorum suorum sufficeret, ac propriæ auaritiæ. Non solum autem ipsorum consilio rebus temporalibus imposita fuerunt onera, & subsidia, vt fieri solet ab aliis Principibus; sed ventum etiam est ad illa, quæ in Christiana religione maxime sacra sunt. Pretium indixerunt rebus, quæ omne excedunt pretium; venum exposuerunt meritum Christi, & vendiderunt Ecclesiæ liberis, quod illis matris indulgentia offerebat.)

y) Ad altare, vbi missa Cardinalis celebratur, in templo S. Stephani, Biturigibus, tabula lapidea, literis Gothicis, repræsentatos fuisse hos rhythmos, memorat Henry Estienne, (*audit traitté preparatif à l'apologie pour Herodote, liu. 1. chap. 38. pag. m. 485.*

Hic des deuote: cœlestibus associo te,
Mentes ægrotæ per munera sunt ibi lotæ.
Ergo venitote gentes à sorde remotæ.

Qui

Qui datis, estote certi de diuite dote.
Te precor, accelera, spargas hic, dum potes, æra:
Et sic reuera secure cœlica spera.
O si tu scires, quantum data prosit ibi res,
Tu iuxta vires donares, quod dare quires.
Te miser a pœna, dum tempus habes, aliena.
Huc dare te pœna, venia fit aperta crumena.
Consors cœlestis fabricæ, qui porrigit, estis.
Ex hoc sum testis, hic vos mundare potestis.
Fratres haurite de trunco pocula vitæ,
Hic aliquid finite, veri velut Israëlitæ.
Crede mihi, crede, cœli donaberis æde.
Nam pro mercede, Christo dices, mihi cede:
Hic datur exponi paradisus venditioni.
Currant ergo boni rapientes culmina throni.
Vis retinere forum mihi tradas pauca bonorum,
Pro summa quorum reserabitur aula polorum.
Hic si large des, in cœlo sit tua sedes:
Qui seret hic parce, parce comprendet in arce.
Cur tardas tantum? nummi mihi des aliquantum,
Pro solo nummo gaudebis in æthere summo.
Denos sume quater, vnum semel, hæc sacra mater,
Annos condonat: sanctus pater ista coronat.
Tot quadragenas dat, & abluit hic tibi pœnas.
Mil missus decies socius, si des, ibi fies.

z) Tecelius, anno salutis MDXVII. indulgentias ferens in Germania, inter alia docuisse dicitur, se tantam habere potestatem à Pontifice, vt etiamsi quis Virginem-matrem vitiasset, ac grauidam fecisset, condonare crimen ipse posset, interuentu pecuniæ: Sleidan. *lib.13. commentar. de statu religion. & reipubl. fol. m. 214. b.*

aa) Pallii pretium, quod Romæ numeratur, est viginti quinque millium florenorum; cui, si cæteræ impensæ addantur, quæ fiunt, antequam in Germaniam (exempli causa, Moguntiam) perferatur, triginta fere millibus aureorum constare dicitur; tanti scilicet nouit Pontifex vendere suum linum: Ita legitur apud Sleidanum *d. loc.* Cumque hoc pallium personæ, cui datur, tantum inseruiat, & cum ea sepeliatur, *cap. 2. extr. de autor. & vsu pall.* sicque à successore iterum noua pretii solutione acquirendum sit, euenire potest, vt breui temporis spatio messis redeat.

bb) Pallium est fascia, ex candida lana contexta, habens desuper circulum, humeros constringentem, & duas lineas ab vtraque parte dependentes:

dentes: quatuor purpureas cruces ante, retro, à dextris, & à sinistris: Duplex quidem à sinistris, simplex à dextris, cui in tres partes conciso, tres acus infiguntur, quibus consuitur: soletque Romæ fieri à monialibus S. Agnetis, ex lana candidorum agnorum sine macula, quos ad eum vsum nutriunt. Sic Onuphr. Panuinius *lib. de interpret. voc. obscurar. Eccles. in verbo, pallium.* Hoc, si Sleidani relationem admittimus (quæ legitur *d. liu. 13. fol. 215.*) ita conficitur; In die Agnetis virginis, qui est Ianuarii dies XXI. in templo diuæ Agnetis, Romæ, cum in Missa imploratur Agnus Dei, super altare ponuntur agni duo candidi: postea traduntur basilicæ diui Petri Subdiaconis: Hi mittunt illos in pascua, suoque tempore tondent, ex eaque lana, permixta reliquæ lanæ, cum in filum deducta fuerit, parantur pallia. Latitudine sunt ad tres digitos; ab humeris propendent in pectus, atque renes: ad extremum sunt laminæ plumbeæ tenues, eiusdem latitudinis. Ad hunc modum contexta deferuntur ad corpora diui Petri, atque Pauli, ac certis ibi precibus expeditis, relinquuntur per noctem vnam. Altera die Subdiaconi recipiunt, & honesto loco diligenter asseruant, donec qui opus habet Archiepiscopus (sunt tamen & Episcopi, quibus confertur) aut eius procurator, sibi dari petit. Traditur autem multis cum cæremoniis, & deferentibus mandatur, ne supra noctem vnam, modo fieri possit, in eodem loco subsistant, aut commorentur. Hanc adeo nec operosam, neque sane pretiosam, mercem Archiepiscopi maxima vi pecuniæ redimunt à Pontifice. Neque vero licet antecessoris vti pallio, sed quisque sibi tenetur illud Romæ comparare; deinde qui forte, vel permutatione, vel quauis alia ratione fit alterius Ecclesiæ Patriarcha, seu Metropolitanus, licet antea sibi pararit illud, necesse tamen habet, vt iterum emat. De hoc pallio vide etiam Roussel *in histor. iurisdict. Pontif. lib. 2. cap. 2. n. 17. & seqq.*

cc) *Quod tua, Romulide, bullas diplomata dicit,*
Insipiens adeo non mihi vulgus erit.
Nam videt vt vere sint, & sine pendere, bullæ;
Nil graue quod plumbum, pictaq; cera premit.
Nos tamen hæc multo, quasi magna, rependimus auro:
Tam stupidus quondam, non puto Glaucus erat:
Vtpote mutatis aliquid qui ceperit armis;
Hæc præter nugas, nil glabra pellis habet.

Ex Cordo *lib. 3. Epigramm.* Benedictus Curtius, *in arrestis amorum pag. 43.* *Il faut achepter ce plomb sacré, non seulement à poids d'or, mais à poids de diamant:* Antoine Fusi, *en son franc archer, pag. 116.*

dd) *Il est vray, que du temps de Pape Paul III. le nombre des filles ioyeuses estoit beaucoup diminüé: Car il n'y en auoit en ses registres que quarante cinq mille, ainsi que l'ont escrit ceux, qui nous ont donné l'histoire des vies des Papes.*

 (Certum

(Certum est tempore Papæ Pauli III. numerum meretricum maxime decreuisse; non enim matriculæ inscripta, aut in indicem Papæ relata erant, plura quam quadraginta quinque millia eius conditionis fœminarum, vt literis consignarunt illi, qui descripserunt vitas Pontificum: Henry Estienne, *audit traitté preparatif a l'Apologie pour Herodote liu.1,ch.38.pag.* 461.) Quod si in singulas hebdomadas vnaquæque harum meretricum Iulium nummum pendat, vt creditur, reditus, ex his cloacis, annuus immensus erit.

ee) Les Ecclesiastiques ont tousiours bien sceu se deffendre de toutes charges publiques, bien qu'ils tiennent la moitié du reuenu de la France: Haillan *liu. 1.de l'estat des affaires de Franse,pag.75.*

ff) Le tiers, ou peu s'en faut, de tous les biens de la France, iusques aux Duchés, Comtés, & Baronies, a esté donné a l'ordre Ecclesiastique: Bret *de la souuerain. du Roy,liu.1.ch.14.pag.*110.

gg) Caroli IX. Regis iussu cum census ageretur bonorum Ecclesiasticorum in hoc (Franciæ) imperio, quatuor millies sestertium (duodecim milliones) annui reditus in censum relatum video, extra pecuniam, & gratuitas oblationes. Id tamen parce ac tenuiter, ne ex vero censu inuidia, aut periculum ordini Pontificio crearetur. Allemannus enim, rationum publicarum Prætor, mihi curiosius omnia conquirenti (verba sunt Bodini, *de Republ. lib.5.c.2.pag.*830.) narrabat, duos fere trientes agri Gallici ad sacrum ordinem, possessione, vel dominio pertinere. Incredibile id quidem mihi visum est, tametsi non ignoro, quatuor supra centum Episcopos, duodecim Archiepiscopos, quingentos & quadraginta octo Abbates, Curionum XXVII. millia, & CCCC. si modo singulis vrbibus, & pagis singuli curiones tribuantur; extra minores archimandritas, & cœnobia tenuium monachorum vicatim mendicantium. Ac multo maiores apud nos Ecclesiæ opes fuissent, nisi Iohannes XXII. P. M. Nicolai Pontificis maximi decretum antiquasset: quo quidem licebat mendicantium ordinibus prædia possidere, quæ vsu & fructu ad se pertinerent, nexu vero, & mancipio, ad Pontificem maximum. Qua quidem fraude vota paupertatis inania fuissent, cum dominii ac proprietatis prædiorum vtilitas omnis ad eos peruentura fuerit, qui perpetuum vsumfructum, habituri essent: Sunt autem perpetua collegia Ecclesiasticorum. Sed non ita pridem Concilii Tridentini decreto, prædia mendicantium ordinibus possidere licuisset, nisi Concilium illud Gallia repudiasset.

hh) Li Prelati di Francia traggono duoi quinti delle entrate del Regno di Francia; perche vi sono assai Vescouadi, che hanno il temporale, & il spirituale: *Ritratti delle chose della Francia*, per Nicolo Machiauelli, *parte 2. oper. pag.* 122.

ii) Autor libri cui titulus, *le Cabinet du Roy, liu.1.pag. 4. & 5. & seqq.* probare annititur, reditus Ecclesiæ Gallicanæ annuos excedere centum milliones aureorum. Ita autem ille: *Pour y paruenir faut se ramenteuoir, que l'Egli-*

l'Eglise Gallicane est composée de vingt vne Archeueschés, desquelles pour le present la France n'est doüée que de douze &c. Sous lesquelles Primautés, ou Archeueschés, sont cent soixante Eueschés, ou Dioceses, desquels la France n'est doüée pour le present, que de quatre vingts & seize, garnies ou doüées de cent trente deux mil paroisses, ou hameaux : en quoy l'on peut connoistre l'impudente menterie de celuy, ou ceux, qui accompagnent les dioceses de dixsept cens mille clochers ; les autres, qui sont vn peu plus-sobres, ne leur assignent, que six cens mille, tant villes, que villages, &c. La restriction, que les autres font à vingt-sept mille, quatre cens paroisses, prenant la plus-grande ville, pour vne paroisse, & le moindre village, ayant paroisse, pour vn autre, est trop plus-receuable pour confirmer nostre preuue. Car le nombre des paroisses, qui sont dans les villes, comme dans Paris, & autres villes, & les hameaux qui ressortissent aux paroisses des villages, c'est à dire, où les Curés (outre le principal lieu de la paroisse) sont tenus d'aller chanter messe, ou bien, qui se cottisent à part, de gré à gré de leurs paroissiens, & non suiuant le departement des paroissiens. tout cela ensemble peut bien reuenir à nostre nombre de cent trente deux mille paroisses, d'autant qu'en icelles on y comprend les hameaux, ensemble toutes les paroisses, qui sont dans les villes. Toutes lesdites paroisses, ou hameaux, sont reduites à cinq cens quarante Archiprioré s, dans lesquels se trouuent quatorze cens cinquante six Abbayes ; douze mille, trois cens, vingt deux Priorés ; deux cens, cinquante neuf Commanderies, ou Priorés des Cheualiers de l'Ordre S. Iean de Ierusalem, ou de Malte. Cent cinquante deux mille chapelles, ayant toutes Chappellains pour les desseruir. Il est vray, que par le catalogue, qui nous a esté baillé, se trouue vn certain chanoine, sous le nom duquel sont deux Priorés, sept Curés, & vingt-huit Chappelles &c. Quant aux Abbayes & Priorés de femmes, le nombre est de cinq cens soixante sept. Outre tout cela vous a ués sept cens Conuens, tant Cordeliers, Iacopins, Carmes, Augustins, Enfumés, Celestins, Iesuistes, & autres religions. Le clergé de l'Eglise Gallicane a cent quatre vingt mille chasteaux, Seigneuries, ou fiefs : En quatre vings trois mille desquelles ils ont iustice haute, moyenne, & basse, le surplus ont moyenne & basse iustice, & fiefs simples. Le nombre de leurs subiect est de treize cens, soixante & dixsept mil. Deux cens quarante neuf mille mestairies, granges, ou bastides, en aucunes desquelles ils tiennent seize bœufs arables, aux autres douze, huict, six, quatre, & en la moindre, deux. Il est vray, qu'en Languedoc, ou Prouence, en certaines de leurs bastides, ne tiennent que des mulets, ou asnes pour labourer, mais la moindre est de deux. Dixsept cens mil arpens de vigne, qu'ils font faire à leurs mains, ou par celles de leurs fermiers. Quatre cens mil arpens de vigne, sur lesquels prennent la tierce, & quarte partie des fruicts, aucuns en y a, où ils ne prennent que la sexte. Outre leurs mestairies fournies, ont enuiron six cens mil arpens de terre, qu'ils baillent à terrage, c'est à dire, au tiers, & au quart : & si dauantage les preneurs sont tenus de payer les dismes. Les estangs, tant grands, moyens, que petits, sont

 en nom-

en nombre de cent trente cinq mil estangs. Et s'il y en a plusieurs autres in[...] auec d'autres seigneurs, sur lesquels ne prennent que le tiers, quart, sixies[...] douziesme, & autres telles, & semblables portions. En ce nombre sont com[...] plusieurs estangs, situés & assis riere l'obeïssance du Duc de Sauoye, au pai[...] Bresse, & toutesfois de l'Archeuesché de Lyon, qui appartiennent aux Chano[...] de S. Paul de Lyon; riere le territoire de S. Paul de Varaz, comme aussi [...] Religieux de Nostre Dame de l'Isle, & à autres beneficiers de France, sign[...] ment à l'Abbé de Cluny, qui tiennent grand nombre d'estangs, tant au [...] de Bresse, que Dombes. D'autres en tiennent semblablement au Comt[...] Bourgongne. Ce que nous auons bien voulu exprimer, à fin que, si quelqu[...] est curieux d'examiner cest article, selon l'estat de France, & non selon l'esta[...] l'Eglise Gallicane, ils viennent à retrancher du nombre de ceste preuue enu[...] sept cens soixante estangs, qu'il trouuera situés, & assis, tant en Flaudres, Co[...] de Bourgongne, & païs de Bresse: & neantmoins appartenans en proprieté à [...] du Clergé de l'Eglise Gallicane. Toutes les prairies, que le Clergé tient en Fra[...] reuiennent à neuf cens mil arpens, leurs granges, mestairies, & bastides four[...] Deux cens quarante cinq mil roues virantes, tant pour moudre blé, papet[...] martinets, & autres. Les bois, forests, & buissons, contiennent plus de dix[...] cens mil arpens. Terres vagues, pasquiers, & autres pasturages, sont de quat[...] cens mil arpens. Les vignes, & terres, sur lesquelles ils prennent les dismes, [...] tiennent plus quarante sept millions d'arpens. Si Messieurs du Clergé admodia[...] par le menu leurs biens, à l'œil ils tireroient de leur reuenu vingt millions d'[...] d'auantage qu'ils font: mais là dessus vient à considerer, qu'il est bien raiso[...] ble, que tant de Vicaires, & Souschappelains, comme aussi tant de fermiers [...] admodiateurs, qu'il y a en France, gaignent quelque chose en leur faisant ser[...] La preuue est si certaine de ce denombrement, que chacun des beneficiers en [...] particulier la peut examiner, & est fort facile à faire, veuque cy-aprés nous a[...] aprecié toutes les denrees à vn prix raisonnable. Pour mon regard, ma preuu[...] toute liquide: Car ie me suis restrainct, seulement à la somme de cent mill[...] d'escus. Et la verification d'icelle gist la plus-part en baux à ferme, esquels on a[...] recours, si besoin fait. Mais voicy la preuue des preuues, que ie veux faire touc[...] au doigt iusques aux plus-petis enfans; & pour plus-grande confirmation d'ic[...] i'appelle icy à tesmoings les Mathematiciens, qui sçauent, que la France a d[...] cens lieuës, depuis Bologne iusques à Marseille; & autant depuis le mon[...] Bernard, iusques à sainct Iean de Luz: & par ce moyen, la France a q[...] rante mil lieuës en quarré, & chacune lieuë cinq mil arpens de terre; [...] reuiennent à deux cens millions d'arpens. Et pource que ceste quadrat[...] pourroit estre trouuée estrange, d'autant que la France, qui est composee[...] forme de lozange, beaucoup moindre que le quarré: là-dessus faut conside[...] que si vous adioustes à la lozange les seigneuries, & terres Ecclesiastiques [...]

te

Pleix *d. l. n.* 2. & à Papa Gregorio XIII. peculiari bulla excommunicationi subiiciuntur omnes, qui præfractè asserunt, Iesuitas non esse religiosos. Cæterum non solum hic ordo apud ipsos Catholicos, multis in locis, odio expositus fuit, & est; verum etiam à Venetorum Republica, anno MDCV. audiuit durum illud; *Andate, niente pigliate, e mai ritornate*: & à populo; *Andate in malhora.* (vide *l'histoire des differens entre le Pape Paul V. & la Republ. de Venise, pag.* 103.) Quid in Gallia, nomine Vniuersitatis Lutetianæ, Iesuitis exprobratum fuerit, longo contextu legitur apud Estienne Pasquier *d. liu.* 3. *des recherches de la France, ch.* 33. *& au tome* 6. *des memoires de la Ligue, p.* 149. *& seq. ac pag.* 203. *& seqq.* quas vero ob causas anno MDXCIV. Regno excedere coacti fuerint, sententia, contra Iohannem Castellum lata, declarat, (apud Estienne Pasquier *d. liu.* 3. *chap.* 32. *fol.* 173. *& audit tome* 6. *des memoires de la Ligue, pag.* 255.) in qua hoc elogio mactantur; *corrupteurs de la ieunesse, perturbateurs du repos public, ennemis du Roy, & de l'Estat.* Quanquam vero pyramis, ante ianuam Palatii post proscriptos Iesuitas erecta, similia cantans; (vide *d. tom.* 6. *des mem. &c. pag.* 266. *& seq.*) postea destructa fuit, ipsique Iesuitæ Regis Henrici IV. clementia iterum in regnum admissi, non defuere tamen, nec adhuc desunt, qui male de iisdem senserunt, sentiuntque. Ego propter diuersam à mea religionem nemini infensus, lubens fateor, in Iesuitis vt plurimum egregia eruditionis & scientiarum documenta prostare, atque gnauam industriam in informanda iuuentute: quamobrem illud Agesilai de Pharnabazo votiue repetit Franciscus, Baro de Verulamio, *de dignitate & augmento scientiarum, lib.* 1. *pag.* 20. *Talis cum sis, vtinam noster esses!* verum hæc magno fermento æquiuocationum, & paradoxis, securitati Regum ac Principum contrariis, turgere, experientia testis est. Præterea *les Peres Iesuites ont vn grand nombre de colleges, qui sont espandus par toute la France, qu'ils ont departie en cinq Prouinces; sçauoir, France ou Paris, Guyenne, Lyon, Thoulouse, & Champagne. Sous celle de Paris, ou de la France, sont les colleges de Clermont à Paris, la Flesche, Bourges, Neuers, Eu, Rouën, Moulins, Amiens & Caën. Sous la Guyenne, ceux de Bourdeaux, Agen, Perigueux, Limoges, Poictiers, Sainctes, & Tours. Sous Lyon, ceux de Lyon, Auignon, Tournon, Vienne, Ambrun, Carpentras, Roane, Vesoul, Cisteron, Aix: ceux de Chambery en Sauoye, Dole, & Besançon en la Franche Comté y sont aussi. Sous Thoulouse, ceux de Thoulouse, Rodés, Ville-franche, Auch, le Puy, Besiers, Cahors, Aubenas, Carcassonne, outre ceux de Mauriac, & de Billon. Sous Champagne, Rheims, Verdun, Dijon, Autun, Chaalon: outre ceux de Pontamousson, Nancy, Charleuille, & Barleduc, qui sont de la Lorraine. Le college de Montpellier en Languedoc leur fut baillé en l'an MDCXXIX. ceux de Montauban, & de Nismes, ont esté mypartis d'eux, & des Professeurs & Regents de la Religion pretenduë Reformée, dont ils estoient composés auparauant:* Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 124.

nnnn) Societas Patrum Oratorii Iesu Christi in Francia, non longos ante annos, introducta fuit, promotore Petro Berula, Cardinale. *L'ordre des Prestres de l'Oratoire fut institué en Italie:* Charron *en l'histoire vniuerselle chap. 150. pag. 1262. & confirmé par le Pape Gregorie XIII. l'an MDLXXVI. & n'a point de vœu, ains seulement la communauté de vie:* d'Auity, *en la description des quatre parties du monde, tom. 1. tilt. Religion, pag. 320. Ils ont fondé de nouueaux Colleges en plusieurs endroits de France, comme à Troyes, Marseille, Saumur, Vendosme, le Mans, Angers, Dieppe, Montbrison en Forest, Pesenas en Languedoc*: Ranchin *d. pag.* 124.

CAPUT VII.

Miscellanea de Ordine Ecclesiastico.

QVando in electione Pontificis, meritum potius personæ, quam alia considerabantur, ex Gallis quatuordecim, diuersis vicibus, ad hunc dignitatis apicem peruenisse constat (*a*): Posteaquam vero ab Italis, sub prætextu *peccati originalis* (*b*), vt alii iocantur, non minus quam Hispani, propter *peccatum mortale* (*c*), exclusi ab eo honore fuerunt; Galli quidem ad Cardinalatum, sed non vltra, admissi sunt, hoc, scilicet, Spiritu Sancto ita disponente (*d*). Sic olim non modo Galli Pontifices, sed etiam Gallia Pontificum hospitium fuit per annos septuaginta, dum Auenioni sederunt (*e*), non leui damno Regni (*f*). Vt maxime autem adhuc nonnulli Pontificum in Regem Galliæ, Regnicolasque, affectu & benignitate quandoque proni esse soleant, nemo tamen regnicolarum galerum Cardinalitium suscipere potest, inscio vel nolente Rege (*g*). Hinc fit, vt Gallia plures Cardinales non habeat, quam quot Regi placuerit habere, quamquam tot aliquando non habeat, quot habere Regi acceptum foret. Patriarchas (*h*) olim Franciam habuisse traditur (*i*). Archiepiscopi, atque Episcopi Franciæ, licet titulo, *Dei gratia*, vti (*k*) consueuerint, omnes (*l*) tamen Regi fidelitatis iuramento obligantur (*m*); ac eorum nonnulli quoque homagio (*n*). Sunt autem nati Consiliarii Regis (*o*), eoque respectu, postquam Regi

jura-

iurarunt fidelitatem (*p*), sessionem habent in Parlamento, sine voto tamen, nisi simul Pares Regni sint, aut consiliarii Parlamenti, antequam Episcopatum obtinuerunt, fuerint, vel speciali (*q*) priuilegio gaudeant. Porro, Prælati Galliæ non possunt excommunicari (*r*): Decani, Canonici, & Capitula Ecclesiarum Cathedralium sunt exempti à iurisdictione Episcoporum & Archiepiscoporum (*s*): vnicuique Episcopatui addicta sunt quatuor feuda nobilia, titulo Baronatuum, quorum possessores tenentur Episcopo inseruire (*t*). Nonnulli ex Episcoporum numero olim tenebantur sequi Regem, euntem in bellum (*u*).

Testes & Testimonia.

a) Ex Germanis (vt refert Azorius, *institut. moral. parte 2. lib. 5. cap. vlt. pag. 622.*) quatuor fuerunt Pontifices, Gregorius V. ex Saxonia, Victor I. ex Sueuia, Clemens II. Saxo, Damasus II. Bauarus; ex Flandria vnus, Adrianus VI. Ex Gallis fuerunt quatuordecim, ex Hispanis quatuor, ex Anglia vnus, Adrianus IV. ex Græcia quindecim, ex Syria septem, ex Africa tres, ex Sardinia duo: natione Itali quam plures.

b) *Le François, il y a desia long temps, ne peut arriuer à la dignité Papale, parce que depuis quelques années on a pour suspecte la trop grande puissance de nos Roys, & le trop bon estat de ce Royaume. De sorte que taisiblement on nous en a comme bannis, sous pretexte que nous sommes François, c'est à dire, trop puissans, portans tousiours ce peché originel de nostre naissance, & aduenement au Cardinalat. Nous ne sommes plus maintenant si hardis, que de dire, & asseurer ce, qu'auec tant de franchise, & comme auec quelque inspiration de Dieu, publioit par tout ce bon & simple prestre François, allant à Rome: auquel comme on demandoit ce, qu'il y alloit faire, respondoit à tout le monde sur son chemin, qu'il y alloit pour estre Pape: & de faict il le fut, & s'appella Iean XXII.* P. de Lancre *au tableau de l'inconstance &c. liu. 4. disc. 4. n. 6. fol. 435.* (Longo iam tempore Francogallus non potuit peruenire ad dignitatem Papalem. Certos enim post annos suspecta facta est magna potentia Regum Franciæ, ac optimus eius Regni status. Ita quasi tacite remoti sumus ab illo dignitatis gradu, sub prætextu quod audiamus Franci, id est, nimium potentes, quibus semper inhæret peccatum hoc originale, iam à tempore natiuitatis, aut promotionis ad Cardinalatum. Non amplius ea nobis est animi magnitudo, dicere, & asseuerare illud, quod tam ingenua libertate, ac quasi inspiratione quadam diuina, publice enunciabat bonus ille & simplex Sacerdos, ex Francia Romam contendens. Interrogantibus enim, cur Romam

iret, & quid ibi acturus? omnibus, totum per iter respondit, quod eo tenderet vt fieret Papa: & certe Papa factus fuit, ac nomen sibi elegit Iohannis XXII.)

c) *Les Espagnols* (pergit Lancre *indicato loco*) *qui par fois nous reprochent aussi, qu'on ne fait plus de Papes François, n'ont en ce poinct guere grand chose à nous reprocher. Les Italiens commencent à nous traicter au pair; de maniere que, si les Espagnols nous reprochent le peché originel, nous leur reprocherons le peché mortel, auec lequel ils ne sçauroient despecher tant de Papes Italiens, qui ne dependent en rien d'eux, ny de leur maistre, qu'on n'en y remette tousiours de la mesme nation, & d'autre humeur, parauanture, qu'ils ne le voudroient: les Italiens ayant puis quelques années trouué moyen de se desfaire gentiment de ceux, qui estoient de nation, subiection, ou faction Espagnole. Car puis le decés de Pie V. qui estoit subiect du Roy d'Espagne, il n'y en a esté esleu pas vn, qui fust seulement subiect du mesme Roy, que Gregoire XIV. Car Gregoire XIII. qui succeda à Pie V. estoit Boulognois, Xiste V. de la Marche d'Ancone, Vrbain VII. estoit Romain. Gregoire XIV. estoit à la verité de Cremone, & partant subiect du Roy d'Espagne: Innocent IX. estoit Boulognois, Clement VIII. Florentin, Leon XI. aussi Florentin, & Paul V. Romain. Ainsi de huict, il n'y en a pas vn Espagnol de nation, ny de faction, ny mesme de subiection Espagnole, que le seul Gregoire XIV. Italien, lequel encore n'a tenu le Siege que fort peu de temps.* (Hispani, nobis aliquando obiiciunt, Francos non amplius ad dignitatem Papalem promoueri: at nec ipsi habent hoc in puncto de quo glorientur. Itali vtrosque nostrum æqualiter habent. Hinc, vbi Hispani nobis exprobrant peccatum originale, nos illis obiiciemus peccatum mortale, quo non possunt tot Italos Papas, qui nulla in re ab illis ac eorum Rege dependent, è medio tollere, vt non statim eiusdem nationis alius surrogetur in locum demortui, ac forte ingenii non valde Hispanis accepti. Certe, Itali, paucis hinc ab annis, inuenerunt rationem, scite à se amoliendi illos, qui erant natione, subiectione, aut affectu Hispani. Post mortem Pii V. qui erat natus sub imperio Regis Hispaniæ, nullus electus fuit in Papam eiusdem originis, excepto solo Gregorio XIV. Gregorius XIII. qui successit Pio V. fuit Bononiensis; Sixtus V. ex Marca Anconitana; Vrbanus VII. Romanus; Gregorius XIV. Cremonensis, & sic, patriæ respectu, sub Hispano; Innocentius IX. Bononiensis; Clemens VIII. Florentinus; Leo XI. itidem Florentinus, ac Paulus V. Romanus. Hinc patet, inter octo Pontifices nullum natione fuisse Hispanum, vti nec studio, aut subiectione, excepto solo Gregorio XIV. Italo, qui tamen sedi pontificiæ exiguo præfuit tempore.)

d) Vulgo inter Catholicos creditur, Spiritum sanctum in electione Pontificis præsidere. Certe in re tanti momenti magno & diuino directore permaxime opus est, postquam electores plerique affectibus humanis indulgent-

dulgent, & in diuersa studia vel eunt, vel trahuntur: quo de videri, & perpendi debet relatio Cardinalis Perronii *lib. 3. de ses Ambassades, & negotiations, pag. mihi 313. & seqq.* Hinc, cum Cardinalis Baronius ab amicis, quorum suffragio in conclaui dignus honore Pontificali declaratus erat, vt duceretur ad altare, adorationis causa, omnibus viribus renitens exclamauit: *state sauii, e prudenti, io non voglio esser Papa:* Pierre de Lancre *d. disc. 4. fol. 432. b.* atque sic tandem, raro constantiæ exemplo, permouit eosdem, vt ad alia transirent vota. Sicut autem Baronius amicorum opera haud procul abfuit à dignitate Papali, ita è contrario Hispanica factio omnem mouit lapidem, vt eadem excluderetur: nempe propter odium, quod in se concitauerat scripto, quo ius Ecclesiæ Romanæ in Siciliam propugnauit, contra Hispanum. Non enim Hispano sufficere videbatur, flammis, opera carnificis, tomum quartum annalium Baronii, vbi de isto iure Ecclesiæ docuerat, consumpsisse, sed & hominis fortunam sufflaminandam esse censebat, aliis in terrorem, sibi vero in vindictam. *Les ennemis de Baronius* (ait Silhon *en son Ministre d' Estat, part. 1. liu. 2. disc. 2. pag. 398.) l'emporterent, & l'interest general de la Chrestienté ceda au particulier d' Espagne.* Bellarminum Cardinales recusabant (*craignans, qu'il ne mettroit le Papat aprés luy entre les mains des Iesuites, comme il fut autresfois entre celles des Benedictins*: Perron *d. lib. 3. p. 304.*) timentes, ne post eius mortem Pontificatus in manus Iesuitarum perueniret, vt aliquando fuit in manibus Benedictinorum. Ex horum autem ordine octodecim Pontifices Romanos fuisse, annotauit Trithemius *de vir. illustr. ord. Benedict. lib. 1. c. 5.* & Azorius *tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 21. p. 1252. lit. e.* Pierre de Lancre, *d. loc. fol. 434.* Pontificis electionem dispositioni Spiritus sancti adscribens, notorium esse scribit, (*qu' à Rome tout le monde fait des gageures sur l' election des Papes, en la noüeure & liaison desquelles chacun iette communement son vœu, iugement & destination, selon sa patrie, selon son affection, & selon la vogue, & applaudissement du peuple, fondé la plus-part sur le bruit commun. Toutes lesquelles choses, ainsi basties en l' air, reüssissent si peu souuent, & sont tellement dissipées par le S. Esprit, qui produit, & fait paroistre par les euenemens des elections toutes contraires à ce, que les electeurs, & tout le monde auoient pourpensé, qu' on a souuent dit à Rome, de plusieurs, ce qu' on souloit dire du feu Cardinal Farnese, grand personnage, Doyen de Cardinaux, de race illustre, homme cheri de tout le monde, pour sa vertu, qu' à tous les conclaues, esquels il auoit assisté sur ses derniers iours, le peuple, & voix commune, l' y conduisoit, de façon, che se n' andaua sempre Papa nel conclaue, & ne tornaua Cardinale.*) quod Romæ quilibet sponsione super electione Papæ certare cum alio soleat, illumque communiter voto & iudicio destinare, quem vel propter patriam, vel alias affectu prosequitur, vel cui populum ex fama plerumq; applaudere videt. Et tamen hæc omnia, tanquam solido fundamento destituta,

 adeo

adeo raro eueniunt, ac ita dissipantur à Spiritu sancto, electiones contra primam intentionem eligentium, & populi votum, disponente, vt sæpius Romæ de plurimis dictum fuerit, quod de magnæ autoritatis Cardinale Farnesio, Collegii sui Decano, ex familia illustri nato, atque omnibus propter virtutem accepto, dici solebat; eum quoties in ætate senili conclaue, eligendi Papæ causa, ingressus esset, voto & voce communi semper introiuisse vt Papam, & rediisse Cardinalem.

e) Le Pape Clement V. transfera le Siege Papal en Auignon, où il a esté septante vn ans, & ramenant la chiquanerie de Rome en France, l'a enseignée aux François, où ils ont appris les malices, subterfuges, & cautelles, dont ils vsent auiourd'hui. (Clemens V. Papa sedem papalem transtulit Auenionem, vbi illa permansit septuaginta annis. Cum ea autem implicandarum producendarumq; litium fraudulentum artificium Roma peruenit in Franciam, quam Franci postea addidicerunt, & simul malitias, subterfugia, ac cautelas quibus hodie vtuntur.) Du Haillan *de l'estat & succés des affaires de France, liu. 2. pag.* 160. Sederunt Auenioni Clemens V. Iohannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Vrbanus V. Gregorius XI. & Benedictus XIII. Estienne Pasquier, *liu. 3. des recherch. de la France, ch. 17. fol. 140. lit. b.*

f) Iamais conseil ne fut receu auec plus de faueur, & applaudissement de celuy de Philippes le Bel, lors qu'il attira dans nostre France la papauté: & iamais conseil ne despleut tant à Dieu que celuy-là; comme l'euenement le monstra: Estienne Pasquier. *d. ch. 17. in pr.* (Nullum vnquam consilium maiori fauore, & applausu acceptum fuit, quam illud Philippi Pulchri, quo in Franciam adduxit Curiam Papalem: Et nullum vnquam consilium magis Deo displicuit, quam hoc, vt exitus docuit.)

g) Les dignités les plus-releuées, qui ne sont que bienfaits & gratifications des saincts Peres, & de l'Eglise, sont en refus en France, aussi bien que les autres presens venans de main estrangere; De maniere qu'on ne peut, en ce Royaume, accepter mesme vn chapeau de Cardinal, sans la volonté ou permission du Roy. Et de faict le Pape l'enuoyant à quelqu'vn en France, ou le Roy le luy donne, & presente luy-mesme, parce que, par auanture, il l'a nommé; ou permet qu'il luy soit baillé en sa presence: Pierre de Lancre *d. liu. 4. disc. 6. n. 4. fol. 452. b.* (Dignitates maxime eminentes, quæ sunt dona Paparum & Ecclesiæ, recusantur in Francia, non minus ac alia dona, quæ proueniunt à manu extera. Ita in hoc Regno non licet acceptare galerum Cardinalitium, sine voluntate ac permissione Regis. Hinc, vbi Pontifex talem alicui transmittit in Franciam, Rex ipse eum præsentat illi, in cuius gratiam missus fuit; quoniam fortassis nominatione sua huic missioni causam dedit: vel permittit vt ei sua in præsentia offeratur.)

h) Il n'y a qu'vne sorte d'ordre Episcopal, combien que la fonction des Euesques

Euesques soit de plusieurs sortes, ou degrés differens. Car, comme en la hierarchie celeste il y a plusieurs degrés, & especes d'Anges, qui ayans diuers noms, & diuerses prerogatiues, sont neantmoins tous Anges: aussi en la hierarchie terrestre il y a plusieurs sortes d'Euesques, ayans diuers noms, & differens pouuoirs. Les vns estans simples Euesques, n'ayans iurisdiction qu'en leur diocese: les autres Archeuesques, qui, outre la iurisdiction primitiue de leur diocese, ont encor celle de ressort en ceux des Euesques de leur prouince: d'auantage aucuns sont Primats, ou Patriarches, (entre lesquels deux i'estime qu'il n'y a difference que de nom) ayans en outre iurisdiction de ressort superieur sur plusieurs prouinces, & Archeueschés. Finalement sur tous les Primats & Patriarches, & consequemment sur tous les Ecclesiastiques, mesme sur tous les vrais Chrestiens, il y a vn souuerain Hierarche, à sçauoir l'Euesque de Rome, que nous appellons Pape, par excellence, qui est le vicaire, & lieutenant de Dieu, en l'Eglise vniuerselle. (Ordo Episcopalis vnius est conditionis, licet functiones Episcoporum sint diuersæ, & gradibus differentes. Quemadmodum enim in hierarchia cœlesti plures sunt gradus, & species Angelorum, qui habent diuersa nomina & diuersas prærogatiuas; & tamen sunt Angeli: Ita in terrestri hierarchia diuersa sunt genera Episcoporum, qui habent diuersa nomina, & potestates diuersas. Nonnulli sunt simplices Episcopi, non habentes iurisdictionem nisi in sua diœcesi; alii Archiepiscopi, qui vltra iurisdictionem primitiuam in diœcesi sua, habent etiam illam, quam exercent quando ad illos prouocatur ex diœcesi Episcopi, qui est sub Archiepiscopo. Præterea alii sunt Primates, aut Patriarchæ, (inter quos, meo iudicio, nulla est nisi in nomine differentia) ad quos prouocatur ex multis prouinciis, & Archiepiscopatibus, qui sub illis sunt. Postremo supra omnes Primates & Patriarchas, ac consequenter supra omnes Ecclesiasticos, imo supra omnes veros Christianos, est supremus aliquis Hierarcha, nempe Episcopus Romanus, quem per excellentiam appellamus Papam, qui est vicarius, & locum-tenens Dei, in Ecclesia vniuersali.) Loyseau *des Ordres chap. 3. n. 26.*

i) *Les Patriarches tiennent, aprés le Pape, les premieres authorités en la hierarchie de l'Eglise, & s'appellent de leur nom significatif, Princes des peres: le mot grec le designe; la raison aussi,* quia post Apostolicum primum occupant locum, *c'est à dire, qu'ils tiennent les premiers sieges, & premiers rangs aprés le sainct Siege, qui est celuy de Rome, que l'on dit Apostolique, à cause de S. Pierre, premier Apostre, qui a faict la fonction d'Apostolat. Anciennement il n'y auoit que quatre Patriarches en la Chrestienté, de Constantinople, d'Alexandrie, d'Antioche, & de Hierusalem, qui en retiennent les noms, qualités & prerogatiues, ores qu'ils ne soient és lieux, pour estre vsurpés, tyrannisés, & iniquement enuahis par les infideles. Au iourd'huy il y en a plusieurs autres, comme en France deux, l'vn est l'Archeuesque de Lyon, l'autre celuy de Bourges, que l'on dit*

dit Primat d'Aquitaine, & tous deux Primats des Gaules. (Patriarchæ post Papam autoritate primi sunt in hierarchia Ecclesiastica, ac appellantur, vt nomen eorum græcum innuit, principes Patrum; ac post Apostolicum primum occupant locum; hoc est, post sedem Romanam, quam dicimus Apostolicam, à sancto Petro, primo Apostolo, qui munus Apostolatus exercuit. Olim in Ecclesia Christiana erant tantum quatuor Patriarchæ, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochensis, & Hierosolymitanus, qui retinuerunt nomina, qualitates, & prærogatiuas suas, licet non resideant illis in locis, quæ inique occupata nunc detinentur ab infidelibus. Hodie, præter illos sunt etiam alii, vt in Francia duo, quorum vnus est Archiepiscopus Lugdunensis, alter Bituricensis, qui dicitur Primas Aquitaniæ; vterque vero audit Primas Galliæ.) Iean Rochette *en ses decisions de plusieurs questions & differens, qui se presentent iournellement, tant és Cours Ecclesiastiques, que seculiers, tilt. des Archeuesques, & Euesques, patriarches & primats, fol.* 13. Apud le Mercure François, *tom.* 16. *pag.* 558. *ad annum* MDCXXX. asseritur, certum esse ex historiis, Franciam habuisse patriarchas, nempe Arelatensem, Bituricensem, & Lugdunensem, aliosque.

k) Vide supra *lib.* 2. *cap.* 6. *lit. iii.*

l) *Nul ne peut estre Euesque en France, sans auoir auparauant presté le serment de fidelité és mains du Roy*: Estienne Pasquier *d. liu.* 3. *des recherch. de la France chap.* 29. *fol.* 167. *lit. f.*

m) *Les Euesques ne font hommage au Roy, mais bien le serment de fidelité, & loyauté pour le temporel de leurs benefices*: Raguoau *des droits Royaux, verb. hommage, pag.* 384. Gilles le Maistre, *au traicté des Regales chap.* 6. *num.* 2. & 3. *fol.* 30. *b.* vbi contra Rufæum, & Probum disputat, hoc non inde esse, quod homagium non fiat pro re spirituali: *Car le serment de fidelité, que font les Euesques au Roy, n'est point pour le spirituel, mais pour le temporel de leur Euesché; & sont tenus, & ont accoustumé le faire, encores que pour leur temporel ils ne soyent vassaux du Roy, mais pource qu'ils doiuent au Roy loyauté, & fidelité, pour raison du grand peuple subiect au Roy, qu'ils ont à gouuerner, & qu'il faut que tout leur temporel soit tenu de la couronne*, mediate vel immediate; *& que le Roy a grand interest de prendre d'eux tel serment, pour la conduicte, qu'vn chacun a en son diocese. Il y a grande difference entre l'hommage que faict le vassal au Roy, & le serment de fidelité, que faict l'Euesque.* Car in primo casu, *il n'y a iamais lieu de prouision au vassal, iusques à ce que l'hommage soit fait, & tousiours le Roy plaide saisy, comme Seigneur feodal contre son vassal, n'ayant faict l'hommage*: sed iuramenti, quod Episcopi præstant Regi, alia causa est. Apud nos (inquit Roussel *lib.* 2. *histor. iurisdict. pontif. cap.* 5. *n.* 26. *pag.* 157.) Ægidius Magister Præses negat homagium deberi ab Episcopo, at solam fidelitatem, fallique eos, qui hanc putant interponi pro re spirituali.

rituali, id est, quatenus est Episcopus; exigi enim pro re temporali duntaxat, vt Rex securus sit, Episcopos temporalibus, quibus abundant, non vsuros ad suam perniciem. Cui sententiæ non repugnat Molinæus, *glos. 3. ad §. 1. Parif. consuetudin. n. 14.* scribens, quod in quantum homagium accipitur, secundum communem vsum loquendi, nimirum pro fidelitate & obsequio temporali, quasi illud præstans, efficiatur homo eius, cui præstat, obligatus ei ad temporale seruitium: eo casu prohiberi nedum iurari, sed etiam promitti pro Ecclesiasticis; Id enim Simoniacum esse: in quantum autem accipitur impropriissime, & præter communem vsum, pro simplici fidelitatis obedientia, aut reuerentia debita, secundum naturam & qualitatem rei concessam, tunc posse pro Ecclesiasticis promitti, & iurari. Et quidem constitutio ea de re lata, quæ scriniis Cameræ Computorum consignata est, (incipiens, *dum Episcopus*) nil vltra requirit, quam vt Episcopus fidelitatem præstet. Itaque erraret Argentræus, scribens, fidelitatis præstationem esse necessariam Episcopo, vt admittatur in consessum Curiæ supremæ; homagii autem exhibitionem apud eandem Cameram, vt temporalibus fruatur: præterquam quod non omnes Episcopi, etiam iurati, sedem in curia habent, at solummodo qui Pares sunt Franciæ, & præter illos, Episcopus Parisiensis, & Abbas S. Genouefæ.

n) Scilicet, Episcopus, qua Episcopus, non præstat Regi homagium, sed fidelitatis iuramentum; præstat autem homagium (in Camera computorum: Loyseau *des Seigneuries ch. 7. n. 31.*) Episcopus ille, qui à Rege feudum tenet. Atque hic aliquando miscetur homagium feudale cum iuramento fidelitatis. (*Hincmarus Euesque de Laon est dit auoir de parole fait tel hommage, & serment de fidelité: Ie Hincmarus, Euesque de l'Eglise de Laon, feray d'ores en auant fidele & obeïssant à mon Roy Charles (le Chauue), selon mon ministere, ainsi que l'homme doit estre à son Seigneur, & l'Euesque le doit estre par droit à son Roy. Ce serment est confus, & meslé d'hommage pour les fiefs, & de serment de fidelité pour l'Eueſché. L'hommage y est apparent en ces mots; Ainsi que l'homme doit à son Seigneur: La fidelité, par ces mots: Et l'Euesque doit à son Roy. Mais les hommages, & sermens de fidelité, separément prestés sont faict autrement. L'Euesque faisant l'hommage, doit mettre ses mains en celles du Roy, comme vassal lay. Car la condition de l'obligation ne doit estre changee par la condition du successeur. Ceste mise des mains du vassal en celles du Roy, signifie que la puissance du vassal est en celle du Roy. Les mains respectiues signifient la puissance reciproque, celles du vassal seruantes, celles du Seigneur commandantes. Cela est de l'hommage. L'Euesque, faisant le serment de fidelité doit auoir l'estole au col, la main sur la poictrine. Cela est des Ecclesiastiques masles: les femmes, mesmes Abbesses tenans fiefs, sont tenuës d'en faire l'hommage en personne: elles sont dispensees par le droict canon de sortir de leurs Abbayes, pour cet effect*: Clement

Vaillant, *de l'estat ancien de la France &c. liu.5. chap.6. fol.210.& seqq.* (Hincmarus, Episcopus Laudunensis dicitur homagium & iuramentum fidelitatis Regi præstitisse hac formula: *Ego Hincmarus, Episcopus Ecclesiæ Laudunensis, ero in posterum fidelis & obediens Regi meo Carolo* (fuit ille qui dicitur Caluus) *secundum meum ministerium, quemadmodum homo esse debet domino suo, atque Episcopus debet esse de iure Regi suo.* Hoc iuramentum est confusum, ac mixtum ex homagio pro feudo, & ex iuramento fidelitatis pro Episcopo. Homagium apparet in his verbis; *Quemadmodum homo debet esse domino suo:* fidelitatis vero iuramentum ex illis; *ac Episcopus debet esse Regi suo.* Verum homagia ac iuramenta fidelitatis, quæ separatim præstantur, aliter conficiuntur. Episcopus, præstans homagium, debet immittere manus suas in manus Regis, tanquam vasallus laicus. Nam conditio obligationis non debet mutari per conditionem successoris. Hæc immissio manuum vasalli in manus Regis significat, potestatem vasalli esse in potestate Regis. Manus respectiue significant potestatem reciprocam, vasalli seruientes, Domini imperantes. Atque hæc de homagio. Episcopus præstans iuramentum fidelitatis, debet esse amictus stola sacerdotali, ac admouere manum pectori. Ita iurant Ecclesiastici masculi; fœminæ autem, etiam Abbatissæ, tenentes feudum, tenentur ipsæmet præstare homagium: de iure Canonico gaudent dispensatione, vt propterea possint egredi ex Abbatia.)

o) *Les Euesques sont Conseillers nais du Roy, & à ce tiltre ont seance en la Cour de Parlement, és plaidoiries, & audiences publiques: Leur seance est du costé des Conseillers lais au dessous du President; mais ils n'ont voix, ny aduis, és iugemens, qui se donnent, s'ils ne sont Pairs de France, (ou s'ils n'ont esté Conseillers du Parlement:* Loyseau *des ordres ch. 2. n.16.) ou si ce n'est l'Euesque de Paris, qui a voix & opinion, comme les Pairs:* Coquille *en l'histoire du païs & Duché de Niuernois pag. 91.* (Episcopi sunt consiliarii nati Regis, ac hunc ob titulum habent sessionem in Curia Parlamenti, quando causam perorant Aduocati, & in audientia publica. Sedem habent in latere consiliariorum laicorum, post Præsidem; sed non habent votum, & ius dicendi sententiam, nisi sint Pares Franciæ (aut nisi aliquando fuerint Consiliarii Parlamenti) vel sit Episcopus Parisiensis, qui habet votum, non minus quam Pares.)

p) *Tous les Euesques de France peuuent entrer en la Cour de Parlement aux iours des plaidoiries, & seoir és hauts sieges, prés le President, au costé dextre, selon leur antiquité &c. mais cela s'entend, & a lieu, aprés qu'ils ont faict au Roy le serment de fidelité, autrement ne seroient receuables à demander l'entrée: autre chose seroit, s'ils n'auoient encores faict l'hommage à cause de leur temporel, car le defaut d'hommage ne les empesche d'entrer en Parlement; pource qu'ils y entrent non comme vassaux, ny pour raison de leur temporel, ains comme Euesques, & Prelats, & pour cause de leur dignité Episcopale. Par là on peut cognoi-*

stre

stre la difference, qui est entre le serment de fidelité, que prestent les Euesques au Roy, & l'hommage, qu'ils luy font comme ses vassaux, à cause de leur temporel: Giles le Maistre, *des Regales, chap. 13. fol. 38.* (Omnes Episcopi Franciæ possunt ingredi curiam Parlamenti, diebus, quibus ventilantur causæ, atque occupare sedes eminentiores ad latus Præsidis dexterum, secundum gradus antiquitatis suæ &c. Sed hoc intelligit debet de eo tempore, postquam Regi præstiterunt iuramentum fidelitatis, antea enim hoc ius non habent. Aliud dicendum est, quando nondum præstiterunt homagium propter bona temporalia; nam etiam hoc casu admittuntur in Parlamento, quoniam in illo sunt non tanquam vasalli, nec respectu bonorum temporalium, sed vt Episcopi, & Prælati, atque respectu dignitatis Episcopalis. Hinc potest cognosci differentia, quæ est inter iuramentum fidelitatis, quod Episcopi præstant Regi, & homagium, quod ei præstant tanquam vasalli, propter bona temporalia.)

q) *L'Euesque de Paris est, par priuilege special, Conseiller né en la Cour de Parlement, en laquelle il a voix & opinion, soit en plaidoirie, ou à iour de Conseil:* Giles de Maistre *d. l.* vide quæ annotaui *cap. 6. huius lib. 3. lit. dd.*

r) *Par les maximes, que l'on a tenus de tout temps en France, le Roy a ce droit, & ce priuilege, de ne pouuoir estre excommunié, ny mesmes ses officiers, & les Prelats de son Royaume:* Bret *de la souueraineté du Roy, liu. 2. chap. 15. p. 318.*

s) *En France les Doyens, Chanoines, & Chapitres des Eglises Cathedrales, & Metropolitaines, sont exempts de la iurisdiction de leur Archeuesque, ou Euesque, encores qu'il soit leur superieur, & que la collation de leurs dignites, chanoinies, & prebendes, luy appartienne. De faict, le Chapitre a sa iurisdiction & Iuge Ecclesiastique à part, qui ne recognoit aucunement l'Official de son Euesque, ou Archeuesque. La raison de ce plusieurs disent estre, que les Archeuesques, Euesques, & autres Prelats, estoient anciennement, suiuant la disposition canonique, & pragmatique sanction, esleus par le Doyen, Chanoines, & autres beneficiés de leurs Eglises. Aprés laquelle election, celuy, qui auoit esté esleu, & qui estoit paruenu à la dignité par luy pretenduë, conceuoit haine, inimitié, & malueillance contre aucuns des electeurs, soyent Chanoines, ou autres, qui ne l'auoient fauorisé, & donné leur voix; les faisoit molester, vexer, rechercher & trauailler, à la requeste de son promoteur pardeuant son Official. Et que pour ceste cause les Chapitres, qui sont ordinairement en different, & controuerse auec leurs Euesques, ou Archeuesques, ont facilement obtenu des saincts Peres l'exemption de la iurisdiction de leurs Euesques, Archeuesques, & Prelats. Et combien que cette raison cesse à present, parce que le Roy nomme aux Archeueschés, Eueschés, & autres prelatures Ecclesiastiques du Royaume, & qu' à sa nomination le Pape y pouruoit, toutesfois l'exemption de iurisdiction dure encores à present; & n'y a quasi Chapitre, qui n' ait son Iuge Ecclesiastique, lequel ne recognoit point l'Official de son*

son Euesque, ou Archeuesque. Et tels Chapitres se disent ou intitulent immediatement tenus du S. Siege Apostolique, comme fait le Chapitre de l'Eglise de Paris: Bacquet *au traicté des droits de iustice, chap.* 18. *n.* 7. *&* 8. (Decani, Canonici, & Capitula Ecclesiarum cathedralium, & metropolitanarum in Francia, sunt exempti à iurisdictione suorum Archiepiscoporum, aut Episcoporum, licet hi sint illorum superiores, ac illis conferant dignitates, canonicatus ac præbendas. Capitulum proprium & peculiarem iurisdictionem, atque suum Iudicem Ecclesiasticum, habet, qui nullo modo recognoscit Officialem Episcopi, aut Archiepiscopi. Multi hoc inde esse dicunt, quod Archiepiscopi, Episcopi, ac Prælati alii, olim, secundum dispositionem canonicam, & pragmaticam sanctionem, fuerint electi à Decano, Canonicis, aliisque beneficiariis Ecclesiæ. Post eam electionem, illum, qui fuerat electus, & ad dignitatem quam ambiuerat, peruenerat, cœpisse odio prosequi nonnullos electores, Canonicos, aliosve, quorum vota habuerat sibi contraria; iis negotium facessere, ac molestiam inferre, ad instantiam promotoris sui coram Officiali suo. Hinc Capitula, quibus vtplurimum cum Episcopis suis, aut Archiepiscopis haud conuenit, facile obtinuisse à Papis exemptionem à iurisdictione suorum Episcoporum, Archiepiscoporum atque Prælatorum. Quamuis autem hæc ratio nunc cesset; cum Rex ius nominandi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, ac alias Prælaturas, in regno exerceat, & Papa deinde conferat Prælaturam nominato; exemptio tamen illa, à iurisdictione adhuc durat, & nullum fere est Capitulum, quod non habeat suum Iudicem ecclesiasticum, qui non recognoscit Officialem Episcopi vel Archiepiscopi. Eiusmodi Capitula se dicunt immediate dependere à Sede Apostolica, quale est Capitulum Ecclesiæ Parisiensis.)

t) *Par tous les Eueschés de France, il y a quatre fiefs nobles, erigés en titre de Baronies, dont les Seigneurs doiuent seruir les Euesques:* Fauyn *au theatre d'honneur, liu.* 2. *chap. dernier, pag.* 497.

u) *Les anciennes loix de France obligeoient plusieurs de nos Euesques, à suiure le Roy en personne dans les guerres, & mesmes y estoient contraints par saisie de leur temporel. Il se void dans Hugon, & la Chronique de S. Denys l'an MCCIX. que Philippes Auguste, ayant guerre contre les Anglois, fit conuier tous les Euesques d'y aller, & qu'ils s'y rendirent: & en suite que les Euesques d'Orleans & d'Auxerre, qui virent, que le Roy n'y estoit pas, s'en estans retournés chés eux, à cause qu'ils pretendoient n'estre obligés de s'y trouuer, si non lors, que le Roy y estoit en personne; le Roy fit saisir leur temporel: dont se plaignans à Rome, où ils furent exprés, ils n'eurent point d'autre responce, si non qu'ils deuoient obeïr à sa Maiesté: le Pape ne voulant pas contreuenir aux coustumes du Royaume. Et en effect ils ne furent pas restablis en la iouïssance de leurs biens, qu'ils n'eussent payé l'amende. Tout de mesme i'ay veu vn acte de l'Euesque d'Auxerre, datte en l'an-*

l'an MCCXXV. par lequel il recognoit, estre obligé d'enuoyer à la guerre des Albigeois, n'y pouuant aller en personne, à cause de son infirmité: & vne autre iniontion faicte aux Baillifs l'an MCCCIV. de commander aux Prelats, & autres Ecclesiastiques, qui deuoient seruice d'ost au Roy, de se tenir prests, pour l'assister en personne: Autor *de l'histoire du ministere du* Cardinal de Richelieu, *part. 1. p. 757.* Adde quæ supra notaui *h. lib. 3. c. 2. lit. u.*

CAPUT IIX.

De Reformatæ Religioni addictis.

PRæter Catholicam-Romanam religionem etiam alia in Francia viget, quæ Reformata dicitur, & qui eam sequuntur prætensi-Reformati (*a*), Caluiniani, Hugonotæ, *parpaillaux*, libertini (*b*), *Gens de nouuelle croyance* (*c*); olim Protestantes, ac Lutherani (*d*). Horum, secundum temporum interualla, varia fuit conditio; & prima quidem miserrima, quando in illos igne (*e*), variisque suppliciis (*f*), atrociter sæuitum. Altera, vbi viribus aucti, ambigua; nempe quando præliis decertari cœptum (*g*). Tertia calamitosa, tempore laniena in vrbe Lutetiana, & plerisq; fere regni locis, peractæ (*h*); post quam iterum ad dubiam Martis aleam reditum. Quarta, quando tandem liberum religionis exercitium (*i*), post varias clades, & diuersa edicta pacificatoria (*k*), vel datum vel confirmatum iis fuit ab Henrico IV. edicto Nannetensi (*l*) anno MDXCVIII. mense Aprili: (quod consistit in quatuor capitibus (*m*); scilicet in ἀμνηστίᾳ, ὁμονοίᾳ, εὐσεβείᾳ, & δίκη) & articulis secretis aliis, edicto non insertis, sed separatim in scripturam redactis (*n*). Conati tunc quidem sunt, Clerus Franciæ (*o*), Nuncius Papæ (*p*), & Academia Lutetiana (*q*), remoram negotio iniicere, aut saltem Regis concessionem limitare; & noluit Parlamentum, edictum adprobare (*r*). Rex vero vocatis ad se eiusdem Curiæ primoribus, diserta & graui oratione eos exhortatus est ad obedientiam (*s*), obtinuitque quod voluit (*t*). Confirmauit deinde hoc edictum, & ad idem pertinentia, Lu-

douicus XIII. anno MDCXIV. (*u*) atque ita sub patris & filii regimine satis floruerunt Reformati, eorumque Ecclesiæ (*x*), ac loca, quæ securitatis causa illis concessa (*y*) possederunt; donec ab eodem Ludouico his exuti, atque Rupellæ munimentis solo æquatis (*z*), ad humilem statum redacti sunt, sic vt vix vmbra pristini roboris & status hodie illis supersit. Ex permissione tamen Regis licet eorum Theologis aliquando nationalem habere conuentum (*aa*).

Testes & Testimonia.

a) Vide supra *lib. 1. cap. 7. lit. o. Pretendus-Reformés, parce qu'ils se vantoient d'estre reformateurs de la Catholique, & ancienne religion de leurs peres*: ita Charron *en l'histoire vniuerselle, chap. 148. pag. 1125.*

b) *A cause qu'ils demandoient vne liberté de conscience, pour croire de Dieu, & faire exercice de leur religion, tout ainsi que bon leur sembleroit*: Charron *d. pag.*

c) *D'autant* (vt Charron putat, *d. pag.*) *qu'en tous les liures du monde, ny tradition humaine, il ne sera iamais trouué, qu'il soit fait mention d'vn seul homme, ayant eu bruit de bonne, ou mauuaise vie, lequel ait iamais eu en toutes choses pareille croyance, qu'eux, tant s'en faut qu'il se puisse remarquer quelque entiere prouince, ou païs, auquel telle pretenduë religion ait esté iamais auparauant preschée.*

d) Primis temporibus, nempe sub Francisco I. Rege, Lutherani dicebantur: Sleidan. *Commentar. lib. 9. fol. m. 139. b. & 142. a.* vt & sub Henrico II. Serres, *en l'inuentaire general de l'histoire de France, tom. 3. p. m. 1201.*

e) Ad machinam alligati, & in altum sublati, deinde in ignem è sublimi demissi, & rursus abducti, carnifice demum abscindente funem, in subiectam flammam corruebant. Iis etiam, qui paulo videbantur eruditiores, antequam producerentur, lingua resecta fuit, ne vel supplicii causam, vel suæ doctrinæ summam, ad populum explicarent. Hoc ita factum tempore Francisci I. Regis narrat Sleidanus *d. lib. 9. Commentar. fol. 142.* & continuatum ignis supplicium postea sub Henrico II. & Francisco II. fuit, in perquam multos, quorum nomina leguntur apud Autorem *du Cabinet du Roy de France, liu. 1. pag. 263. & seqq.*

f) *On a employé pour les exterminer, l'air, le feu, & l'eau*: Serres, *en la vie de François II. ad annum MDLIX. pag. 1212.* (In abolitionem eorum aëre, igne, & aqua vtebantur.) *On nous a dés le commencement bruslés*, (sunt Reformatorum verba, in libello, cui titulus, *Plaintes des Eglises Reformées de France*,

France, edito anno MDXCVII.) noyes, pendus; on nous a depuis massacrés: & massacrés vn à vn, massacrés en foule: on nous a bannis du Royaume, par Edits: on nous a faict la guerre forte & cruelle, desia l'espace de trente & cinq ans, ou bien peu s'en faut, & par sept diuerses fois: Memoires de la Ligue, au 6. recueil, pag. 470. (In principio in nos sæuitum fuit igne, aqua, fune; postea, trucidati fuimus modo singulatim, modo mactati cateruatim; edictis proscripti, bello crudeliter impetiti, per annos fere triginta quinque, ac septies repetito.)

g) *La France est diuisée en deux sortes de Religion. Les vns suiuent l'Eglise Catholique-Romaine; les autres s'arrestent à l'opinion de Caluin. Au commencement on a employé le fer, pour exterminer ceux, qui s'attachoient à cette nouuelle secte: Mais pour vne teste qu'on coupoit, il en sortoit sept, ainsi que d'vne hydre. Et mesme on s'opiniastra iusques là, tant d'vn costé que d'autre, qu'on donna des batailles, où toutesfois ceux de la nouuelle opinion se trouuerent tousiours les plus foibles: Et neantmoins ils ne perdirent iamais courage, & tascherent de tenir tousiours bon, non obstant tous les Edict, qui les chassoient du Royaume, ou qui les rendoient incapables, de tenir aucuns offices:* Autor libri *des Estats, Empires, & principautés du monde, au discours de la France, n. 28.* (Francia diuiditur in duas religiones; vna illorum est qui sequuntur Ecclesiam Catholicam-Romanam: altera eorum, qui adhærent opinioni Caluini. Ferro primum in illos vsi sumus, qui nouam hanc sectam sequebantur; at vero vno amputato capite renascebantur, tanquam in hydra aliqua, septem noua. Imo crescente ab vtraque parte pertinacia, ad prælia descensum est, quæ nouatoribus illis semper aduersa fuerunt. Nec tamen vnquam propterea animum despondderunt, sed semper se defenderunt, nihil curantes edicta, quibus vel proscribebantur, aut inhabiles iudicabantur ad tenendum officia.) *Le regne de François I. qui commença en l'an MDXV. vid paroistre en France les premieres estincelles de ce feu, aprés la publication du liure composé par Iean Caluin, natif d'vn bourg proche de Noyon en Picardie, sous le titre d'Institution de la Religion Chrestienne, qui fut par luy dediée au Roy François, en l'an MDXXXVI. & quelque temps auparauant, en certains endroits du Royaume, cette nouuelle reformation de la doctrine receuë dans l'Eglise Catholique-Apostolique-Romaine, auoit trouué des sectateurs, & auoit esté preschée publiquement. A ces commencemens, qui pouuoient estre suiuis d'vne plus longue durée, & pour les troubles qu'ont accoustumé d'amener auec soy les nouueautés & changemens de Religion ancienne, les Magistrats des lieux, authorisés des edicts du Prince, employerent le fer & le feu. Caluin se retira dans Geneue, là où il fut Ministre ordinaire &c. Sur la fin du regne de François I les habitans de Merindol & Cabrieres en Prouence furent traités violemment pour le fait de la Religion, & sous le regne de Henry II. la ville de Paris s'estant remplie de ceste nouuelle croyance, quelques Conseillers de la Cour de Parlement y ayans adheré, & dit leurs sentimens en presence du Roy, lequel y estoit entré*

entré exprés, vn iour de Mercuriale, Anne du Bourg entre autres, qui estoit Conseiller Clerc, ayant persisté en sa premiere declaration, fut bruslé publiquement en l'an MDLIX. Ranchin *d. tom. 2. pag.* 121.

h) De Laniena Parisiensi dixi supra *lib. 1. cap. 3. lit. nn.*

i) Vide Autorem *des histoires des derniers troubles de France, sous les regnes des Roys Henry III. & Henry IV. fol. 4. b. & seqq.* Fuerunt, qui in Gallia asseuerarent, Regem non potuisse edicto permittere exercitium Religionis Reformatæ, *sans l'expres consentement de ses Estats, ne luy estant loisible, ny permis d'alterer la religion, qui est comme la colomne fondamentale du Royaume, sans y appeller, & faire consentir tous ses subiects:* Taix *aux memoires des affaires du Clergé de France, pag. 58.*

k) *Aprés la mort des Rois Henry II. & François II. & au commencement du regne de Charles IX. fut fait vn Edict, donné en Ianuier M D LXI. qui permit le libre exercice de la Religion pretendue-Reformée, hors des villes closes du Royaume, & cet Edict ne put pas estre entretenu, à cause des factions & haines de la maison de Guise contre celle de Bourbon; de sorte que plusieurs guerres en furent esmeuës, & renouuellées, en diuers temps &c. Louys Prince de Condé, & Gaspar Comte de Coligny-Chastillon, Admiral de France, ayans embrassé le party & la Religion, s'en rendirent Chefs, & diuerses batailles & Edicts de Paix s'ensuiuirent és années M D LXII. M D LXVII. M D LXVIII. M D LXX. & finalement le an MDLXXVII.* Ranchin *d. tom. 2. pag. 121.* Henricus III. anno MDLXXXIX. exercitium reformatæ religionis admisit, ministris Verbi stipendia, & huic religioni addictis dedit *villes pour retraitte, en chasque Seneschaussée, ou Bailliage:* P. Matth. *liu. 2. de l'histoire de Henry IV. narrat. 1. n. 4. tom. 1. pag. 201. Le dernier Edict de pacification est de l'an MDXCVIII. sous le Roy Henry IV.*

l) Edicti tenor, qualis à P. Matthieu *d. liu. 2. narr. 1. n. 8. pag. 215. & seqq.* & ab Autore *du Recueil des Edicts de pacification, ordonnances & declarations faites par les Roys de France, pag. 275. & seqq.* exhibetur, hic est:

1. *Premierement, que la memoire de toutes choses passées d'vne part & d'autre, depuis le commencement du mois de Mars, mil cinq cens quatre vingts cinq, iusques à nostre aduenement à la Couronne, & durant les autres troubles precedents, à l'occasion d'iceux, demeurera esteincte, & assoupie, comme de chose non aduenuë. Et ne sera loisible, ny permis à nos Procureurs Generaux, ny autres personnes quelconques, publiques ny priuées, en quelque temps, ny pour quelque occasion que ce soit, en faire mention, procés, ou poursuitte en aucunes Cours, ou Iurisdictions, que ce soit.* (Primo, memoria & recordatio omnium præteritorum ab vna aut altera parte gestorum à principio mensis Martii anni M D XXCV. ac durantibus motibus anterioribus, occasione illorum, vsque ad tempus quo ad regnum peruenimus, sit extincta & consopita, ac si nunquam quicquam actum gestumque fuisset. Prohibemus itaque, ne Procuratores

tores generales, nec aliæ quæcunque personæ, tam publicæ quam priuatæ, vllo tempore, vllamque ob occasionem, qualis illa fuerit, eorum causa quicquam deferant ad vllum Iudicium.)

2. *Defendons à nos subiects, de quelque estat, & qualité qu'ils soient, de en renoueller la memoire; s'attaquer, ressentir, iniurier, ny prouoquer l'vn l'autre par reproche de ce qu's'est passé; pour quelque cause, & pretexte que ce soit, en disputer, contester, quereller, ni s'outrager, ou offencer, de fait, ny de parole: mais se contenir, & viure paisiblement ensemble, comme freres, amis, & concitoyens, sur peine aux contreuenans d'estre punis comme infracteurs de paix, & perturbateurs du repos public.* (Prohibemus quoque, quo minus subditi nostri, cuiuscunque sint status conditionisve, renouent præteritorum memoriam, aut illa sibi inuicem exprobrent, iniuriose obiiciant, vel quamcunque ob causam, aut prætextum, de illis inter se disputent, rixentur, verbis aut facto offendant; sed pacifice viuant, tanquam fratres, amici & conciues, pœna transgressoribus dictata fractæ pacis, & perturbatæ quietis publicæ.)

3. *Ordonuons, que la religion Catholique-Apostolique-Romaine sera remise, & restablie en tous les lieux, & endroits de cestuy nostre Royaume, & païs de nostre obeïssance, où l'exercice d'icelle a esté intermis, pour y estre librement, & paisiblement exercée, sans aucun trouble, ou empeschement. Defendons tres-expressement à toutes personnes, de quelque estat, & qualité qu'elles soient, sur les peines que dessus, de ne troubler, molester, ny inquieter les Ecclesiastiques en la celebration du diuin seruice, iouissance & perception des dixmes, fruits & reuenus de leurs benefices, & tous autres droicts & deuoirs, qui leur appartiennent: & que tous ceux, qui durant les troubles se sont emparés des Eglises, maisons, biens, & reuenus, appartenans ausdits Ecclesiastiques, & qui les detiennent, & occupent, leur en delaissent l'entiere possession, & paisible iouissance, en tels droicts, libertés & seuretés, qu'ils auoient auparauant qu'ils en fussent dessaisis. Defendons aussi tres-expressement à ceux de la Religion pretendue-Reformee, de faire presches, ny aucuns exercices de ladite Religion, es Eglises, maisons, & habitations desdits Ecclesiastiques.* (Volumus, Religionem Catholicam-Apostolicam Romanam restaurari in omnibus locis Regni nostri, ac terris nobis subditis, in quibus illius exercitium intermissum fuit; vt ibi libere ac pacifice exerceatur, sine vllo impedimento. Expresse vetamus, sub pœna prædicta, Ecclesiastic sturbare aut molestia afficere in celebratione diuinorum seruitiorum, in vsu & perceptione decimarum, fructuum ac redituum beneficiorum, ac omnium iurium ad illos pertinentium. Iubemusque vt omnes, qui durante confuso rerum statu, occuparunt Ecclesias, ædes, bona ac reditus pertinentes ad dictos Ecclesiasticos, ac qui quicquam horum adhuc detinent, Ecclesiasticis relinquant integram possessionem, & pacificum eorum vsum, in illis iuribus, libertatibus ac securitate, quas habuerunt antequam illis

 spolia-

spoliarentur. Porro, expressissime prohibemus, ne, qui prætensæ-reformatæ religioni addicti sunt, vllum sermonem sacrum habeant, aut alium actum suæ religionis exerceant in Ecclesiis, ædibus, aut habitationibus dictorum Ecclesiasticorum.)

43. *Seront lesdites Chambres establies dedans six mois, pendant lesquels (si tant l'establissement demeure à estre faict) les procés meus, & à mouuoir, où ceux de ladite Religion seront parties, des ressorts de nos Parlemens, de Paris, Roüen, Dijon, & Rennes, seront euoqués en la Chambre establie presentement à Paris, en vertu de l'Edict de l'an mil cinq cens soixante dixsept, ou bien au grand Conseil, à leur choix; & ceux, qui seront de Prouence, au Parlement de Grenoble. Et si lesdites Chambres ne sont establies dans trois mois, aprés la presentation, qui y aura esté faite de nostre present Edict, celuy de nos Parlemens, qui en aura faict refus, sera interdict, de cognoistre, & iuger des causes de ceux de ladite Religion.* (Prædictæ Cameræ constituentur intra sex menses; quo spatio durante, (si constitutio non prius fuerit perfecta) processus instituti, vel instituendi, in quibus prætensæ-reformatæ religionis cultores sunt actores, vel rei, degentes sub iurisdictione summa nostrorum Parlamentorum, Parisiensis, Rothomagensis, Diuionensis, & Redonensis, euocentur ad Cameram nunc Parisiis institutam, virtute Edicti, facti anno MDLXXVII. aut ad Consilium maius, pro lubitu: eorum vero, qui sunt in Prouincia, ad Parlamentum Gratianopolitanum. Quod si istæ Cameræ non fuerint constitutæ intra tres menses, post præsentatum nostrum hoc Edictum, illud ex nostris Parlamentis, quod constitutionem Cameræ recusauit, non habeat potestatem cognoscendi & iudicandi de causis eorum, qui prætensæ-reformatæ religioni adhærent.)

44. *Les procés non encores iugés, pendans esdites Cours de Parlement & grand Conseil, de la qualité susdite, seront renuoyés, en quelque estat qu'ils soient, ésdites Chambres, chacun en son ressort, si l'vne des parties de ladite Religion le requiert, dedans quatre mois, aprés l'establissement d'icelles: Et quant à ceux, qui seront discontinués, & ne sont en estat de iuger, lesdits de la Religion seront tenus faire declaration, à la premiere intimation, & signification, qui leur sera faite de la poursuite; & ledit temps passé, ne seront plus receus à requerir lesdits renuois.* (Causæ nondum decisæ, sed pendentes in dictis Curiis Parlamenti & ma-

& maioris Consilii, quæ sunt supradictæ qualitatis, remittantur, quocunque in statu sint, ad dictas Cameras, ad quas quælibet pertinet, si vnus ex litigantibus, dictæ religionis, id petat intra quatuor menses, postquam fuerint constitutæ. Quod autem concernit illas lites, quæ non eo vsque continuatæ fuerunt, vt sententia de illis ferri possit, prædictæ religionis cultores, ad requisitionem factam teneantur respondere, an illos velint prosequi & continuare; si autem supradictum tempus elabi patiantur, non admittantur amplius petere remissionem fieri ad dictas Cameras.)

45. *Lesdites Chambres de Grenoble, & Bourdeaux, comme aussi celle de Castres, garderont les formes, & stil des Parlemens, au ressort desquels elles seront establies, & iugeront en nombre egal, d'vne & d'autre Religion, si les parties ne consentent au contraire.* (Dicta Camera Gratianopolitana, & Burdigalensis, quemadmodum & Castrensis, obseruent formam & stylum Parlamenti, vbi sunt constitutæ, atque iudicabunt pari numero ex vtraque religione, nisi partes in aliud consentiant.)

46. *Tous les Iuges, ausquels l'adresse sera faite des executions des arrests, commissions desdites Chambres, & lettres obtenuës és Chanceleries d'icelles, ensemble tous Huissiers & Sergens seront tenus faire tous exploicts par tout nostre Royaume, sans demander* placet, visa *ne* pareatis, *à peine de suspension de leurs estats, & des despens, dommages, & interests des parties, dont la cognoissance appartiendra ausdites Chambres.* (Omnes Iudices requisiti ad faciendam executionem sententiæ, post commissiones à dictis Cameris, & literas in earum Cancellariis expeditas, vt & omnes apparitores, executiones conficiant, totum nostrum per regnum, non petitis, *placet, visa*, nec *pareatis*, sub pœna suspensionis officii, expensarum, damnorum, ac interesse partium, de quo iudicabunt dictæ Cameræ.)

47. *Ne seront accordées aucunes euocations des causes, dont la cognoissance est attribuée ausdites Chambres, si non és cas des Ordonnances, dont le renuoy sera fait à la plus-prochaine Chambre, establie suiuant nostre Edict: Et les partages des procés, desdites Chambres, seront iugés en la plus-prochaine, obseruant la proportion, & forme desdites Chambres, dont les procés seront procedes: Excepté, pour la Chambre de l'Edict, à nostre Parlement de Paris, où les procés partis seront departis en la mesme Chambre, par les Iuges, qui seront par nous nommés par nos lettres particuliers, pour cet effect: si mieux les parties n'aiment attendre le renouuellement de ladite Chambre. Et aduenant qu'vn mesme procés soit parti en toutes les Chambres mi-parties, le partage sera renuoyé à ladite Chambre de Paris.* (Non euocentur causæ, quarum cognitio attributa est dictis Cameris, exceptis casibus in constitutionibus expressis; quorum remissio fiat ad proximam Cameram, institutam secundum tenorem edicti nostri. De partitione processuum, in dictis Cameris, iudicetur in proximiori, obseruata propor-

 tione,

tione, & forma dictarum Camerarum, à quibus prouenerunt. Excepta Camera edicti, in Parlamento nostro Lutetiano, vbi processus iterum diuidantur in eadem Camera, à Iudicibus, qui per literas nostras speciales ad hoc denominabuntur, nisi partes litigantes maluerint expectare renouationem eiusdem Cameræ. Quod si contingat vnum eundemque processum diuisum fuisse per omnes eiusmodi Cameras, quæ constant ex parte dimidia Catholicis, ac ex altera, prætensæ-reformatæ religioni addictis, diuisio remittatur ad Cameram Lutetianam.)

48. *Les recusations, qui seront proposées contre les Presidens, & Conseillers, des Chambres mi-parties, pourront estre iugées au nombre de six, auquel nombre les parties seront tenuës de se restraindre, autrement sera passé outre, sans auoir esgard ausdites recusations.* (Quando Præsides, & Consiliarii, dictarum Camerarum recusantur tanquam suspecti, ad sex pertinebit iudicium; ad quem numerum litigantes se restringere cogentur, alias, insuper habita recusatione, iudices in causa progrediantur vlterius.)

49. *L'examen des Presidens, & Conseillers, nouuellement erigés esdites Chambres mi-parties, sera faict en nostre priué Conseil, ou par lesdites Chambres, chacune en son destroit, quand elles seront en nombre suffisant, & neantmoins le serment accoustumé sera par eux presté és Cours, où lesdites Chambres seront establies, & à leur refus, en nostre Conseil priué: excepté ceux de la Chambre de Languedoc, lesquels presteront le serment és mains de nostre Chancelier, ou en icelle Chambre.* (Præsides, & Consiliarii, nouiter stabiliti, in dictis Cameris bipartitorum Iudicum, examinabuntur in nostro Consilio secreto, aut in dictis Cameris, ad quas pertinent, quando scilicet illæ numero personarum sufficienti sunt introductæ. Nihilo minus tamen iuramentum solitum ab illis præstetur, in Parlamentis, vbi dictæ Cameræ reperiuntur constitutæ, aut his tergiuersantibus, in nostro Consilio secreto. Excipimus tamen illos, qui pertinent ad Cameram Languedocensem, qui præstabunt iuramentum nostro Cancellario, aut eidem Cameræ.)

50. *Voulons, & ordonnons, que la reception de nos Officiers, de ladite Religion, soit iugée esdites Chambres my-parties, par la pluralité des voix, comme il est accoustumé és autres iugemens, sans qu'il soit besoin, que les opinions surpassent des deux tiers, suiuant l'Ordonnance, à laquelle, pour ce regard, est derogé.* (De receptione nostrorum officiariorum ad easdem Cameras, iudicetur in iisdem per vota maiora, vt moris est etiam in aliis iudiciis, nec necesse sit, vt tantum illa vota valeant, quæ numero supra duas tertias adscendunt, secundum constitutionem; cui, quoad hoc, derogatum volumus.)

51. *Seront faites esdites Chambres mi-parties, les propositions, deliberations, & resolutions, qui appartiendront au repos public, & pour l'estat particulier, & police des villes, où icelles Chambres seront.* (In dictis Cameris bipertitorum

torum Iudicum, fiant propositiones, deliberationes, & resolutiones, quæ faciunt ad quietem publicam, & statum particularem, ac politiam ciuitatum illarum, in quibus Cameræ illæ suas habebunt sedes.)

52. *L'article de la iurisdiction desdites Chambres, ordonnées par le present Edict, sera suiuy, & obserué, selon la forme, & teneur, mesmes en ce qui concerne l'execution, & inexecution, ou infraction de nos Edicts, quand ceux de ladite Religion seront parties.* (Articulus de iurisdictione dictarum Camerarum, constitutarum per præsens Edictum, obseruetur secundum tenorem suum, etiam in illis, quæ concernunt executionem, aut infractionem nostrorum Edictorum, quando dictam religionem colentes litigant.)

53. *Les Officiers subalternes Royaux, ou autres, dont la reception appartient à nos Cours de Parlement, s'ils sont de ladite Religion pretenduë reformée, pourront estre examinés, & receus esdites Chambres: à sçauoir, ceux des ressorts des Parlemens de Paris, Normandie, & Bretagne, en ladite Chambre de Paris: ceux de Dauphiné, & Prouence, en la Chambre de Grenoble: ceux de Bourgogne, en ladite Chambre de Paris, ou de Dauphiné, à leur choix: ceux du ressort de Thoulouse, en la Chambre de Castres: & ceux du Parlement de Bourdeaux, en la Chambre de Guyenne, sans qu' autres se puissent opposer à leurs receptions, & rendre parties, que nos Procureurs generaux, & leurs Substituts, & les pourueus desdits Offices: & neantmoins le serment accoustumé sera par eux presté és Cours de Parlement, lesquels ne pourront prendre aucune cognoissance de leursdites receptions: & au refus desdits Parlemens, lesdits Officiers presteront le serment esdites Chambres: aprés lequel ainsi presté, seront tenus presenter par vn Huissier, ou Notaire, l'acte de leur reception aux Greffiers desdites Cours de Parlement, & en laisser copie collationnée audits Greffiers: ausquels il est enioint d'enregistrer lesdits actes, à peine de tous despens, dommages, & interests des parties. Et où lesdits Greffiers seront refusans de ce faire, suffira audits Officiers de rapporter l'acte de ladite sommation, expedié par lesdits Huissiers, ou Notaires, & icelle faire enregistrer au Greffe de leursdites Iurisdictions, pour y auoir recours, quand besoin sera, à peine de nullité de leurs procedures, & iugemens. Et quant aux Officiers, dont la reception n'a accoustumé d'estre faite en nosdits Parlemens, en cas, que ceux, à qui elle appartient, fissent refus de proceder audit examen, & reception, se retireront lesdits Officiers par deuers lesdites Chambres, pour leur estre pourueu, comme il appartiendra.* (Quando officiarii Regii subalterni, aut alii, quorum receptio pertinet ad nostras curias Parlamentorum, sunt prætensæ reformatæ religioni addicti, poterunt examinari, atque recipi, in dictis Cameris; scilicet, illi, qui sunt sub ditione iuridica Parlamentorum, Parisiensis, Normanniæ, & Britanniæ, in dicta Camera Parisiensi; qui sub Delphinali, & Prouinciæ, in Camera Gratianopolitana; qui sub Burgundiæ Parlamento, in dicta Camera Parisiensi, aut Delphinali, secundum arbitrium il-

lorum; qui ſub Tholoſano, in Camera Caſtrenſi; qui ſub Burdigalenſi, in Camera Aquitaniæ; & ita quidem, vt nemo ſe hiſce receptionibus poſſit opponere, præterquam noſtri Procuratores Generales, ac illorum ſubſtituti, nec non ii, quibus prædicta officia collata, & qui ad illa recipiendi ſunt. Nihilo minus tamen, iuramentum conſuetum ab illis præſtetur in Curiis Parlamentorum, quæ non poterunt vllo modo cognoſcere de ipſa receptione: Parlamentis renuentibus officiarii illi præſtabunt iuramentum in dictis Cameris: quo præſtito, tenebuntur exhibere, per apparitorem, aut Notarium, actum receptionis ſuæ iſtarum Curiarum Parlamentariarum tabulariis, illiſque eius inſtrumenti copiam collationatam relinquere, quibus mandatum eſt annotare illos actus, ſub pœna partibus ſoluendarum expenſarum, damnorum, & intereſſe. Caſu, quo tabularii iſti noluerint hoc facere, ſufficiet ſi dicti Officiarii actum requiſitionis factæ, conſcriptum ab illis apparitoribus, aut Notariis, mittant ad forenſe tabularium prædictarum Iuriſdictionum (vt eo recurſus detur vbi neceſſarium) ſub pœna nullitatis rei geſtæ. Quod vero attinet officiarios, quorum receptio non conſueuit fieri in dictis noſtris Parlamentis, ſi illi, quibus eo caſu receptio competit, nolint ad examen, & receptionem procedere, prædicti officiarii ſe conferant ad illas Cameras, vt ibi recipiantur, prout erit conueniens.)

54. *Les Officiers de ladite Religion pretenduë-reformée, qui ſeront pourueus cy-aprés pour ſeruir dans les corps de noſdites Cours de Parlement, Grand Conſeil, Chambres des Comptes, Cour des Aydes, Bureaux des Threſoriers Generaux de France, & autres Officiers des Finances, ſeront examinés, & receus, és lieux, qu'ils ont accouſtumé de l'eſtre: & en cas de refus, ou deſny de iuſtice, leur ſera pourueu en noſtre Conſeil priué.* (Officiarii prætenſæ-reformatæ religioni addicti, qui impoſterum promouebuntur ad munera ſubeunda, in dictis noſtris Curiis Parlamentorum, Conſilio magno, Camera computorum, Curia ſubſidiorum, Collegio quæſtorum generalium Franciæ, aut aliorum officiariorum quæſturæ, examinentur & recipiantur in locis, vbi hoc fieri conſueuit: quod ſi id ibi obtinere nequeant, illis prouidebitur à noſtro Conſilio Secreto.)

55. *Les receptions de nos Officiers, faites en la Chambre cy-deuant eſtablie à Caſtres, demeureront valables, non obſtant tous Arreſts, & Ordonnances à ce contraires. Seront auſſi valables les receptions des Iuges, Conſeillers, Eſleus, & autres Officiers de ladite Religion, faites en noſtre priué Conſeil, ou par Commiſſaires, par nous ordonnés, pour le refus de nos Cours de Parlement, des Aydes, & Chambres des Comptes, tout ainſi que ſi elles eſtoient faites eſdites Cours & Chambres, & par les autres Iuges, à qui la reception appartient: Et ſeront leurs gages alloüés par les Chambres des Comptes, ſans difficulté; Et ſi aucuns ont eſté rayés, ſeront reſtablis, ſans qu'il ſoit beſoin d'auoir autre iuſſion,*

que le

que le present Edict, & sans que lesdits Officiers soient tenus de faire apparoir de autre reception, non obstant tous Arrests donnes au contraire, lesquels demeureront nuls, & de nul effect. (Receptiones nostrorum officiariorum, factæ in iam antea constituta Camera Castrensi, perdurabunt validæ, non obstantibus arrestis, & constitutionibus contrariis. Validæ quoque erunt receptiones Iudicum, Consiliariorum, electorum, ac aliorum officiariorum dictæ religionis, factæ in nostro Consilio secreto, aut à Commissariis à nobis constitutis, propter repulsam datam à nostris Curiis Parlamentorum, subsidiorum ac Cameris computorum, omnino, ac si factæ fuissent in dictis Curiis, aut à cæteris Iudicibus, ad quos receptio pertinet. Salaria, quæ hoc modo receptis constituta, apud Cameras computorum rata sint, citra difficultatem; ac si ab illis vlla essent expuncta, iterum annotentur, non expectato alio mandato, sed sufficiente hoc præsente edicto nostro, nec teneantur dicti officiarii probare aliam receptionem factam esse, non obstantibus arrestis in contrarium latis, quæ nulla, & inualida declaramus.)

56. *En attendant qu'il y ait moyen de suruenir aux frais de Iustice desdites Chambres, sur les deniers des amendes, sera pour nous pourueu d'assignation valable, & suffisante, pour fournir ausdits frais, sauf d'en repeter les deniers sur les biens des condamnés.* Vsque dum expensis administrationis iustitiæ, in dictis Cameris subueniatur compendiis mulctarum, nos interea illis sufficienter aliunde prouideri curabimus, repetituri quod datum, à bonis damnatorum.)

57. *Les Presidens, & Conseillers de ladite Religion pretenduë Reformée, cy-deuant receus en nostre Cour de Parlement de Dauphiné, & en la Chambre de l'Edict, incorporée en icelle, continuëront, & auront leurs seances, & ordres de icelle; sçauoir est, les Presidens, comme ils en ont iouï, & iouissent à present, & les Conseillers, suiuant les Arrests, & prouisions, qu'ils en ont obtenu en nostre Conseil priué.* (Præsides, & Consiliarii prædictam prætensam reformatam religionem profitentes, qui antea recepti fuerunt in nostram Curiam Parlamenti Delphinatus, ac in Cameram Edicti, cum illa concorporatam, persistant & teneant sedes & ordines in eadem. Nempe Præsides, vt hactenus vsi, & nunc vtuntur; Consiliarii vero, secundum arresta, & prouisiones, quas obtinuerunt à nostro Consilio secreto.)

58. *Declarons toutes sentences, iugemens, arrests, procedures, saisies, ventes & decrets, faits & donnés contre ceux de ladite Religion pretenduë Reformée, tant viuans, que morts, depuis le trespas du feu Roy Henry II. nostre tres-honoré Seigneur, & beaupere, à l'occasion de ladite Religion, tumultes & troubles depuis aduenus, ensemble l'execution d'iceux Iugemens, & Decrets, dés à present, cassés, reuoqués, & annullés, & iceux cassons, reuoquons, & annullons. Ordonnons que ils seront rayés, & ostés des Registres des Greffes des Cours, tant Souueraines, que Inferieu-*

Inferieures: comme nous voulons aussi estre ostées & effacées toutes marques, ve-stiges & monumens desdites executions, liures & actes diffamatoires, contre leurs personnes, memoire & posterité: & que les places, esquelles ont esté faites, pour ceste occasion, demolitions, ou rasemens, soient renduës en tel estat, qu'elles sont, au proprietaires d'icelles, pour en iouïr, & disposer à leur volonte: Et generalement auons cassé, reuoqué, & annullé, toutes procedures & informations, faites pour entreprises quelconques, pretendus crimes de leze maiesté, & autres, non obstant lesquelles procedures, arrests, & iugemens, contenans reünion, incorporation, & confiscation, voulons, que ceux de ladite Religion, & autres, qui ont suiuy leur party, & leurs heritiers, rentrent en la possession reelle, & actuelle, de tous & chacuns de leurs biens. (Rescindimus, & irrita facimus omnia arresta, iudicia, sententias, actus, manus iniectiones, venditiones & decreta, ac executiones illorum, lata, facta, & data contra religionis prætensæ-reformatæ Cultores, viuentes & mortuos, post excessum Regis Henrici II. nostri honorandissimi Domini, ac soceri, ob dictam religionem, tumultus ac turbas exinde natas. Præcipimusque, vt omnia illa expungantur, & deleantur in actis forensibus Curiarum, tam supremarum, quam inferiorum. Mandamus etiam vt omnia vestigia, signa & monumenta dictarum executionum, librorum, & actorum diffamatoriorum, contra ipsorum personas, memoriam & posteritatem, tollantur & deleantur; loca, in quibus, occasione horum motuum, demolitiones, ac deuastationes factæ sunt, proprietariis restituantur, talia, qualia sunt, vt iisdem vtantur fruantur pro lubitu. Denique, generaliter reuocauimus & rescidimus omnes processus, atque informationes, factas ob quæcunque prætensa crimina, læsæ maiestatis, aliaque, quibus processibus, sententiis, & iudiciis, quæ reunionem, incorporationem, & confiscationem secum ferunt, non obstantibus, volumus, vt qui prædictæ religioni adhærent, nec non qui illorum partes secuti sunt, vel eorum heredes, restituantur & apprehendant possessionem realem ac actualem, omnium & singulorum istorum bonorum.)

59. *Toutes procedures faites, iugemens, & arrests donnés, durant les troubles, contre ceux de ladite Religion, qui ont porté les armes, ou se sont retirés hors de nostre Royaume, ou dedans iceluy, és villes & païs par eux tenus, en quelque autre maniere que de la religion & troubles, ensemble toutes peremptions d'instances, prescriptions, tant legales, conuentionnales, que coustumieres, & saisies feodales, escheuës pendant lesdits troubles, ou par empeschemens legitimes, prouenus d'iceux, & dont la cognoissance demeurera à nos Iuges, seront estimés comme non faites, données, ny aduenuës, & telles les auons declarées, & declarons, & icelles mises, & mettons à neant, sans que les parties s'en puissent aucunement ayder, ains seront remises en l'estat, qu'elles estoient auparauant, non obstant lesdits arrests, & l'execution d'iceux. Et leur sera renduë la possession, en laquelle*

ils

ils estoient pour ce regard. Ce que dessus aura pareillement lieu, pour le regard des autres, qui ont suiuy le parti de ceux de ladite Religion, ou qui ont esté absens de nostre Royaume, pour le faict des troubles. Et pour les enfans mineurs, de ceux de la qualité susdicte, qui sont morts pendant les troubles, remettons les parties au mesme estat, qu'elles estoient auparauant, sans refonder les despens, ny estre tenus de consigner les amendes. N'entendons toutesfois, que les iugemens, donnés par les Iuges presidiaux, ou autres Iuges inferieurs, contre ceux de ladite Religion, ou qui ont suiuy leur parti, demeurent nuls, s'ils ont esté donnés par Iuges seant és villes par eux tenuës, & qui leur estoient de libres accés. (Omnia litis acta, iudicia & arresta, facta vel data tempore motuum, contra prædictæ religioni adhærentes, qui arma gesserunt, aut regno excesserunt, vel in eo permanserunt in ciuitatibus ac prouinciis, quas tenuerunt aliam ob causam quam religionis & motuum; simul etiam omnes peremptiones instantiarum, ac præscriptiones, tam legitimæ quam conuentionales, & consuetudinariæ, nec non bonorum feudalium obsignationes, quæ contigerunt durantibus illis motibus, aut legitima ob impedimenta, ex illis prouenientia, de quibus nostri Iudices debebunt cognoscere, habeantur ac si numquam contigissent, talia declarauimus, declaramus, & irrita fecimus, ac facimus, adeo, vt litigantes illis vti amplius non possint. Res itaq; remissæ sint in statum eum, in quo fuerunt antea, non obstantibus dictis arrestis, atque executionibus; ac possessio illis reddatur, in qua fuerunt hoc respectu. Hæc quoque obtineant respectu illorum, qui secuti sunt partes prædictæ religionis cultorum, aut qui extra regnum nostrum fuerunt absentes, causa motuum. Quod attinet liberos minorennes eorum, de quibus modo diximus, mortuorum tempore motuum, restituimus litigantes in eundem statum, in quo erant antea, citra refusionem impensarum, & solutionem mulctarum. Hoc vero intellectum solummodo volumus de sententiis, latis à Iudicibus præsidialibus, aut aliis inferioribus, contra prædictæ religioni adhærentes, aut qui steterunt à parte illorum, vt illæ nullius sint effectus, si latæ fuerint à Iudicibus sedentibus in illis ciuitatibus, quas tenuerunt, & ad quas liberum habebant aditum.)

60. *Les arrests donnés en nos Cours de Parlement, es matieres, dont la cognoissance appartient aux Chambres, ordonnées par l'Edict de l'an MDLXXVII. & articles de Nerac, & de Flex, esquelles Cours les parties n'ont procedé volontairement, c'est à dire, ont allegué & proposé fins declinatoires, ou qui ont esté donnees par defaut, ou forclusion, tant en matiere ciuile, que criminelle, non obstant lesquelles fins, lesdites parties ont esté contrainctes de passer oultre, seront pareillement nuls, & de nulle valeur. Et pour le regard des arrests, donnés contre ceux de ladite Religion, qui ont procedé volontairement, & sans auoir proposé fin declinatoires, iceux arrests demeureront; Et neantmoins, sans preiudice de l'execution d'iceux, se pourront, si bon leur semble, pouruoir par requeste ciuile, deuant*

 les

les Chambres ordonnées par le present Edict, sans que le temps, porté par les ordonnances, ait couru à leur preiudice. Et iusques à ce que lesdites Chambres, & Chancelcries d'icelles, soient establies, les appellations verbales, ou par escrit, interiectées par ceux de ladite Religion, deuant les Iuges, Greffiers, ou Commis, executeurs des arrests, & iugemens, auront pareil effect, que si elles estoient releuées par lettres Royaux. (Sententiæ latæ in nostris Curiis Parlamentorum, de materiis, quarum cognitio competit Cameris, constitutis per Edictum A. MDLXXVII. ac articulos Neracenses, & Fleccenses, in quibus partes contra voluntatem suam, litem prosequi coactæ sunt, hoc est, allegarunt, & proposuerunt exceptiones declinatorias; aut, quæ sententiæ latæ fuerunt ob desertum vadimonium, vel repulsæ causa, tam in materia ciuili, quam criminali, quibus exceptionibus non obstantibus partes coactæ fuerunt progredi in lite, itidem nullius sint effectus & valoris. Quantum autem attinet arresta, lata contra prædictæ religionis socios, qui voluntarie lites prosecuti sunt, ac nullas opposuerunt exceptiones declinatorias, arresta illa firma permaneant, nihilo minus tamen, sine præiudicio executionis illorum, poterunt, vbi voluerint, sibi consulere per supplicem libellum, pro impetranda iudicatæ litis noua disceptatione, coram Cameris stabilitis per hoc præsens Edictum, non currente, in illorum præiudicium, tempore à Constitutionibus præscripto. Ac, quousque Cameræ & Cancellariæ illæ constitutæ fuerint, appellationes verbales, aut in scriptis interpositæ à dictæ religionis cultoribus, apud Iudices, tabularios, aut quibus commissa fuit executio sententiæ, eundem obtineant effectum, ac si literis Regiis essent munitæ.)

61. *En toutes enquestes, qui se feront, pour quelque cause que ce soit, és matieres ciuiles, si l'Enquesteur, ou Commissaire est Catholique, seront les parties tenuës de conuenir d'vn Adioint: & où ils n'en conuiendroient, en sera prins d'office, par ledit Enquesteur, ou Commissaire, vn qui sera de ladite Religion pretenduë Reformée: Et sera le mesme pratiqué, quand le Commissaire, ou Enquesteur sera de ladite Religion, pour l'Adioint qui sera Catholique.* (Omnes inquisitiones quæ fieri debent, quamlibet ob causam, in materiis ciuilibus, si Inquisitor, aut Commissarius sit Catholicus, obligata sit vtraque pars eligere adiunctum; aut, si inter se non conueniant, adiunctus ex officio eligatur à dicto Inquisitore, aut Commissario, qui sit religioni prætensæ-reformatæ addictus. Idem obseruari debebit, quando Commissarius, aut Inquisitor erit dictæ religionis, vt adiunctus sit Catholicus.)

62. *Voulons, & ordonnons, que nos Iuges puissent cognoistre de la validité des testamens, ausquels ceux de ladite Religion auront interest, s'ils le requierent, & les appellations desdits iugemens pourront estre releuées esdites Chambres, ordonnées pour les procés de ceux de ladite Religion, non obstant toutes coustumes à ce contraires, mesmes celle de Bretaigne* (Nostri iudices iudicabunt de vali-

validitate testamentorum, vbi prædictæ religionis cultorum interesse vertitur, & illi hoc fieri petant; atque de appellationibus à dictorum Iudicum sententiis iudicare poterunt dictæ Cameræ, constitutæ propter lites prætensæ-reformatæ religioni addictorum, non obstantibus consuetudinibus contrariis, vti nec Britanniæ.)

63. *Pour obuier à tous differens, qui pourroient suruenir entre nos Cours de Parlement, & les Chambres d'icelles Cours, ordonnées par nostre present Edict, sera par nous faict vn bon, & ample reiglement, entre lesdites Cours & Chambres, & tel que ceux de ladite Religion pretenduë-reformée iouïront entierement dudit Edict: lequel reiglement sera verifié en nos Cours de Parlement, & gardé, & obserué, sans auoir esgard aux precedens.* (Ad euitanda dissidia, quæ nasci possent inter Curias Parlamentorum nostrorum, & Cameras in illis præsente hoc edicto constitutas, præscribemus vtrisque amplam gerendi normam, talem, vt prædictæ religionis socii integre fruantur hoc edicto. Norma ista in Curiis Parlamentariis rata habeatur, & obseruetur citra respectum præcedentium constitutionum.)

64. *Inhibons, & defendons à toutes nos Cours souueraines, & autres de ce Royaume, de cognoistre & iuger les procés ciuils & criminels, de ceux de ladite Religion, dont par nostre Edict est attribuée la cognoissance ausdites Chambres, pourueu que le renuoy en soit demandé, comme il est dict au XL. article cy-dessus.* (Prohibemus omnibus nostris Curiis, supremis, cæterisque huius Regni, quo minus cognoscant, & iudicent de causis ciuilibus, aut criminalibus, asseclarum prædictæ religionis, quarum cognitio edicto nostro data fuit dictis Cameris, modo remissio petatur, vt dictum supra articulo XL.)

65. *Voulons aussi, par maniere de prouision, & iusques à ce qu'en ayons autrement ordonné, qu'en tous procés, meus, ou à mouuoir, où ceux de ladite Religion seront en qualité de demandeurs, ou deffendeurs, parties principales, ou garends, és matieres ciuiles, esquelles nos Officiers és Sieges Presidiaux ont pouuoir de iuger en dernier ressort, leur soit permis de requerir, que deux de la Chambre, où les procés se deuront iuger, s'abstiennent du iugement d'iceux, lesquels, sans expression de cause seront tenus s'en abstenir, non obstant l'ordonnance, par laquelle les Iuges ne se peuuent tenir pour recusés sans cause; leur demeurant outre ce les recusations de droict contre les autres, & és matieres criminelles, esquelles aussi lesdits Presidiaux, & autres Iuges Royaux subalternes iugent en dernier ressort, pourront les preuenus, estans de ladite Religion, requerir, que trois desdits Iuges s'abstiennent du iugement de leurs procés, sans expression de cause. Et les Preuosts des Mareschaux de France, Vibaillifs, Visenefchaux, Lieutenans de robbe courte, & autres Officiers de semblable qualité, iugeront suiuant les Ordonnances, & Reiglemens cy-deuant donnés, pour le regard des vagabonds: & quant aux domiciliés, chargés & preuenus de cas Preuostaux, s'ils sont de ladite Religion, pour-*

ront requerir, que trois desdits Iuges, qui en peuuent cognoistre, s'abstiennent du iugement de leurs proces, & seront tenus, s'en abstenir, sans aucune expression de cause, sauf, si en la compagnie, où lesdits procés se iugeront, se trouuoient iusques au nombre de deux, en matiere ciuile; & trois, en matiere criminelle de ladite Religion; auquel cas ne sera permis de recuser sans expression de cause: Ce qui sera commun & reciproque aux Catholiques, en la forme que dessus, pour le regard desdites recusations des Iuges, où ceux de ladite Religion pretenduë Reformée seront en plus-grand nombre. N'entendons toutesfois, que lesdits Sieges Presidiaux, Preuosts des Mareschaux, Vibaillifs, Visenefchaux, & autres, qui iugent en dernier ressort, prennent en vertu de ce que dit est, cognoissance des troubles passés. Et quant aux crimes, & excés, aduenus pour autre occasion, que du faict des troubles, depuis le commencement du mois de Mars, de l'année MDLXXXV. iusques à la fin de l'année MDXCVII. en cas qu'ils en prennent cognoissance, voulons qu'il y puisse auoir appel de leurs iugemens pardeuant les Chambres ordonnées par le present Edict: comme il se prattiquera en semblable pour les Catholiques complices, & où ceux de la Religion pretenduë Reformée seront parties. (Placet nobis quasi per modum prouisionis, & donec aliud constituamus, vt in omnibus processibus motis, & mouendis, in quibus prædictæ religionis homines actores aut rei sunt, principales aut auctores, in causis ciuilibus, de quibus ministri nostri in Iudiciis nostris Præsidialibus ius habent ferendi sententiam, remota appellatione, illis actoribus, aut reis, liceat petere, vt duo illius Cameræ, in qua lis decidenda, Collegæ se abstineant à iudicio, hique sine expressione causæ se abstinebunt, non obstante constitutione quæ vult, iudices sine causa non posse haberi pro recusatis. Supererit præterea iisdem litigatoribus potestas recusandi reliquos, ex causis à iure approbatis. In causis Criminalibus, in quibus etiam dicti Præsidiales, & alii Iudices Regii subalterni iudicant, sublato prouocationis auxilio, rei, si dictæ religioni adhæreant, sine expressione causæ petere poterunt, vt tres illorum iudicum non admittantur ad iudicandum. Tribuni capitales Castrensium præfectorum Franciæ, Viceballiui, Vicesenescalli, Locum-tenentes breuioris togæ, ac alii officiarii eiusdem qualitatis, iudicabunt secundum Constitutiones antehac factas, vagabundos quod attinet. Quod autem concernit domicilium habentes, reos, censuræ Tribuni capitalis addictos, qui sunt prætensæ-reformatæ religionis, illi poterunt petere, vt tres ex iudicibus, qui alias de delicto possent cognoscere, de illo non iudicent; atque iudices isti tenebuntur se abstinere à Iudicio, etiamsi causa nulla fuerit expressa. Excipitur tamen casus, quando in illo collegio, vbi de negotio cognoscitur, reperiuntur duo, in materia ciuili, & tres in criminali, dictæ religionis affeclæ. Hoc vero commune etiam sit Catholicis dicto modo, quoad recusationes Iudicum, vbi prætensæ-reformatæ religioni addicti maioris sunt numeri. Nolumus tamen se-

men Sedes præsidiales, Tribunos Capitales Castrensium Præfectorum, Viceballiuos, Vicesenefchallos, aliosque, à quorum sententiis non datur appellatio, virtute prædictorum cognoscere de motibus præteritis. Quantum ad delicta, & crimina, aliunde originem, quam à motibus, habentia, post principium mensis Martii anni MDXXCV. vsque ad finem anni MDXCVII, si de illis cognoscant, volumus, vt liceat ab eorum sententiis prouocare ad Cameras, præsenti edicto nostro institutas. Idem etiam obseruetur respectu Catholicorum complicum, ac vbi illi, qui prætensæ-reformatæ religioni addicti, sunt partes.)

66. *Voulons aussi, & ordonnons, que d'ores enauant en toutes instructions, autres qu'informations de procés criminels, és Seneschaussées de Thoulouse, Carcassonne, Rouergue, Loragais, Beziers, Montpellier, & Nismes, le Magistrat, ou Commissaire deputé pour ladite instruction, s'il est Catholique, sera tenu prendre vn Adioint, qui soit de ladite Religion pretenduë Reformée, dont les parties conuiendront: & où ils n'en pourroient conuenir, en sera prins d'office vn de ladite Religion, par le susdict Magistrat ou Commissaire: comme en semblable, si ledit Magistrat, ou Commissaire, est de ladite Religion, il sera tenu en la mesme forme dessusdite prendre vn Adioint Catholique.* (Decernimus præterea, vt in posterum ad omnes instructiones alias, quam informationes processuum criminalium, in Seneschallatibus, Tholosano, Carcassonensi, Rapistagnensi, Loragensi, Biterrensi, Montispessulano, ac Nemausensi, Magistratus, aut Commissarius, deputatus ad dictam instructionem, si sit Catholicus, teneatur adiunctum assumere, qui sit religionis prætensæ-reformatæ, in quem partes consenserint: vbi vero non poterunt conuenire, ex officio eligatur à dicto Magistratu, aut Commissario, vnus ex dictæ religionis assectis; similiter, quando Magistratus, aut Commissarius est dictæ religionis cultor, tenebitur eodem modo, quo dictum, assumere adiunctum Catholicæ religionis.)

67. *Quand il sera question de faire procés criminel par les Preuosts des Mareschaux, ou leurs Lieutenans, à quelqu'vn de ladite Religion, domicilié, qui sera chargé & accusé d'vn crime preuostal, lesdits Preuosts, ou leurs Lieutenans, s'ils sont Catholiques, seront tenus d'appeller à l'instruction dudit procés vn adioint de ladite Religion: lequel adioinct assistera aussi au iugement de la competence, & au iugement definitif du procés. Laquelle competence ne pourra estre iugée qu'au plus-prochain Siege Presidial, en assemblée auec les principaux Officiers dudit Siege, qui seront trouués sur les lieux, à peine de nullité; si non que les preuenus requissent, que la competence fust iugée esdites Chambres, ordonnées par le present Edict: auquel cas, pour le regard des domiciliés és Prouinces de Guyenne, Languedoc, Prouence, & Dauphiné, les substituts de nos Procureurs Generaux esdites Chambres, feront à la requeste d'iceux domiciliés, apporter en icelles les charges, & informations, faictes contre iceux, pour cognoistre, & iuger, si les causes sont*

Preuostables ou non; pour aprés, selon la qualité des crimes, estre par icelles Chambres renuoyés à l'ordinaire, ou iugés preuostablement, ainsi qu'ils verront estre à faire par raison, en obseruant le contenu en nostre present Edict. Et seront tenus les Iuges Presidiaux, Preuosts des Mareschaux, Vibaillifs, Viseneschaux, & autres, qui iugent en dernier ressort, de respectiuement obeïr, & satisfaire aux commandemens, qui leur seront faits par lesdites Chambres, tout ainsi qu'ils ont accoustumé de faire ausdits Parlemens: à peine de priuation de leurs Estats. (Quando processus criminalis institui debet à Tribunis capiralibus castrensium Præfectorum, aut illorum Locum-tenentibus, contra aliquem prætensæ-reformatæ religionis, habentem domicilium, accusatum de crimine, cuius animaduersio ad Tribunum illum pertinet, Tribuni isti, aut eorum loca tenentes, si sint Catholici, tenebuntur vocare ad instructionem processus adiunctum, qui sit prætensæ-reformatæ religionis. Hic adiunctus etiam assistat iudicio, in quo de competentia agitur, vt & processui definitiuo. De competentia haud alibi iudicabitur, quam in proximiori iudicio Præsidiali, in conuentu primariorum officiariorum illius Sedis, qui ibi reperientur, sub pœna nullitatis, nisi rei petant, vt de competentia iudicetur à Cameris, per hoc edictum constitutis. Hoc casu, quoad domicilium habentes in prouinciis, Aquitaniæ, Languedoci, Prouinciæ, ac Delphinatus, substituti nostrorum Procuratorum generalium, in dictis Cameris, ad instantiam illorum qui in illis prouinciis domicilium habent, curabunt ad se perferri delationes ac informationes factas contra reum, vt possint cognoscere ac iudicare, an casus ad iurisdictionem Tribunorum capitalium pertineant, vt postmodum, secundum qualitatem criminum, ab iisdem Cameris possint remitti ad ordinarium Iudicem, aut iudicari pro more Tribunorum capitalium, prout deprehendent esse iuris ac rationis, ac conuenire præsenti edicto nostro. Iudices præsidiales, Tribuni capitales castrensium Præfectorum, Viceballiui, Viceseneschalli, & alii, qui ita iudicant, vt ab illis non detur prouocatio, tenebuntur respectiue obedire, atque satisfacere mandatis dictarum Camerarum, æque ac solent obedire dictis Parlamentis, sub pœna priuationis officiorum.)

68. *Les criées, affiches, & subhastations des heritages, dont l'on poursuit le decret, seront faictes és lieux, & heures accoustumées, si faire se peut, suiuant nos ordonnances, ou bien és marchés publics, si au lieu, où sont assis lesdits heritages, y a marché: & où il n'y en auroit point, seront faictes au plus-prochain marché du ressort du Siege, où l'adiudication se doit faire: Et seront les affiches mises au posteau dudit marché, & à l'entrée de l'auditoire dudict lieu, & par ce moyen seront bonnes & valables lesdites criées, & passé outre à l'interposition du decret, sans s'arrester aux nullités, qui pourroient estre alleguées pour ce regard.* (Editiones, programmata, ac subhastationes bonorum, quorum causa decretum peti solet,

solet, fieri debent locis, horisque consuetis, si fieri potest, vt volunt constitutiones nostræ; aut in foro publico, quando eo in loco, vbi bona sita sunt, forum reperitur. In quibus autem non reperitur, fiant in proximiori foro districtus istius iudicii, in quo adiudicatio fieri debet. Programmata affigantur tigno fori, ac ad introitum auditorii iudicialis, dicti loci. His ita obseruatis, illæ editiones sint validæ, & procedatur vlterius ad interpositionem decreti, non attentis, quæ in contrarium allegari possent, nullitatibus.)

69. *Tous tiltres, papiers, enseignemens, & documens, qui ont esté pris, seront rendus & restitués de part & d'autre, à ceux ausquels ils appartiennent, encores que lesdits papiers, ou les chasteaux, & maisons, esquels ils estoient gardés, ayent esté pris, & saisis, soit par speciales commissions du feu Roy, dernier decedé, nostre tres-honoré Seigneur, & beaufrere, ou nostres, ou par les commandemens des Gouuerneurs, & Lieutenans Generaux de nos Prouinces, ou de l'authorite des Chefs de l'autre part, ou sous quelque pretexte que ce soit.* (Omnia instrumenta, ac documenta quæ ablata fuerunt, reddantur, & restituantur, ab vtraque parte, illis, ad quos pertinent, licet illa documenta, aut castella, & domus, in quibus custodiebantur, fuerint occupata ob speciales Commissiones Regis vltimo defuncti, vel nostras, vel ex mandatis Gubernatorum, & Locumtenentium generalium, in nostris prouinciis, vel autoritate, aut iussu Ducum alterius partis, aut quocunque sub prætextu id fuerit factum.)

70. *Les enfans de ceux, qui se sont retirés hors de nostre Royaume, depuis la mort du feu Roy Henry II. nostre tres-honoré Seigneur, & beaupere, pour cause de la religion, & troubles, encores que lesdits enfans soyent nais hors de cestuy nostre Royaume, seront tenus pour vrais François, & regnicoles, & tels les auons declaré, & declarons, sans qu'il leur soit besoing prendre lettres de naturalité, ou autres prouisions, de nous, que le present Edict: non obstant toutes ordonnances à ce contraires, ausquelles nous auons derogé, & derogeons, à la charge, que lesdits enfans, naïs en païs estrange, seront tenus dans dix ans, apres la publication du present Edict, de venir demeurer dans ce Royaume.* (Liberi illorum, qui Regno excessere post mortem Henrici II. ob causam religionis, & motuum, quanquam nati extra nostrum Regnum, habeantur pro veris Francis, ac Regnicolis, ac tales esse declarauimus, & declaramus, vt non opus habeant à nobis petere, vel accipere, literas naturalitatis, aut alias prouisiones, præter hoc præsens edictum. Nec quicquam operentur constitutiones contrarium disponentes, quibus derogauimus, & derogamus, hac conditione addita, vt isti liberi, nati in prouinciis exteris, teneantur intra decennium, post publicationem præsentis edicti, redire, & domicilium constituere in hoc nostro Regno.)

71. *Ceux de ladite Religion pretenduë-Reformée, & autres, qui ont suiui leur*

leur parti, lesquels auroient prins à ferme auant les troubles aucuns Greffes, ou autres domaines, gabelles, impositions foraines, & autres droicts à nous appartenans, dont ils n'ont peu iouïr, à cause d'iceux troubles, demeureront deschargés, comme nous les deschargeons, de ce qu'ils n'auront receu desdites fermes, ou qu'ils auront sans fraude payé ailleurs, qu'és receptes de nos finances, non obstant toutes obligations sur ce par eux passées. (Prætensæ - reformatæ religionis cultores, cæterique, illorum partes secuti, qui ante motus conduxerunt aliquod tabularium forense, vectigal, aut aliud, ad domanium pertinens, gabellas, euectiones, portorium, vel alia iura ad nos pertinentia, quibus vti nequiuerunt, propter illos motus, erunt exonerati, prout eos exoneramus, ab illis, quæ ex dictis locationibus non perceperunt, aut quæ sine fraude soluerunt alibi, quam in quæstura nostrorum compendiorum, non obstantibus obligationibus ab illis factis.)

72. *Toutes places, villes, & prouinces, de nostre Royaume, païs, terres & seigneuries de nostre obeïssance, vseront, & iouïront des mesmes priuileges, immunités, libertés, franchises, foires, marchés, iurisdictions, & Sieges de Iustice, qu'elles faisoient auparauant les troubles, commencés au mois de Mars, l'an MDLXXXV. & autres precedens: non obstant toutes lettres à ce contraires, & les translations d'aucuns desdits Sieges, pourueu qu'elles ayent esté faites seulement à l'occasion des troubles, lesquels Sieges seront remis & restablis és villes, où ils estoient auparauant.* (Omnia loca, ciuitates, & prouinciæ regni nostri, nec non dominia, ac territoria, quæ nobis obediunt, vtantur fruantur iisdem priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, nundinis, mercatibus, iurisdictionibus, atque sedibus iustitiæ, quibus vtebantur, & fruebantur, antequam cœperunt motus, mense Martio, anno MDXXCV. & alii præcedentes, nil quicquam in contrarium operantibus mandatis quibuscunque, ac translationibus sedium nonnullarum, modo solum factæ fuerint propter motus, quæ sedes restabiliantur in locis, & ciuitatibus, vbi antea fuerunt.)

73. *S'il y a quelques prisonniers, qui soient encores detenus par authorité de Iustice, ou autrement, mesmes és Galeres, à l'occasion des troubles, ou de ladite Religion, seront eslargis, & mis en pleine liberté.* (Si adhuc nonnulli autoritate Iudiciali, aut aliter, captiui detinentur, imo etiam in triremibus, occasione motuum, aut dictæ religionis, dimittantur, ac restituantur in plenariam libertatem.)

74. *Ceux de ladite Religion pretenduë-Reformée, ne pourront cy-aprés estre surchargés, & foulés d'aucunes charges ordinaires, ou extraordinaires, plus que les Catholiques, & selon la proportion de leurs biens, & facultés, & pourront les parties, qui pretendront estre surchargées, se pourvoir par deuant les Iuges, ausquels la cognoissance en appartient: Et seront tous nos subiects, tant de la religion Catholique, que pretenduë-Reformée, indifferemment*

ment deschargés de toutes charges, qui ont esté imposées de part, & d'autre, durant les troubles, sur ceux qui estoient de contraire party, & non consentans: ensemble des debtes creées, & non payées, & frais faits sans le consentement d'iceux: Sans toutesfois pouuoir repeter les frais, qui auront esté employés au payement desdites charges. (Prætensæ-reformatæ religionis Cultores imposterum non poterunt magis onerari ordinariis, vel extraordinariis impositionibus, quam Catholici, ac præter proportionem bonorum, quæ possident. Qui vero se grauatos dixerint, poterunt implorare auxilium Iudicum, ad quorum cognitionem res illa pertinet. Omnes autem subditi nostri, tam qui sunt religioni Catholicæ, quam qui prætensæ-reformatæ, addicti, indifferenter liberentur ab omnibus oneribus, quæ illis, durantibus motibus, citra illorum consensum imposita fuerunt, ab vna vel altera parte contraria, etiam à debitis contractis, & non solutis, ac impensis factis sine illorum consensu. Non tamen illis repetere liceat, quod soluerunt illorum onerum causa.)

75. *N'entendons aussi, que ceux de ladite Religion, & autres, qui ont suiuy leur party, ny les Catholiques, qui estoient demeurés és villes & lieux par eux occupés, & detenus, & qui leur ont contribué, soient poursuiuis, pour le payement des tailles, aides, octroys, creuës, taillon, vtensiles, reparations, & autres impositions, & subsides escheus, & imposés durant les troubles, aduenus deuant, & iusques à nostre aduenement à la Couronne, soit par les Edicts, & mandemens des feux Roys, nos predecesseurs, ou par l'aduis, ou deliberation des Gouuerneurs, & Estats des prouinces, Cours de Parlement, & autres, dont nous les auons deschargés, & deschargeons, en defendant aux Thresoriers de France, Generaux de nos finances, Receueurs Generaux, & particuliers, leurs Commis, entremetteurs, & autres intendans, & Commissaires, de nosdites finances, les en rechercher, molester, ny inquieter, directement, ou indirectement, en quelque sorte que ce soit.* (Prohibemus quoque, ne dictæ religionis Cultores, & qui eorum partes secuti sunt, neque Catholici, qui substiterunt in ciuitatibus, & locis, ab illis occupatis, & detentis, ac qui illis contribuerunt, vrgeantur ad soluendum indictiones, subsidia, oblationes, superindicta, & quæ fuerunt imposita tempore motuum, ante & vsque eo, quando peruenimus ad Coronam, siue impositio facta fuerit edictis, & mandatis Regum, nostrorum prædecessorum, aut ad placitum Gubernatorum, Statuum prouincialium, Curiarum, aut aliorum; à quibus impositionibus omnibus nos illos absoluimus, & absolutos volumus, prohibentes, ne Thesaurarii Franciæ, quæstores generales, tributariæ pecuniæ exactores generales, ac particulares, illorum Vicarii, administri, aliique ærarii tribuni, illis vllam propterea inferant molestiam.)

76. *Demeureront tous Chefs, Seigneurs, Cheualiers, Gentilshommes, Officiers, Corps des villes, & communautés, & tous les autres, qui les ont aidés, & secourus, leurs vefues, hoirs & successeurs, quittés, & deschargés de tous deniers,*

vi Edictorum, quæ nunquam vobis placuissent, nisi ipse præsens fuissem in Parlamento. Necessitate ductus edictum confeci, eadem ductus antea egi militem; varii de hoc sermones habiti, at ego illos surdis prætermisi auribus: nunc Rex sum, & loquor vt Rex, volo vt mihi præstetur obedientia. Nemo vestrum est, qui non sentiat bonitatem meam, quando ea opus habet: & tamen erga me qui adeo bonus sum, vos estis tam maligni. Quod si alia Parlamenta, resistendo voluntati meæ, causam dederunt reformatæ religionis cultoribus, vt noua peterent, nolo vos vestra repulsa causam dare nouitatibus aliis. Anno MDXCIV. & MDXCV. quando vobis transmisi declarationem super edicto, concernente promotionem ad officia, recepi me nulli ex reformatæ religionis cultoribus collaturum officium in Curia Parlamenti; sed mutata postea fuerunt tempora, & cum illis rerum status; his seruire oportet, ero tamen prouidus in electione, vt exploratum habeam, illos, quos istis officiis præficiam, satisfacturos esse expectationi nostræ. Nolite tam frequentem mentionem Catholicæ religionis facere; si vni ex magnis illis declamatoribus Catholicis & Ecclesiasticis, beneficium, ex cuius reditibus possit percipere duo millia Scutatorum annua, alteri assignem quater mille libellas, pro reditu annuo, certe omnis ille cessabit clamor. Idem fero iudicium de cæteris quoque, qui se edicto voluerunt opponere. Sunt qui oderunt peccatum formidine pœnæ; boni autem illud oderunt amore virtutis. Dei causa! hoc agite, vt cognoscam illos inter vos, qui oderunt peccatum, illud prosequi odio amore virtutis; aut certe ego eos castigabo, qui illud oderunt formidine pœnæ; & deinde mihi agent gratias, vt filius patri. Concionatores verbis potius instruunt populum in seditione, quam vt eam destruant: Nemo illis obloquitur, silentio transmittuntur omnia, quæ mihi obiiciuntur, nemo refellit. Impediam tamen ego, ne hæc tonitrua in tempestatem desinant, effectum dabo, vt prognostica in fumum abeant. Nolo remediis, quæ illis placent, vti; sunt enim intempestiua, & morbum exasperantia. Perpendite, edictum, cuius causa ad vos verba facio, esse præmortui Regis, simulque meum, quoniam hodie à me confirmatur. Mihi haud placet aliud sentire, aliud literis exprimere; quod si ab aliis factum, nolo me ad ipsorum exempla componere. Fraus vbique odium meretur, at magis si Principes in eam incumbant, quorum verba debent esse immutabilia. Vltimo loco vos admonebo, vt exemplum obedientiæ à Duce Maynio petatis. Cum incitaretur, vt voluntati meæ se opponeret, respondit, se nimis mihi obligatum, æque vt omnes subditos meos, inter quos se semper ex illorum numero futurum, qui parati vitam morti exponere in testimonium obsequii: me enim Franciam à ruina vindicasse, frustra frementibus illis qui in eam coniurauerant. Si hæc fuit oratio eius, qui caput & dux Ligæ fuit, quæso vestrane alia, quos restitui in pristinas sedes, vnde Liga vos eiecerat?

Conce-

Concedite precibus meis, quod nolletis dare minis: nullas à me audietis; facite quod iubeo, aut potius, quod peto: non mihi tantum, sed etiam vobis, & paci communi id erit proficuum.)

t) *Ces paroles furent bien entenduës du Parlement, & les difficultés, que l'on trouua à la verification de l'Edict, iugées tolerables par la raison de la volonté du Roy, & de la necessité des affaires. On ne fit rien toutesfois precipitamment, ny à la volée: Car l'Edict demeura encores plus de quarante iours sur le tapis, auant que la resolution de le verifier eust reduit toutes les voix en vne, pour le publier vne matinee du iour de Caresme prenant*: P. Matth. *d. l. p.* 214. (Bene à Parlamento accepta fuit hæc oratio, atque difficultates, quæ videbantur impedire approbationem Edicti, postpositæ Regis voluntati, ac necessitati temporis. Nihil tamen præcipitanter, aut inconsiderate, actum; edictum enim adhuc vltra quadraginta dies in suspenso mansit, vsque dum communi calculo placuit illud approbare, & publicare, quod factum mane die instantis quadragesimæ sacræ.)

u) Ludouicus XIII. confirmauit hoc Edictum anno MDCXIV. hisce verbis, quæ leguntur apud Corbin, *audict Code de Louys XIII. tom. 1. liu. 1, tit. 2. pag. 5. Disons, declarons, ordonnons, voulons, & nous plaist, conformement à ce que nous auons desia cy-deuant ordonné, que l'Edict du feu Roy, nostre tres-honoré Seigneur & pere, donné à Nantes, au mois d'Auril MDXCVIII. en faueur de ceux de la Religion pretenduë Reformee, en tous ses poincts & articles, ensemble les autres articles à eux accordes, & les reglemens faits, arrests donnés sur l'interpretation, ou execution dudit Edict, & en consequence d'iceluy, soient entretenus, & inuiolablement gardés & obserués, ainsi qu'il a esté ordonné, & executé par nostredit feu Seigneur, & Pere, & les contreuenans punis auec seuerité, comme perturbateurs du repos public.* Huc etiam referri debent *les Edicts de paix des années MDCXXII. MDCXXVI. & le dernier donné en Iuillet MDCXXIX. qui fut vne grace accordee par le Roy Louys XIII. à ses subiects soulevés & distraits de son obeissance, qui sont confirmatifs de celuy de Nantes de l'an MDXCVIII. qui est la loy, & la regle de tous differends, sur l'exercice mesme de la religion Catholique és villes, où ceux de la pretenduë-reformée peuuent auoir entrepris sur les Ecclesiastiques; quoy qu'és dernieres guerres ia mentionnées, toutes les villes tenuës cy-deuant par eux ayans esté reduites à l'obeïssance du Roy, mesmement aprés la prise de la Rochelle, en l'an MDCXXVIII. ils ne soyent plus en estat de ce faire, la religion Catholique, & les Euesques ayans esté restablis és endroits, où ils ne iouissoient pas auparauant de leurs reuenus*: Ranchin *d. pag.* 121.

x) In numero Ecclesiarum Reformatarum Franciæ, autores non conueniunt. Autor *du Cabinet de Roy liu. 2. pag.* 277. dicit, post Colloquium Possiacum, (*de Poissy*) *il s'establit en France plus de deux mil, cent cinquante Eglises. La liste du nombre en a esté ainsi representée, signée, & attestée, & les*

Eglises, vne par vne, particularisées. Credo hunc numerum postea per contractionem ita imminutum, vt aliquot Ecclesiæ inter se concorporatæ fuerint: Certe tantam copiam alibi non legi. Gœlnitz *in Vlysse Belgicogallico, pag.* 212. (de tempore Ludouici XIII. exaudiendus) in tota Francia tantum DCCC. Ecclesias reformatas numerat. Pauciores exprimuntur apud le Mercure François, *tom.* 7. *pag.* 329. *& seqq.* vt mox videbimus. Interim præstat audire Ranchin *d. tom. p.* 122. *Il y a,* inquit, *certaines Prouinces en France, esquelles il y a plus grand nombre de ceux de la Religion pretēduë-reformée qu'és autres, comme en Languedoc, Dauphiné, la Guyenne, le païs de Bearn, le Poictou & païs d'Aulnis, & la Normandie, & par consequent plusieurs villes, où le nombre des Catholiques est moindre, comme à Montauban, és villes & lieux des Ceuenes & Viuarés en Languedoc, és villes & lieux du Bearn, en plusieurs de la Guyenne, du haut & bas Languedoc, comme Castres, Nismes, Vsés, Sommieres, Millaud en Rouergue, la Rochelle, S. Iean d'Angely, Loudun, Toüars, & autres. Le reste des villes de France surpasse en nombre de Catholiques, où il y peut estre à peu prés esgal, comme à Montpellier en Languedoc, & à Mets; dans l'enclos desquelles l'exercice est permis, ainsi qu'à Grenoble, Montelimar, & autres lieux du Dauphiné, & dans les autres villes que nous auons ia nommées, ausquelles on peut adiouster celles de Sancerre, Saumur, & Chastelleraut en Poictou, Romans en Dauphiné, & Aiguesmortes en Languedoc; & pour le surplus du Royaume és Prouinces de Picardie, Champagne, Bretagne, Bourgogne, Auuergne, Rouergue, Limosin, Berry, Bourbonnois, Angoumois, & dans la Prouence, il y a fort petit nombre de ceux de la Religion pretenduë-reformée; & les habitans qui en font profession dans Calais, les villes de Paris, Gergeau, Orleans, Blois, Tours, Bourges, Rouën, Caen, Dieppe, Poictiers, Agen, Angers, Lyon, Besiers, & autres villes de France, qui sont de quelque consideration, en ont l'exercice, ou dans les fauxbourgs, ou en certains lieux voisins.*

y) Reformatis in Francia data fuerunt certa quædam loca, vbi præsidiarios tenerent milites, Regis stipendio, quæ dicta fuerunt, *Villes, ou lieux de seureté,* quoniam securitatis causa concessæ, ne scilicet reformati omnium insultibus, vt olim, expositi viuerent. Quotnam earum anno MDCXXI. fuerint, patet ex distributione in Circulos septem, quam Reformati ipsi tunc temporis fecerunt, vt le Mercure François *d. loc.* annotauit.

I. Cercle.

Villes de seureté. *Sancerre en Berry, est contestée ne deuoir estre ville de seureté, par les Comtes de Sancerre, & de Marans, pere & fils.*

Argenton en Berry.

Gergeau, ville & pont sur Loire, à cinq lieuës d'Orleans; & Chasteau Renard sur Loin.

En Aniou. *Saumur ville & pont sur Loire, Vezins & Loudun.*

Eglises

Eglises. *Cent cinquante six.*
Vniuersités ou Academies. *Vne à Saumur.*

II. Cercle.

Villes de seureté. En Bretagne. *Vitré & Chastillon en Vandelais.*
En Poictou. *Toüars, Niort, Fontenay, Chastelleraut, Maillezais, Beauuais sur mer, S. Maixent, Marans, Talmont, & Mesle.*
Auec l'Isle Bouchard en Touraine.
En ce deuxiesme Cercle il y a aussy nombre de villes & chasteaux, appartenans à des Grands Seigneurs de la Religion, comme Belin, la Ganache, Moleon & autres: mais n'estans villes de seureté, ausquelles le Roy paye la garnison, nous ne les mettrons icy.

Eglises. *Soixante neuf.*
Vniuersités. *Nulle.*

III. Cercle.

Villes de seureté. *S. Iean d'Angely, Pons, Taillebourg, Royan.*
Eglises. *Cinquante vne.*
Vniuersité. *Nulle.*

IV. Cercle.

Villes de seureté. En Perigord & Limosin. *Bergerac, Loyol, Limeuil, Turenne, Mucidan.*
En Agenois. *S. Foy, Tournon, Monsegur, Clerac, Lerac, Toneins, Puymerol, Moissac, le Mas de Verdun.*
En Guyenne & Bourdelois. *Monur, Parade, Castillon, Milan, Castets, Monflaquin.*
En Quercy. *S. Serre, Figeac, Castelnau, Cardaillat, Negrepelisse, Albias, Castelsagrat, Cadenac, Bourniquet. Castelnau de Mirande, Caussade.*
Il y a aussy en ce quatriesme Cercle plusieurs autres petites villes, où tous les habitans sont presque de la Religion.

Eglises. *Quatre vingts trois.*
Vniuersités. *Nulle.*
Quant à Montauban c'est vne ville frontiere du païs de Quercy, & n'est des villes de seureté, n'estant regie que par les Consuls sans Gouuerneur ny garnison. Il y a vne Vniuersité.

V. Cercle.

Villes de seureté & mariages. En Albigeois. *Castres, S. Antonin.*
En Albret. *Tartas, Nerac, Mont de marsan, Castel-ialoux,*
En Armagnac. *Leytoure, L'Isle en Iourdan, Mansieux, Mauuesin, Causse.*
Eglises. *Nonante six & plus.*

VI. Cercle.

Premierement, il y a deux villes aussi, qui ne sont gouuernées, que par les Consuls; Nismes & Vzés.

Villes de seureté. *Montpellier, Aiguemortes, Fort de Pescaire, Tour Charbonnieres, Lunel, Sommieres, Merueillaux, Bay sur Bay, & le Pousins en Viuarés, Marueges aux Seuenes, Caluinet en Auuergne. Et plusieurs autres villes & chasteaux.*

Eglises.	*Cent cinquante & deux, & plus.*
Vniuersités.	*Nismes.*

VII. Cercle.

En Bourgogne & en Prouence, *il n'y a aucune place de seureté.*

En Dauphiné *villes & places, où le Roy entretient garnison sous la garde du Duc d'Esdiguieres; Grenoble, Die, Montlimart, Ambrun, Gap, Les Esilles, Mersillon, Barrault, Nyons, Liuron, Briançon, Pierremore, Serres.*

Eglises. En Dauphiné & Prouence.	*Nonante quatre.*
En Bourgogne	*Onze.*

z) Comme les armes que nous tenons en main, nous prouoquent facilement à attaquer l'ennemy; de mesme les forteresses peuuent donner l'asseurance aux mal-contens, de se rebeller contre leurs Princes, lors qu'elles sont en leur pouuoir. De quoy ceux de la Religion pretenduë Reformée nous ont donné de nostre temps, d'asses funestes tesmoignages; qui n'ont iamais cessé de broüiller en France, tandis qu'ils ont eu des places fortes, & des villes d'ostages, en leur possession: Ita iudicat Bret *de la souuerain. du Roy, liu. 3. chap. 5. pag. 381.*

aa) Il n'est point permis à ceux de la Religion pretenduë-reformée, de s'assembler dans le Royaume de France, par deputes de toutes les Eglises de ladite Religion, qui sont dans les Prouinces, ainsi qu'ils ont fait autresfois, auec permission du Roy, & ce à cause des suittes de telles assemblées generales, qui prenoient des deliberations contre la volonté & le seruice du Roy, & au preiudice de l'obeïssance qui luy est deuë: mais bien obtiennent-ils des permissions de tenir leurs assemblées, soit Prouinciales, soit du General du Royaume, qu'ils appellent Synodes, pour y traitter de leur discipline, & prendre reglement pour les Ministres preschans en diuers lieux, auec l'assistance des Commissaires, qu'il plaist au Roy d'y commettre, faisans profession de la mesme Religion: Ranchin *dict. pag. 121. Ceux de la Religion pretenduë-Reformée ayant obtenu permission, par breuet du Roy, dés le commencement de l'an MDCXXXI. de faire vn assemblée Nationale de leurs Ministres en France, pour maintenir l'ordre & la creance que ils ont entre eux, Monsieur le Cardinal (de Richelieu) fut d'aduis, que sa Maiesté les obligeast de la faire à Charenton, à fin qu'estans à sa veuë, ils eussent moindre liberté*

liberté de renoueller les cabales, qu'ils auoient faites autresfois dās les assemblées, qui s'estoient tenus en Guyenne & Languedoc ; cet ordre fut suiui, & on leur donna aussi pour y presider de la part du Roy, à ce mesme dessein, le Sieur Galland, Conseiller en ses Conseils, dont la fidelité estoit exempte de tout soupçon, les obligeant de l'accepter par diuers tesmoignages authentiques, qui verifioient, que cet ordre estoit conforme à celuy des Conciles, qui furent assemblés pendant les premiers siecles de l'Eglise, qu'ils font profession d'honorer. Le Roy luy recommanda sur tout d'empescher, qu'il ne s'y fist aucune proposition, qui ne regardast leur creance, ou leur discipline, de leur imposer silence de sa part, s'ils entreprenoient de parler d'autre chose : Autor *de l'histoire du ministere du* Cardinal *de Richelieu, parte 2. pag. 318.*



NOTI-

NOTITIAE REGNI FRANCIAE

LIBRI QVARTI,

De altero Franciæ Statu, qui est Nobilium,

CAPVT I.

De modis, mediisque acquirendi nobilitatem in Francia.



Irtutem nobilitare (*a*), Ethicum est axioma: quod si de causa efficiente accipiatur, nobilitatis politicæ aliam rationem esse constat. Hæc enim, vt maxime virtutis præmium aliquando sit, à virtute tamen esse suum non habet, sed propter virtutem huic, vel illi, conferri potest. Potest, inquam; nam vt non omnis virtuosus politica nobilitate ornatur; sic multi, quibus vel nulla, vel exigua virtus est, politicam nobilitatem consequuntur, eaque gaudent, vel mera ex gratia (*b*) eius, cuius est nobilitare, vel iure sanguinis (*c*), citra nulla propriæ virtutis vestigia. Imo vero, aliquando vitii atque flagitii (*d*) præmium fuit, vt & aliquando res promercalis (*e*). Cæterum in Regno Franciæ nobilitas acquiritur duobus (*f*), vel tribus (*g*), vel, vt alii docent, quatuor (*h*) modis. De antiquissima Francorum nobilitate, eius temporis, quo Galliam occuparunt (*i*), non est nostri propositi verba facere, sed de ea, quæ postea cœpit. Huius causa præcipua Rex (*k*) fuit, (abusiue quidem aliquando etiam alii) & adhuc est, vt qui nobilitatem confert cui vult, (velle autem, ex ductu rationis, debet conferre di-

re digno (*l*)) verbis, literis, aut facto (*m*). Verbis quidem, quando suo ore nobilem creat. Cui modo perquam affinis est ille, qui diplomate conficitur, eo, quo vel noua nobilitas confertur, vel iam semel concessa, postquam in suspenso, vel amissa fuit, redintegratur (*n*). Diplomatis, quo confertur nobilitas, non vna est formula (*o*), pretium tamen, quo redimitur, fere certum (*p*). Vt autem hæc collatio perfecte operetur, eiusmodi diplomata debent approbari, & in acta referri (*q*), tam in Camera Computorum Regiorum, quam in Camera subuentionum, indictionum, vel vectigalium; suadentque nonnulli, securitatis maioris gratia, Parlamento ad approbandum offerenda. In dicta Computorum Camera, ab eo, qui diploma hoc ad approbandum exhibet, certa pecuniæ summa exigitur, pro indemnitate Regis. Nam cum ita nobilitatus, vna cum prosapia sua, immunis fiat à collationibus, vel contributionibus, Rex vero, conferendo nobilitatem, censeatur eam contulisse citra imminutionem iuris sui, hostimentum illud, à Camera Computorum determinatum, dandum est omnino, nisi literæ nobilitatis aliud disponant. Itidem, cum onus collationis, eius, qui ab eadem excipitur, cæteris accrescat, atque hoc modo eorum conditio reddatur grauior, eadem Computorum Camera certam nummorum summam à nobilitato exigit, in vsus pios, & opera charitatis impendendam. Solet tamen & hæc quoque exactio aliquando remitti Regis iussu. Illi autem, qui accipiunt nobilitatis literas, statim fiunt Nobiles, & non ipsi modo, sed etiam ipsorum liberi (*r*) iam nati, legitimi (*s*); nascendis quoque idem priuilegium prospicit. Porro, facto confertur à Rege nobilitas, vel, vt alii loquuntur, tacite, vel per consequentiam, aut signum, duplici medio: Quorum vnum peragitur collatione officii nobilis; alterum, collatione feudi nobilis. Quod officia nobilia attinet, alia statim plenam nobilitatem tribuunt; alia minus plenam, vel perfectam. Plenam (*t*) adferunt, & equestrem dignitatem (*u*), officium Cancellarii Franciæ (*x*), Custodis Sigillorum Regiorum (*y*), Consiliariorum Status (*z*),

Secretariorum Status (*aa*), omnes maiores dignitates militares (*bb*), Iustitiæ (*cc*), ac domus Regiæ (*dd*). Plenam dicimus, quod non solum ipsi, qui his officiis funguntur, sed etiam eorum liberi, nobiles efficiantur. Minus plenam (*ee*) nobilitatem tribuere dicuntur officia alia, quæ personam solam, non progeniem nobilem faciunt, nisi ab auo, & patre eiusdem familiæ, continuatione quadam ad filium, & sic tertiam in gradu personam peruenerint. Huius conditionis sunt officia Consiliariorum supremarum Curiarum (*ff*), Thesaurariorum generalium Franciæ (*gg*), Secretariorum Regiorum domus & Coronæ (*hh*), Capitaneorum, & Locum-tenentium centuriæ militum (*ii*), & aliorum (*kk*). An feudum nobile eum, ad quem peruenit, nobilitet? controuersa est quæstio (*ll*). Nullus autem ego dubito, si hoc à Rege, gnaro cui illud conferat, conferatur, personam simul habilem reddi, vt illud tenere cum honore valeat (*mm*). Sic itaque siue literas consideremus, siue officium, siue feudum; voluntas, & potestas Regis in concedenda nobilitate primas vbique tenet (*nn*). Denique præscriptione etiam, quam alii ad tempus immemoriale (*oo*), alii ad qnadraginta annos (*pp*), restringunt, nobilitatem in Francia acquiri, certum esse videtur, sed non sine limitatione (*qq*).

Testes & Testimonia.

a) *Quoy que ceste espece de noblesse merite vne parfaicte loüange*: Nobilitas enim nihil aliud est, quam cognita virtus, *dit Ciceron en l' epistre, qu' il escrit à Hirtius: Neantmoins pource qu' elle est auiourd'huy plus en consideration parmy les Philosophes, que parmy les politiques, elle ne iouïst pour toute recompense de son merite, que du seul contentement, que la vertu donne à ceux, qui la possedent*: Bret *de la souueraineté du Roy liu. 2. chap. 7. pag.* 212. (Licet hæc species nobilitatis perfecta laude digna sit; Nobilitas enim est nihil aliud, quam cognita virtus, inquit Cicero, *in epistola quadam ad Hirtium*: attamen, cum hodie magis à Philosophis quam à Politicis æstimetur, pro omni hostimento habet solam iucunditatem, & tranquillitatem animi, quam virtus confert suis possessoribus.)

b) *Bien que quelques vns de nos Docteurs, escriuans sur l'* authent. vt Iudices sine quoquo suffragio fiant, §. itaque, *& sur le* can. gratia, 1. quæst. 1.

tien-

tiennent, que le Prince de son seul mouuement, & sans autre raison peut ennoblir qui bon luy semble, & que l'on doit en cela plus-tost considerer la puissance de celuy qui donne, que les merites de celuy qui recoit, se seruans de ce passage de l'Escriture saincte; honorabitur, quem voluerit Rex honorari; *& du dire de Pline, en son panegyrique*; Cæsar nobiles efficit & conseruat: *Neantmoins ie ne puis estre de cet aduis*, (inquit Bret *d. l. pag. 209.*) *au contraire, i'estime, que le Prince ne peut iamais abuser plus-indignement de sa puissance, qu'en donnant le titre de noblesse à celuy, qui ne l'a point merité par quelque genereuse action. Car, c'est en ce faisant, la deshonorer, & la rendre vile & mesprisable.* (Quanquam nonnulli ex nostris Doctoribus, qui commentati sunt *in Nouellam* 8. *vt Iudices sine quoquo suffragio fiant*, §. *itaque, ac in can. gratia*, 1. *q.* 1. tenent, Principem solo motu suo, citra aliam rationem, posse nobilitare quem velit, hacque in re potius considerandam esse potestatem eius qui nobilitat, quam meritum illius qui nobilitatur, adducentes locum Scripturæ sacræ, (Esth. 6. *v.* 9.) *Honorabitur quem Rex voluerit honorari*; & Plinium *in paneg. c.* 69. *Cæsaris est, vt nobiles & conseruet & efficiat*: ego tamen huic opinioni accedere haud possum, arbitrorque, Principem sua potestate nunquam indignius abuti posse, quam si nobilitatis titulum illi conferat, qui eum non fuit meritus actione quadam generosa; hoc enim casu nobilitas ignominia afficitur, & exponitur vilipendio.)

c) *La noblesse, qui vient de race, desnuée de la vertu, est vne marque estrangere, qui n'est fondée sur nostre merite. Nous l'empruntons de nos ancestre, qui n'ont veu, ne participé à nostre gloire, & neantmoins nous voulons auoir part en la leur. C'est vne grande mocquerie, de nous recommander par la chair & le sang des gens, qui ne voudroyent nous adiouër de leur race, s'ils nous voyoient à present desnués de tout autre merite que le leur. Que sert à vn poltron, que ses ayeulx ayent esté vaillans? à vn borgne, boiteux, ou bossu, que ses ancestres ayent esté clairuoyans, & de belle taille? Le Philosophe Chrysippus disoit, que c'estoit à faire à des gens lasches & à des malheureux, de louër la noblesse, & generosité de leurs peres, & à des gens de neant, qui se vont tapissans sous des vertus estrangeres:* Pierre de Lancre, *au tableau de l'inconstance liu.* 1. *disc.* 4. *fol.* 39. (Nobilitas quæ à genere descendit, nisi virtutem habeat pro comite, est character externus, quo vtimur sine merito. Mutuamur illum à nostris maioribus, qui nihil participarunt de gloria nostra, & nos tamen participare volumus de illorum gloria. Derediculum est, nos gloriari de carne & sanguine illorum, qui si viuerent, nollent nos agnoscere suo ex sanguine genitos, videntes nos nostro destitutos, suo duntaxat merito superbire. Quid prodest ignauo, quod maiores eius fuerint fortes? quid lusco, claudo, gibboso, quod habuerit maiores oculorum acie inclytos, & corporis habitu excellentes? Chrysippus Philosophus dicebat, esse ignauorum, ac infelicium, laudare nobilita-

tem, & generositatem maiorum suorum, nec non eorum qui nullius sunt meriti, ac aulæis alienarum virtutum se inuoluunt.)

d) Philippus II. Hispaniarum Rex, iura nobilitatis, cum viginti quinque millibus Coronatorum, Assasinis, qui Wilhelmum, Principem Auraicum viuum sisterent, vel mortuum traderent, promiserat: Meteran. *lib. 16. histor.* Iuuat adscribere ipsa proscriptionis seu banni verba, prout ex Gallico in Latinum conuersa exhibet *Apologia* dicti Principis Wilhelmi *p.155. Quod si quis inueniatur, siue ex nostris subditis, siue extraneis, tam generosus animo & desiderans nostri seruitii & boni publici, qui sciat vllum medium exequendi nostram dictam ordinationem, & sese liberandi ab ista dicta peste, eum nobis tradendo viuum aut mortuum, vel saltem ei vitam auferendo, nos ei faciemus dari & numerari pro se & suis heredibus in fundo terrarum & denariis promptu iuxta eius optionem, statim post negotium effectum, summam XXV. millium scutatorum aureorum: & si delictum aliquod aut facinus commisit (quantumuis graue) nos ei promittimus remittere; & ab hac hora ei remittimus: imo etiamsi non fuerit nobilis, eum nobilitamus pro suo valore: & si principalis factor assumat in auxilium ad suam machinationem, vel executionem sui facti, alios homines, ei benefaciemus & compensabimus, & dabimus singulis eorum iuxta eorum voluntatem & officium, quod nobis præstiterint in hoc negotio; eis remittentes etiam id quod possint commisisse, & eos nobilitantes similiter.*

e) *Il s'est veu, durant le regne de nos derniers Roys, que la noblesse ait esté venduë à prix d'argent; comme ce fut vn monstre engendré d'vne hideuse necessité, aussi fut-il supprimé par Edict exprés de l'an MDXCVIII.* Bret *d.l.pag. 210.* Hac eadem de re Bodinus, *de repub. lib. 3. c. 8. p. 556.* ita scribit: Cum Reges nostri, bellis vrgentibus, ac premente ærarii inopia, nobilitatis iura promercalia fecissent, ac plerique, turpitudine vitæ infames, pecuniarum vi nobilitarentur, Princeps lata lege declarauit, neminem eorum nobilem propterea iudicandum, quo minus ordine, ac muneribus ignobilium censeretur, ac fungeretur. Quid enim absurdius, aut pernitiosius, quam dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, nobilitatem opibus metiri? cum sæpius aut furtis ac rapinis, aut tyrannorum effusa in deterrimum quemque largitione, aut casu quodam (tametsi nihil casu fit) ac fortunæ temeritate, vnde fortunas dici putant, dantur, & eripiantur.

f) *Nos Roys conferent la noblesse par deux moyens, l'vn tacite, & l'autre exprés: Celuy-là se fait par les offices, & cestuy-cy par des lettres patentes:* Bret *d.l.pag. 206.* Charron, *en l'histoire vniuerselle, chap. 62. pag. 419.*

g) *Le Roy ennoblit par trois façons, sçauoir est, ou par lettres expresses d'ennoblissement; ou par collation des grands offices; ou par l'inuestiture des fiefs de dignité:* Loyseau, *des ordres chap. 6. n. 65.*

h) Alii, quarto loco, præscriptionem collocant.

i) *Dés*

i) Dés le premier establissement de la Monarchie Françoise, le peuple de icelle fut diuisé en Gentilshommes & roturiers, les vns destinés pour defendre, & maintenir l'Estat, soit par conseil, ou par force d'armes; les autres, pour le nourrir par le labourage, marchandise, exercice des mestiers: diuision, qui a continué iusques à present; & semble qu'elle se peut rapporter à celle que Iules Cesar au 6. de bello Gallico, *assigne aux Gaulois, qu'il diuise en Noblesse, & commun peuple; comprenant sous la Noblesse, & les Druides, (qui estoient les gens de Conseil seruans aux sacrifices, & aux affaires d'Estat) & les Cheualiers, qui auoient la force en main: Et dit, qu'au surplus on ne faisoit point d'estime du menu peuple, d'autant que la Noblesse l'auoit rendu quasi esclaue. Ou bien la Noblesse de France prist son origine de l'ancien meslange des deux peuples, qui s'accommoderent ensemblement en ce Royaume, à sçauoir, des Gaulois, & des Francs, qui les vainquirent & assubietirent à eux, sans toutesfois les vouloir chasser & exterminer, mais ils retindrent ceste prerogatiue sur eux, qu'ils voulurent auoir seuls les charges publiques, le maniement des armes, & la iouissance des fiefs, sans estre tenus contribuer aucuns deniers, soit aux Seigneurs particuliers des lieux, soit au souuerain, pour les necessités de l'Estat: au lieu de quoy ils demeurerent seulement tenus de se trouuer aux guerres:* Loyseau *des ordres, chap. 4. n. 28. & seqq.* (A prima statim constitutione Monarchiæ Francicæ, eius populus fuit diuisus in nobiles, & plebeios; quorum illi destinati, vt statum publicum defenderent ac conseruarent, & consilio & armis; reliquis commissum, vt illum sustentarent colendo agros, exercendo mercaturam, atque opificia. Hæc diuisio perdurauit vsque ad nostram ætatem; & videtur conuenire cum illa, quam Iulius Cæsar *lib. 6. de bello Gallico c. 13.* exprimit, quando Gallos diuidit in nobiles, & plebem; comprehendens sub nobilibus, tam Druides, qui consilio suo subueniebant reipublicæ, & præerant sacrificiis; quam Equites, qui arma tractabant. Addit præterea, plebem nullo fuisse in pretio, quoniam à nobilibus pæne seruorum loco habita. Aut certe Nobilitas Franciæ originem habuit à confusione antiqua duorum populorum, qui simul inhabitarunt hoc Regnum, nempe Gallorum & Francorum, qui etsi illos deuicissent, & sub iugum reduxissent, patria tamen excedere non coëgerunt, sed hanc sibi prærogatiuam præ illis tribuerunt, vt soli tenerent munera publica, soli exercerent arma, soli possiderent feuda, immunes ab omni contributione pecuniaria, pro necessitate Status conferenda, tam respectu Dominorum subalternorum singulorum locorum, quam supremi Domini, solum ad hoc obligati, vt comparerent vocati ad bellum.)

k) La cause de noblesse est l'approbation publique de la vertu (de l'ennobli) laquelle ne peut estre faicte que par celuy, auquel reside la disposition du public, (c'est à dire, la souueraineté) qui est le seul dispensateur ordonné de Dieu de l'honneur solide, & permanent, comme est la noblesse: aussi, ceste approbation ne

seroit pas publique, & n'auroit pas authorité enuers tous, si elle n'estoit faite par celuy, qui commande à tous : Loyseau, *du droict des offices, liu. 1. chap. 9. n. 11.* (Causa efficiens nobilitatis est approbatio publica virtutis, eius qui nobilitatur, quæ à nullo alio fieri potest, quam ab illo, in cuius potestate est disponere de republica, id est, qui supremus in illa est. Hic enim à Deo habet potestatem conferendi honorem solidum, & permanentem, qualis est nobilitas. Nec vero hæc approbatio esset publica, nec apud omnes valeret, nisi fieret ab illo, qui omnibus imperat.)

l) De faict nous voyons, que toutes les lettres d'ennoblissement, que nos Roys octroyent, sont fondees sur les merites, & les seruices de ceux, qu'ils ennoblissent, & dont la preuue s'en doit faire en la Chambre des Comptes, & en la Cour des Aides, lors qu'ils les y presentent, pour estre registrées : Bret *d. l. pag. 210.* (Sic videmus omnes literas, quibus Reges nostri nobilitatem conferunt, pro fundamento habere merita, & seruitia eorum, qui nobilitantur; quæ approbari debent in Camera Computorum, & in Curia subsidiorum, tunc, quando istas literas eo deferunt, vt annotentur, & referantur ad acta.)

m) Quid enim interest, Princeps verbis voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? *arg. l. de quibus 32. §. 1. ff. de LL.*

n) Vide supra *lib. 2. c. 7. lit. eee.*

o) Le formulaire des lettres d'ennoblissement, est rapporté tout au long par Bacquet tom. 2. des droits du domaine, part. 2. chap. 18. & mesmement Tierriat en rapporte trois : Loyseau *des ordres ch. 5. n. 54.*

p) Vne lettre de noblesse couste treize cens escus de prix fait: Plessis-Mornay, *en ses memoires pag. 333. in marginalibus.*

q) On paye pour les ennoblissemens finance au Roy, aux pauures, & aux habitans du lieu, pour estre conuertie en rente, au lieu de la taille, que l'ennobli payoit : Ragueau *des droits Royaux, pag. 39. Comme és amortissemens des heritages, aussi aux ennoblissemens des personnes, le Roy doit estre indemnisé par le payement de certaine finance, qui est taxée par sa Chambre des Comptes, (selon la quantité des biens, & des facultés, que celuy possede qui vient estre ennobli* : Bret *d. l. pag. 212.) en consideration de ce, que la liguée de l'ennobly est affranchie de subsides, n'estant sa Maiesté reputée auoir donne que ce, qui est de l'honneur, sans diminution de ses droits; si ce n'est que les lettres d'ennoblissement contiennent remise, & quittement exprés de ceste finance : Clause, qui n'y est gueres oubliée à present. Voire, encor que le Roy quitte la finance de son indemnité, on considere d'ailleurs la surcharge, qui reuient au peuple par le moyen de l'exemption de le ennobly, & de sa lignee à perpetuité : c'est pourquoy il en est deu aumosne; c'est à dire, vne petite somme de deniers, que taxent pareillement Messieurs des Comptes, en verifiant l'ennoblissement, pour estre conuertis en œuures charitables : Aumosne, qui n'est pas si communement remise par le Roy, (pource qu'elle concerne les pauures)*

pauures) que la finance de son indemnité, neantmoins il la remet quelque fois, & n'y a doute qu'il ne le puisse faire. Au surplus, ces lettres d'ennoblissement doiuent estre verifiées, tant à la Chambre des Comptes, à cause de la diminution des droits du Roy, qu'à la Cour des Aides, à cause de l'exemption des tailles. Mesmement, c'est le plus-seur de les faire verifier au Parlement, qui est la Iustice souueraine des personnes de ses subiects, tant à cause de l'exemption des francs fiefs, que sur tout à cause du droict different, introduit par plusieurs coustumes pour les nobles. Et de fait, Pithou nous rapporte vn arrest de l'an M D XLIII. par lequel fut ordonné, que la succession d'vn, qui auoit obtenu lettres d'ennoblissement, & ne les auoit fait verifier de son viuant, ains seulement sa vefue aprés son decés, seroit partagée roturierement. (Quemadmodum, quando sublatis caduci legibus, prædium vtendum fruendum datur, ita etiam quando personis confertur nobilitas, Rex extra damnum constitui debet persoluto certo pretio, quod determinat Camera computorum (secundum quantitatem bonorum, ac facultates eius, qui nobilitatur) propterea quod progenies illius, qui efficitur nobilis, fiat immunis à subsidiis. Nec enim Rex præsumitur quicquam ei contulisse, præter honorem, & hunc citra imminutionem iuris maiestatis, nisi in literis nobilitatis expresse contineatur remissio huius pretii, quæ clausula raro nunc omitti solet. Imo vero, licet Rex remiserit hoc pretium, consideratur tamen onus, quod accrescit populo, propter exemptionem à subsidiis, nobilitato atque eius liberis collatam in perpetuum, pro qua soluere debet eleemosynam, id est, exiguam pecuniæ summam, quam itidem determinant illi, qui Cameræ Computorum præsunt, quando literas nobilitationis approbant, conuertendam in opera charitatis. Hæc autem non ita communiter remittitur à Rege (quoniam debetur pauperibus) ac pretium illud indemnitatis; remittitur tamen aliquando, nec dubitandum est, id ab eodem fieri posse. Præterea literæ illæ nobilitatis debent approbari tam in Camera Computorum, propter imminutionem iurium Regis, quam in Curia subsidiorum, propter exemptionem à subsidiis. Imo, tutius est petere, vt literæ illæ approbentur in Parlamento, tanquam iudicio ordinario, ac naturali iurium Regiorum, ac supremo tribunali pro subsidiis, tam respectu exemptionum feudorum Francorum, quam, ac potissimum, propter iura varia & non pariformia, quæ consuetudines locorum Nobilibus attribuunt. Pithœus refert sententiam latam anno M D XLIII. qua dictum fuit, successionem eius, qui literas nobilitatis obtinuerat, sed eas tempore vitæ suæ non fecerat approbari, sed tantum post mortem eius viduæ fieri curauerat, plebeio iure diuidendam esse: Loyseau *des ordres d. chap. 5. n. 54. & seqq.* Bacquet *d. tom. 2. part. 2. chap. 21.*

r) Quant à l'ennoblissement qui se fait par lettres expresses, ceux-là sont ennoblis & leurs enfans nais & à naistre, si tost qu'ils ont obtenu leurs lettres de noblesse.

noblesse. Ie dis, nais, & à naistre, suiuant l'opinion d'Vlpian, qui dit en la loy, Senatoris filium, ff. de Senator. Nihil interest iam in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an antè dignitatem. *Ce qui a decidé toutes ces grandes questions, qui furent autrefois agitées pour la succession des Royaumes, sçauoir qui seroit preferé, ou celuy qui estoit nay auant que le pere fust Roy, ou celuy qui estoit venu depuis?* Bret *d. loc. p.* 208. (Quod nobilitationem, quæ expressis literis fit, attinet, statim atque diploma nobilitatis quis obtinuit, & ipse & ipsius liberi, nati & nascituri, nobiles facti sunt. Dico, nati & nascituri, secundum opinionem Vlpiani, relatam in *l. Senatoris filium 5. ff. de Senator.* quæ decidit omnes illas magni momenti quæstiones, olim agitatas de successionibus in regna: vtrum qui natus antequam pater Regnum adeptus, an ille qui postea genitus, primas in successione in Regnum obtinere deberet?)

s) *Quand ie parle des enfans, i'entens de ceux qui naissent en loyal mariage, & non pas des bastards. Car, combien que tous nos Docteurs François, sans exception que ie sçache, comme Chassanée sur la Coust. Guy Pape decis.* 580. *Boier decis.* 127. *Benedicti au commencement de sa repetition, Imbert en son Enchir. in verb. Spurius, & Rebuffe sur le concordat, au §. quia vero, de collat. tiennent, que c'est vne coustume generale de France, que les bastards des gentilshommes sont exempts de tailles; neantmoins le contraire est veritable, comme nous apprend ce reiglement de l'an MDC art. 26. dont voicy les mots: Encor que les bastards soient issus de peres nobles, ne se pourront attribuer le tiltre & qualité de Gentilshommes, s'ils n'en obtiennent nos lettres d'ennoblissement, fondées sur quelque grande consideration de leurs merites, ou de leurs peres, verifiées où il appartient:* Loyseau *des ordres d. chap. 5. n. 61.* (Quando loquor de liberis, intelligo illos, qui nascuntur ex legitima coniunctione, non autem bastardos. Licet enim omnes nostri Iurisconsulti Franciæ, nullo excepto, quantum mihi constat, doceant, ex generali consuetudine Franciæ, Nobilium bastardos immunes esse à subsidiis, attamen contrarium verum est, vt dispositum legimus, *in articulo 26. ordinationis factæ anno MDC.* cuius hic sensus; *Bastardi, licet fuerint progeniti à patre nobili, non poterunt vti titulo & qualitate nobilium, nisi a nobis obtinuerint literas nobilitatis, ad quarum expeditionem nos permouerint magna illorum, aut parentum, merita, quæ approbata sint, vbi erant approbandæ.*) Adde quæ de naturalibus liberis exposui supra *lib. 2. cap. 7. lit. fff.*

t) *Quant aux offices, qui donnent le tiltre de noblesse, les vns sont enrichis d'vn si grand esclat de dignité, qu'ils acquierent vne pleine, & entiere noblesse, en mesme temps qu'on a l'honneur d'en estre pourueu: Comme sont les offices de Chancelier de France, de Garde des Seaux, des Conseillers d'Estat, seruans actuellement, des Secretaires d'Estat, toutes les premieres dignités militaires, de*

la Iu-

sta Iustice, & de la maison du Roy, qui estoient anciennement affectées à la haute noblesse: Bret *d. l. pag.* 206. (Quod attinet officia, quæ nobilitant, eorum nonnulla tanta præfulgent dignitate, vt plenam, ac omnimodam nobilitatem attribuant personæ, eo ipso momento, quando illa ad hæc euehitur: talia sunt officia, Cancellarii Franciæ, Custodis Sigilli, Consiliariorum status, qui actualem præstant operam, Secretariorum Status, ac munia eorum qui in primis dignitatum militarium, Iustitiæ, atque domus Regiæ, gradibus constituti sunt, qui olim maioris nobilitatis viris assignati erant.)

u) En France il est notoire, que les offices d'eminente dignité attribuënt aux pourueus non seulement la simple noblesse, mais aussi la qualité de Cheualier, qui est vn titre emportant haute noblesse. Ce qui mesmement a eu lieu de tout temps, à l'esgard des principaux Officiers de Iustice, tesmoing les Cheualiers de loix, dont est souuent fait mention dans Froissart. Ie conclu donc, que les officiers de la Couronne, les Chefs d'office de la maison du Roy, tous ceux du Conseil priué, & par consequent les Presidens des Cours souueraines, qui en sont, les Gouuerneurs & Lieutenans du Roy és prouinces, bref, tous ceux qui à cause de leurs offices se peuuent qualifier Cheualiers, sont nobles d'vne parfaicte noblesse, eux & leurs enfans. (In Francia notorium est, quod officia eminentioris dignitatis, iis qui ad ea euehuntur non solum simplicem nobilitatem attribuant, verum etiam qualitatem Equitis; qui titulus maiorem nobilitatem designat. Idem semper etiam in vsu fuit quoad primicerios iustitiæ officiarios, cuius testes sunt Equites legum, quorum frequenter meminit Frossardus. Concludo itaque, officiarios coronæ, primicerios officiorum domus Regiæ, omnes Consiliarios consilii secreti, ac consequenter Præsides Curiarum supremarum, qui dicti consilii membra sunt, Gubernatores ac Locum-tenentes Regios in prouinciis, breuiter, omnes illos, qui propter officia sua vti possunt titulo Equitis, perfecte nobiles esse, tam ipsos, quam eorum liberos.) Loyseau *des droicts des offices liu.* 1. *chap.* 9. *num.* 16 17. & 18. allegans Bret *au* 7. *de ses plaidoyés.*

x) De Cancellario vide supra *d. lib.* 2. *cap.* 15. *lit. aaa. & seqq.*

y) De Custode Sigillorum Regiorum, dixi supra *d. cap.* 15 *lit. aaaa.*

z) De Consiliariis Status egi supra *d. c.* 15. *lit. r. & bbbb.*

aa) De Secretariis status scripsi supra *d. cap.* 15. *lit. dddd. & seq.*

bb) De militaribus supra *d. lib.* 2. *cap.* 26. 27. 28. & 29. Adi, si placet, Loyseau *des ordres, chap.* 6. *n.* 55.

cc) De officiis Iustitiæ infra.

dd) De officiariis domus Regiæ actum supra *d. cap.* 15.

ee) Il y a d'autres moindres offices, qui ennoblissent le pourueu seul, & qui n'attribuënt qu'vne noblesse personnelle, & n'ont pas pouuoir d'ennoblir sa lignée: Loyseau *des ordres, d. chap.* 5. *n.* 45. *Et bien qu'ils soient fort honorables,*

bles, neantmoins ils n'attribuënt pas si promptement vne pleine noblesse à ceux, qui le possedent: mais ils seruent seulement de degré, pour y paruenir. Car, suiuant la coustume, que nous obseruons, il faut que la possession de ces offices ait esté continuee de pere en fils, dans vne mesme famille, pour faire que le troisiesme se puisse dire pleinement noble; encores est-il necessaire, que le pere, & l'ayeul en ayent ioüi iusques à leur decés: Bret *d. tr. de la souuer. d. liu.2. chap.7. pag.206.* (Sunt alia minora officia, quæ eum duntaxat nobilitant, cui collata sunt, nec aliam ei, quam personalem nobilitatem attribuunt, adeoque non nobilitant eiusdem liberos. Licet enim maxime sint honorifica, non tamen adeo prompte plenam conferunt nobilitatem, sed gradus sunt per quos ad eam adscendere licet. Etenim consuetudine obseruatur, vt necesse sit ea officia continuata possessione fuisse apud patrem & filium, in eadem familia, quando tertius exinde plenaria nobilitate gaudere debet. Præterea & hoc requiritur, vt pater, & auus tale officium tenuerint vsque ad mortem suam.)

ff) De ceste espece sont les offices de Conseillers des Cours Souueraines, encor qu'ils n'en ayent point d'Edict exprés, mais cela est fondé sur les anciennes loix, & mœurs du Royaume, ainsi que parle ce reglement general de l'an M DC. & l'arrest du Conseil priué, de l'an M DC II. contenant reiglement particulier des tailles de Dauphiné. Ce qu'il ne faut point trouuer estrange, attendu la resolution de Bartole, sur la loy 1. de dignit. quod officium habet nobilitatem annexam, illam communiter habere reputatur: Loyseau *des ordres, chap. 5. n.46. & liu.1. du droit des offices, ch.9. n.21. 23. 24. 25. & 26.* (Sub hac specie continentur officia Consiliariorum Curiarum supremarum, licet edicto peculiari hoc expressum nunquam fuerit. Fundamentum enim assertionis nostræ peti potest ex antiquis legibus atque consuetudinibus Regni, vt loquitur generale præscriptum anni M DC. & arrestum Consilii secreti, anno M DC II. in specie concernens subsidia in Delphinatu. Quod nemini mirum videri debet, cum Bartolus *ad l. 1. de dignitatib.* doceat, illud officium habere nobilitatem annexam, quod communiter eam habere reputatur.) Quamquam autem in Curia Parlamenti iudicatum fuit, *que les successions des Conseillers se doiuent partager noblement, sans attendre ceste continuation d'Offices, de pere en fils, neantmoins on le iuge autrement en la Cour des Aides, quand il est question du payement des tailles, & que leurs enfans pretendent en estre exempts*: Bret *d.c.7. pag. 207.*) hereditatem Consiliariorum diuidi debere more nobilium, non requisita continuatione officii à patre & filio, aliter tamen iudicatur in Curia subsidiorum, quando quæstio est de soluendis tributis, à quibus illorum liberi prætendunt se esse exemptos.

gg) Des Thresoriers Generaux de France Bret *d. pag.207.*

hh) Les Secretaires du Roy en ont Edict exprés, qui leur donne de plus ce priuilege, que leurs enfans sont nobles, pourueu qu'ils n'ayent disposé de leur office, si

ce, si non à vn fils ou gendre: Loyseau *des ordres d. ch. 5. n. 47. & d. liu. 1. du droit des offices chap. 9. n. 20.* vbi ait: *Les Secretaires du Roy, maison & Couronne de France, sont expressément declarés nobles (par Edicts des années MCCCCLXXXIV. & MDXLIX.) & capables de iouïr (portent ces Edicts) de toutes qualités, prerogatiues, & preeminences de noblesse, comme s'ils estoient nobles de quatre generations, iusques à estre dignes de receuoir l'ordre de Cheualerie.*

ii) De Capitaneis, Locum-tenentibus militaribus, ita docet Bret *d. pag.* 207. Distinctius autem Loyseau *des ordres, d. chap. 5. n. 48.* vbi ait: *Quant aux charges militaires, il ne faut point douter, que celles de Gouuerneurs des prouinces, & villes, Capitaines & membres principaux des gendarmes des ordonnances du Roy, n'ennoblissent ceux qui en sont honorés. Voire on a autrefois estimé, que toutes les places de ces Compagnies, ensemble les charges de Capitaines en Chef de gens de pied, Lieutenans, ou Enseignes, eussent droit d'ennoblir: mais le reiglement de l'an MDC. a decidé le contraire, en l'artic. LVIII. les declarant seulement exempts des tailles, comme simples priuilegiés, & tant qu'ils continueront le seruice, sauf a eux, aprés vingt ans de seruice, d'obtenir priuilege de Veteran: & adiouste, qu' à l'aduenir, les roturiers, qui tiendront ces places, ne iouïront d'aucune exemption, qu' aprés auoir serui dix ans entiers, & pour autant de temps, qu'ils continuëront à seruir. Et neantmoins il a enioint aux Capitaines de gendarmes, de remplir leurs Compagnies de Gentilshommes. En quoy faut tenir vne reigle assés notable, que les offices, ou charges, affectees aux simples nobles, n'ennoblissent pas pourtant le pourueu, s'il apparoist, qu'il soit roturier. Bien est vray, que tant, qu'il y est toleré, il est presumé noble, & si le pere, & l'ayeul, ont tenu successiuement de tels offices, c'est vne preuue de noblesse pour ceux de la troisiesme generation, suiuant le LVI. dudit reiglement. Il faut aussi distinguer hardiment d'auec les nobles les simples exempts des tailles par priuilege, comme les menus officiers domestiques du Roy, & des Princes priuilegiés, les officiers des Eslections, & autres semblables. Car ceux-la n'ont que demy-noblesse, & ne sont pas tenus pour nobles en autre occurrence, hors l'exemption des tailles: mesmement, quand ces offices auroient esté en six generations, ils n'apportent ny noblesse, ny exemption aux descendans.* (Quod munia militaria concernit, extra dubium est, officium Gubernatorum prouinciarum, ac ciuitatum, item Capitaneorum, & membrorum primariorum militum ordinationum Regiarum, illis nobilitatem conferre, qui ad ea promoti sunt. Aliquando quidem creditum fuit, omnes officiorum gradus huius militiæ Regiæ, nec non officia Capitaneorum pedestris ordinis, Locum-tenentium, aut signiferorum, nobilitare: Verum ordinatio anni MDC. *articulo LVIII.* contrarium habet, declarans, illos solum immunes esse à tributis, tanquam simpliciter priuilegiatos, quousque seruitia exhibent, permittens tamen illis, qui per integros viginti annos seruierunt, obtinere priuilegium veteranorum. Addit præter-

ea, in posterum plebeios in gradibus istius militiæ constitutos, haud vlla exemptione gaudere debere, nisi postquam per decem integros annos seruierunt, ac tanto tempore, quanto continuant seruitia. Nihilo minus tamen iubet, vt Capitanei armaturæ grauioris equitum, compleant cohortes nobilibus. Hic notabilis tenenda est regula, quod officia, ac munia, assignata simplici nobilitati, veram nobilitatem possessori suo non attribuant; vbi constat illum esse plebeium. Quousque tamen in illo officio subsistit, præsumitur esse nobilis; ac si pater, auusque ipsius successiue, nec interrupto ordine, eiusmodi officiis præfuerunt, tertiæ generationi probationem nobilitatis suæ suppeditat, *secundum articulum LVI. Constitutionis prædictæ.* Audacter quoque distingui debent nobiles, ab illis, qui simpliciter priuilegio à tributis immunes fiunt, quales sunt minores ordinis officiarii domus Regiæ, ac Principum priuilegiatorum, officiarii Electionum, aliique similes, hi enim ex parte tantum sunt nobiles, nec pro nobilibus habentur aliis in negotiis, præterquam quod attinet imminunitatem tributorum; imo si hæc officia per sex generationes continuarentur, nec nobilitatem, nec exemptionem posteris attribuerent.).

kk) Plusieurs bonnes villes de France ont ce priuilege par Chartes des Roys, bien verifiées, que leurs Maires, & aucunes aussi, que leurs Escheuins, sont ennoblis, ensemble la posterité d'iceux: Loyseau *d. chap. 5. n. 47.*

ll) Quæritur, & antea sæpe video quæsitum, *an sit nobilitatus, qui militiam ex casu, siue feudum adeptus est?* id quidem plerisque video placuisse (verba sunt Bodini *de republ. lib. 5. cap. 8. pag. 555.*) modo imperium maius feudo innexum & adiunctum fuerit, vti sunt Duces, Comites, Marchiones, aut si fiduciæ tabulis, ac legibus ab ipso Principe nobilitas diserte rebus ipsis expressa, & possessoribus tributa sit. Hinc illa feudorum nobilium, ac ignobilium origo manauit. Sed nostris moribus, (ita pergit Bodinus loqui) quibus feuda eodem quo cætera prædia iure censentur, quod ad personarum ius attinet, nihilo nobilior est opifex, qui Ducatum hereditario iure, aut pro emptore, quam si prædium vectigale possideret. Certe maioribus nostris absurdum visum est, quam à se non haberent, à iure prædiatorio dignitatem expiscari, ac personas ipsas rebus, quasi picturam tabulæ cedere. Indignius etiam iura nobilitatis in hominum commercia venire. Gilles le Maistre, *au traicté des amortissemens, chap. 5. circa fin.* distinguit inter feuda: Claude Expilly *au plaidoyé 1. pag. 3. n. 5.* distinguit inter tempora, quando inquit: *Auant les ordonnances cela estoit en ce païs tenu pour indubitable, & l'histoire mesme le confirme, mais ce moyen, d'estre ennobly par le fief, est aboly par l'ordonnance de Blois, artic. CCLVIII.* Adde Bacquet *des droits du domaine part. 2. chap. 20. pag. m. 103.*

mm) Il faut prendre garde, que les fiefs nobles des Lombards ennoblissent la per-

la personne, dit le tiltre, quis dicatur Dux &c. *Ce qui n'est pas en France, si non qui l'inuestiture en ait sciemment esté faict par le Roy à vn roturier, auquel cas il semble, que le Roy habilite, à tenir le fief de dignité, celuy qu'il en inuestit, attendu que les bienfaits du Prince doiuent estre benignement interpretés, & estendus, tant que faire se peut. Et croy qu'il faut ainsi entendre le dire de Giles le Maistre, au traicté des amortissemens, ch. 5. qu'vne Baronnie, & tout autre fief de dignité, ennoblit le roturier, combien qu'en effect ce n'est pas le fief, qui l'ennoblit, mais l'inuestiture du Roy, qui seul en France peut conceder la noblesse, & rendre le roturier capable des priuileges, qu'il a donnés aux nobles; c'est pourquoy, si le roturier inuesti d'vn fief noble, par autre que par le Roy, quand mesme ce seroit par sa Chambre des Comptes, il n'est partant ennobli: comme aprés plusieurs allegations resoult Tiraqueau, au traicté de la Noblesse, chap. 7. nomb. 19. En quoy il semble, qu'il y ait vne exception, que si pendant deux generations, vn fief de dignité auoit esté eu vne famille, alors, puis qu'on tient que la noblesse se prescrit, ayant esté possedé publiquement* à patre, & auo, *il y a apparence de dire, que les descendans sont presumés nobles; posé mesme, qu'il apparust d'ailleurs, que leurs predecesseurs fussent ignobles, & ce à l'exemple des offices ennoblissans, qui combien que ils ne produisent qu'vne noblesse personnelle, laquelle ne passe aux heritiers, neantmoins, quand le pere, & l'ayeul, en ont esté honorés, leur posterité deuient desormais noble à perpetuité. Il y a toutesfois ceste difference entre les offices ennoblissans, & les fiefs de dignité, que les roturiers sont capables de ces offices, & les ayans, ils sont ennoblis par iceux, tandis qu'ils viuent, pource qu'ils ne peuuent estre conferés par autre, que celuy, qui a puissance d'ennoblir, qui est le Roy; au contraire les fiefs de dignité, conferés par autre que le Roy, ne peuuent ennoblir: Et par consequent, estant chose incompatible, qu'vn homme soit roturier, & soit Seigneur de vn fief de dignité, qui importe Cheualerie, & haute noblesse, il faut, à mon aduis, s'il en est poursuiui, qu'il en vuide ses mains: & i'estime, qu'il peut estre poursuiui par son Seigneur de fief, auparauant qu'il l'ait inuesti, & receu en foy, & par ses propres vassaux, qui ont interest, celuy cy d'auoir vn vassal, & ceux-cy vn Seigneur, noble, puis que la dignité de son fief y est disposée; & encore principalement par le Procureur du Roy, qui est conseruateur de l'interest public.* (Notandum est, quod feuda nobilia Longobardorum, nobilitent possessorem, vt probatur *c. vn. quis dicatur Dux, Marchio & c. 2. F. 10.* Secus autem est in Francia, nisi Rex, satis gnarus Titium esse plebeium, illi conferat feudum nobile, quo casu censetur illum habilem redd. disse ad tenendum feudum nobilis dignitatis, de quo eum inuestiuit. Debemus enim beneficia Principis benigne interpretari, & extendere, quousque fieri potest. Credo ita accipiendum, quod Gilius Magister, *in tractatu de exemptione caduci, cap. 5.* docet, Baronatum, omneque aliud feudum dignitatis, nobilitare plebeium; licet in Francia non sit feudum, quod nobilitatem conferat, sed inuestitura de il-

de illo à Rege facta: hic enim solus est in Francia, qui nobilitatem possit conferre, atque plebeium reddere habilem priuilegiorum nobilibus competentium. Hinc, si plebeius ab alio, quam Rege, etiamsi à Camera Computorum, inuestiatur de feudo nobili, non fit propterea nobilis, vt multos allegando concludit Tiraquellus, *de nobilit. cap.7. n.19* In hoc tamen videtur esse locus exceptioni, vt si per tempus duarum generationum feudum dignitatis fuerit in vna familia, (quoniam dicitur nobilitas præscribi, si publice possessa fuerit à patre & auo) videatur dicendum, descendentes præsumi esse nobiles, non obstante, quod aliunde appareat prædecessores illorum fuisse ignobiles, ad exemplum officiorum, nobilitatem attribuentium, quæ, licet non conferant nobilitatem aliam personalem, non transeuntem in heredes, attamen si pater & auus illo condecorati fuerunt, illorum posteri erunt perpetuo nobiles. Est tamen hæc differentia inter officia nobilitantia & feuda dignitatum, quod plebeii sunt capaces istorum officiorum, ac, quando ea gerunt, sunt nobiles vsque ad mortem: quoniam non possunt ab alio conferri, quam ab illo, cuius potestatis est nobilitare, hoc est, à Rege ipso. Contra vero, feuda dignitatum, quæ conferuntur ab alio, quam à Rege, non possunt attribuere nobilitatem, ac consequenter, cum sint incompatibilia, Titium esse plebeium, & tenere feudum dignitatis maioris nobilitatis, meo iudicio, si propterea conueniatur, debebit cedere feudo. Credo autem illum conueniri posse à Domino feuda, (antequam illum inuestiat, ac ab eodem recipiat iuramentum fidelitatis) ac à propriis suis vasallis: horum enim interest, Domini quidem, vt habeat vasallum nobilem; vasallorum vero, vt habeant dominum nobilem, quoniam dignitas feudi hoc requirit: vt potissimum quoque à Procuratore Regis, qui est conseruator interesse publici.) Loyseau *des Seigneuries chap. 8. n.22. & seqq.* Idem *des ordres chap.6.n.66.*

nn) A bien entendre, ce n'est pas l'argent baillé pour obtenir les lettres de ennoblissement, ny aussi l'office, ou le fief de dignité, qui ennoblit, ains le Roy par sa souueraine puissance, qu'il exerce, en baillant les lettres de noblesse, ou la prouision de l'office, ou l'inuestiture du fief: Loyseau, *d.chap.6.n.65.*

oo) Tiraquellus *de Nobilitate cap.14.* Loyseau, *des Seigneuries, chap.8. n.17. & des ordres, d.ch.5.n.36.& seqq.*

pp) Par l'Edict de Barleduc, par les responses de la Reine, & par l'arrest du 15 d'Auril MDCII. sa Maiesté a voulu, qu'on n'allast point au delà de quarante ans fouiller dans les tombeaux des defuncts, ny quereller ceux, qui se trouuerent auoir ioüi paisiblement de la noblesse, durant ledit temps: Claude Expilly, *audit plaidoye 1.p.3.n.5.*

qq) Parce que la plus-vraye noblesse est celle, dont le commencement excede la memoire des hommes, & qui partant ne peut estre prouuée que par la possession,

sion, l'Edict de l'an MDC. a ordonné fort iustement, que quand on la reuoque en doubte, ce soit assés d'en prouuer la possession continuelle du pere & ayeul, qui sert de presomption suffisante, & concluante, supposé, que d'ailleurs le contraire ne apparoisse liquidement, & euidemment. Mais ce n'est pas la presomption, que nos Docteurs appellent iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio: *ains ce n'est que la presomption commune,* quæ reiicit onus probandi in aduersarium. *Car ie suis bien d'accord auec eux, que la noblesse, ou pour mieux dire, l'ingenuité, est presumée asseurément, & peremptoirement, par le moyen de la possession immemoriale,* quæ iure constitutæ loco habetur, l 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. &c. *mais il faut prendre garde, que c'est, quand la possession est immemoriale, c'est à dire, quand il n'y a memoire, ny preuue, ny, par consequent, certitude du contraire*: Loyseau *d. tr. des ordres, d. chap. 5. n. 39.*

CAPUT II.

De suspensione & amissione nobilitatis; nec non de actibus, qui eam obfuscare videntur.

EXercitia vilia, mechanica negotia, & alia quæ nobilitatem obfuscant, videntur potius suspendere nobilitatem Titii, qui talia tractat, quam abolere (*a*); ita, vt postquam ea intermittit, & rursus nobilem vitam agit, nobilitatis priuilegiis, potissimum immunitate subsidiorum, vti frui debeat. At vero, ne vlla dubitandi ratio superesse possit, hoc casu literæ rehabilitationis à Rege peti solent (*b*). Amittitur nobilitas variis modis, nempe, Edicto Regio, quando Rex semel datam, vel concessam nobilitatem, expresse reuocat; sententia infamiam irrogante, quæ in nobilem à Iudice fertur, vt alii docent (*d*) (melius autem illi, qui hæc cum distinctione (*e*) admittunt) vel quæ fortior est, sententia expressim nobilitatem adimente (*f*). Idem operatur degradatio, & insignium ordinis nobilis ademptio (*g*). Porro vbi pater nobilitatem culpa sua amisit, non protinus & liberos eam amisisse indistincte dicendum est (*h*). Fœmina nobilis, plebeio nubens, vulgaris conditionis efficitur (*i*), ac mortuo marito non redit in classem nobilium, nisi Regis per gratiam (*k*), (quam alii rehabilitationem

vocant)

vocant) vel nouo matrimonio cum nobili contracto (*l*). Actiones quod attinet, & vitæ genus, illis Nobilis conditioni suæ splendorem addere, vel eam obfuscare, aut omnino denigrare, & euertere potest. Non loquor de delictis, sed de actionibus, exercitiis, studiis, artibus, officiis, functionibus, opificiisque, quæ nobiles non decent. Ea autem talia sunt, quæ, licet plebeia, non tamen inhonesta, ac nimis vilia & sordida; vel, quæ inhonesta, aut perquam vilia. Hæc non obfuscare modo, sed ex asse denigrare, & nobilitati extremam vim inferre possunt. Cætera vero talia sunt, atque ita à Nobili exerceri possunt, vt ne minimam quidem nobilitatis suæ patiatur eclipsin, vel patiatur quidem, at exiguum ad tempus tantum, non autem perpetuo, si ab eo mature desistat. Nobilis qui agros suos (*m*), non alienos (*n*), colit, per operarios, aut famulos, nullam nobilitati suæ inde adspergit maculam, nec ille nobilitatem suspendit, multo minus perdit, qui suis manibus rus colit, quo paupertati & necessitati suæ subueniat (*o*). Paupertas ridiculos facit, at non ignobiles. Artium mechanicarum, & opificiorum exercitium (*p*), si parandæ pecuniæ causa fiat, nobilitatem dedecorat, (non omnimodo in Turcia (*q*)) at si ea, quæ non nimis vilia, aut sordida, discat nobilis (*r*), vel exerceat, recreationis, oblectamenti, vel sanitatis conseruandæ causa, nullam propterea incurrit notam. Illud autem speciale est, quod vitrariam etiam lucri causa exercentes, in Francia nobilitati suæ nihil derogent (*s*): hæc enim ibi tanti æstimatur, vt nonnulli putarint, eam artifici nobilitatem parare, nec nisi à nobilibus exerceri posse (*t*). De mercatura non vna nationum, prouinciarum atque ciuitatum, est opinio (*u*); alibi nobilitati minus conueniens (*x*), & dedecora æstimatur; alibi conueniens, & licita (*y*). In Gallia autem regulariter nobilitati derogare creditur (*z*); adeo, vt Nobiles Franciæ domicilium suum ruri constituerint extra ciuitates (*aa*), hanc potissimum ob causam, ne suspicioni exponerentur, quasi mercaturæ in ciuitatibus indulgerent (*bb*). Sine vitio tamen est ibi nobili (*cc*), si fructus agri sui vendat, & ex iisdem

dem sibi, suisque compendium parare quærat (*dd*). Inter functiones, quæ nobilitati derogant, referuntur Procuratorum postulantium, Graphiariorum, Notariorum, Apparitorum, Scribarum (*ee*). Alia autem plane est ratio Iudicum, Aduocatorum, Medicorum, & Professorum artium liberalium: nam licet nobilis verum, vel alteram harum functionum exerceat, nil quicquam tamen nobilitati suæ derogat, nec veram mercedem accipere dicitur, sed potius honorarium, si hostimentum laboris capit (*ff*).

Testes & Testimonia.

a) La noblesse de race n'est point esteinte par l'exercice des arts mecaniques: Loyseau *des ordres ch. 5. n. 101. & n. 102. Il faut tousiours reuenir à ce point, que la noblesse n'est pas esteincte absolument par tels actes derogeans, ains est seulement tenue en suspens, de sorte, que le Gentilhomme est tousiours sur ses pieds, pour rentrer en sa noblesse, quand il voudra s'abstenir d'y deroger.* (Nobilitas non extinguitur exercitio artium mechanicarum. Semper reueniendum est ad hoc caput, nobilitatem eiusmodi actibus derogantibus non absolute perimi, sed tantummodo suspendi, ita vt nobilis semper subsistat, & nobilitatem suam tenere queat, dum abstinere velit iis, quæ eidem derogant.)

b) Toutesfois (pergit loqui Loyseau *d. l. n. 103.*) *pource qu'on ne cognoistreit pas publiquement son intention, s'il ne s'en trouuoit quelque declaration publique, on a accoustumé en ce cas, de prendre lettres de rehabilitation du Roy, qui sont lettres de Iustice, qui s'expedient sans cognoissance de cause, & qu'on n'a point accoustumé de refuser, ains seulement sont inuentées, pour faire esclatter de auantage la puissance du Roy. Encor pourroit-on soustenir, qu'il n'en faudroit point au Gentilhomme de race qui a derogé, ni à ses descendans: pource que c'est vn droit commun, que les droits de sang & de nature ne peuuent estre perdus par moyens ciuils.* (Quoniam autem de intentione eius publice non constaret, nisi interueniret publica quædam declaratio, hoc casu solent peti à Rege literæ rehabilitationis, quæ sunt literæ iustitiæ, & expediuntur sine cognitione causæ, nec solent denegari, sed solum eum in finem inuentæ sunt, vt Regis potestas magis resplendeat. Posset quoque dici, nobilem prognatum ex familia nobili, qui derogauit nobilitati suæ, non habere opus hisce literis, vti nec eius descendentes: quoniam regula communis docet, iura sanguinis & naturæ non extingui mediis ciuilibus.)

c) Le Roy de France, par l'ordonnance faicte n'a gueres, a reuoqué tou-

tes les noblesses données trop legerement, depuis vingt ans, se reseruant toutesfois de la confirmer à ceux, qui l'auroient merité: Bret *au* 36. *plaidoyé pag.*207. (Rex Franciæ constitutione nuper lata, reuocauit omnes nobilitationes præcipitanter factas intra viginti retro annos, cum reseruatione, se illam confirmaturum iis, qui meruerint.)

d) Tiraquellus *de Nobilit.cap.*24.

e) *A mon aduis* (aït Loyseau *des ord. d. ch.* 5. *n.* 89.) *il faut faire distinction de noblesse : Car quant à celle de dignité, i'estime indistinctement, à cause des allegations de Tiraqueau, qu'elle se perd par l'infamie, ainsi que l'office, sur lequel elle est fondée, comme i'ay prouué au* 1. *liur. des offices chap.*13. *dont Pithou nous cite vn arrest memorable, de l'an MDXXXIV. par lequel il fut defendu au Sieur de Crem, Maistre des Comptes, de se qualifier Cheualier, pource qu'il auoit faict amende honorable. Et quant à celle, qui prouient de la Seigneurie, bien que par la simple condamnation infamante, sans la confiscation de biens, la Seigneurie ne soit perduë, & que Balde sur la loy* 1. *C. de nupt. dise, que telle noblesse ne se perd par infamie: pource, dit-il, que* retinetur aliquid in consequentiam, quod non potest principaliter : *arg. l. si is qui duos, ff. de liber. legat. si est ce que i'estime, qu'vn roturier, qui auroit esté ennobli, par le moyen de l'inuestiture à luy faicte sciemment par le Roy, d'vne Seigneurie ennoblissante, ayant perdu sa noblesse, par infamie, peut de nouueau estre contrainct, par ceux qui y ont interest, à vuider ses mains de la Seigneurie : Mais tant qu'il est de race, qui est natiue, & comme naturelle à l'homme, ie tiens*, (Loyseau *d.l.n.*90.) *contre Tiraqueau, qu'elle n'est point perduë tout à faict par l'infamie* : quia iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt: *l.*8. *ff. de Reg. Iuris*, & ciuilis ratio naturalia iura corrumpere nequit: *l. eos, ff. de capit. minut. Et qu'il n'y a qu'vne exception, quand la condemnation porte, que le Gentilhomme est declaré ignoble, ou degradé de noblesse, comme il se faict ordinairement au crime de la trahison, & en tout vray crime de leze maiesté. Aussi a-il esté dit au* 1. *chap. que l'ordre n'est pas si aisé à perdre, que l'office : Toutesfois il semble, que pour ce qui est des droits honorifiques de la noblesse, l'infame n'en peut vser, pource que, comme dit la loy vnique C. de infam.* infames honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti non possunt: *& l.* 1. *ff. ad L. Iul. de vi publ. dit*, omni honore, quasi infamis carebit, & *l. infamia, C. de decurionib. & fil eor. dit*, infamia quæsitum adimit honorem. *C'est pourquoy i'estime, qu'on peut iustement disputer au Gentilhomme, qui a fait amende honorable, le rang & seance en qualité de Gentilhomme. Mais ie croy que les priuileges de noblesse luy demeurent, & partant qu'il ne pourroit pas estre imposé aux tailles, ny sa succession partagée roturierement. Que dirons-nous donc de celuy, qui a obtenu lettres d'ennoblissement? & quant à moy*, (Loyseau *d. l. n.* 93.) *i'estime, qu'en ce regard il le faut mettre au rang des Gentilshommes de race, pource que le Roy a purgé, & esteint en luy toute macu-*

macule, & vestige de roture, & l'a mis en rang, & dignité, comme s'il estoit nay de noble race; qui est pourquoy Budée appelle ces lettres restitutiones natalium. *Car au surplus, ce que la noblesse de dignité est esteincte par l'infamie, plus-tost que celle de race, est pour deux raisons particulieres, qui ne conuiennent pas à l'ennoblissement exprés: l'vne, que la noblesse de dignité est indirecte, accessoire, & accidentale, comme l'appelle la gl. sur la loy 1. C. de dignitat. à sçauoir, deferée à la personne, non à cause d'elle-mesme, mais à l'occasion de son office, ou de sa Seigneurie; c'est pourquoy elle n'est pas de si forte tenuë, comme celle de l'ennoblissement, qui est conferée directement, & immediatement à la personne, à cause de son propre merite: l'autre, que la Noblesse de dignité, est fondée sur la dignité, qui n'est pas compatible auec l'infamie, mais celle, qui prouient de l'ennoblissement, est fondée sur la puissance absoluë du Prince, qui a voulu la conferer à l'ennobly.* (Puto, distingui debere inter nobilitationes. Quod illam attinet, quæ à dignitate est, arbitror, propter autoritates à Tiraquello allegatas, illam omnino amitti per infamiam, non secus ac officium ipsum, à quo dependet, vt probaui *lib. 1. de officiis cap. 13.* Ad hoc etiam facit notabilis sententia, quam refert Pithœus, qua anno MDXXXIV. prohibitum fuit Domino de Crem, Magistro Computorum, vti titulo Equitis; cum ignominiosam pœnam sustinuisset. Quod vero alterum concernit, quæ à feudis dignitatum originem habet, licet per simplicem sententiam infamantem, sine confiscatione bonorum, feudum illud non amittatur, & Baldus dicat *ad l. 1. C. de nupt.* eiusmodi nobilitatem infamia non amitti; quoniam, *ait ille*, retinetur aliquid in consequentiam, quod non potest principaliter; *arg. l. si is qui duos 29. ff. de liberat. legat.* arbitror tamen plebeium, quem talem esse erat notorium, nobilitatum à Rege per inuestituram de feudo nobilitante, vbi nobilitatem perdidit per infamiam, posse cogi, ab illis quorum interest, cedere feudo; verum quousque in illo toleratur, habetur pro nobili. At, quod attinet nobilitatem generis, quæ quasi homini innata, ac naturalis est statuo contra Tiraquellum, eam non omnimodo amitti per infamiam: quia iura sanguinis, nullo iure ciuili dirimi possunt: *l. 8. ff. de R. I.* & ciuilis ratio naturalia iure corrumpere nequit: *l. eas 8. ff. de capit. minut.* Admitto tamen hanc vnicam exceptionem, quando condemnatione ipsa nobilis declaratur esse ignobilis, aut degradatur, & priuatur nobilitate, vt ordinarie fieri solet, propter commissum crimen proditionis, & omne crimen læsæ maiestatis. Diximus quoque in primo capite, ordinem difficilius amitti, quam officium. Videtur tamen, quod iura honorifica nobilitati competentia attinet, infamia notatum illis vti haud posse, quoniam, *vt habet l. vn. C. de infamia, lib.* 10. infames honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti non possunt: & *l. 1. ff. ad L. Iul. de vi publ.* dicit, *omni honore quasi infamis carebit*; & *l. infamia 8. C. de decurionib. & fil. eor.* ait, *infamia quæsitum hono-*

rem adimit. Hinc iudico, nobili, qui ignominiosam pœnam sustinuit, recte denegari gradum & sessionis prærogatiuam quæ nobilibus competit. Credo tamen priuilegia ei adhuc competere, atque inde non teneri soluere tributa, eiusque hereditatem diuidendam esse modo inter nobiles vsitato. Quid ergo dicendum de eo, qui obtinuit literas nobilitatis? Mihi videtur, illum hoc respectu comparandum esse cum illis, qui genere sunt nobiles; quoniam Rex in eo deleuit, & extinxit omnem maculam, omneque vestigium ignobilitatis prioris, atque eum ea dignitate & gradu exornauit, ac si nobili genere fuisset natus: & hanc ob causam Budæus literas istas nominat restitutionem natalium. Quod porro nobilitas à dignitate prouenieus, facilius amittitur infamia, quam nobilitas generis, duabus rationibus peculiaribus fulcitur, quæ non attinent nobilitationem expressam. Primo, quod nobilitas dignitatis est indirecta, accessoria, ac accidentalis, vt appellatur à glossa *ad l. 1. C. de dignitat.* hoc est, quod personæ conferatur, non respectu personæ, sed respectu officii sui, aut feudi: propterea non tam firmiter personæ adhæret, quam illa, quæ confertur literis; cum hæc directe, & immediate conferatur personæ ob meritum proprium. Secundo, quoniam nobilitas dignitatis fundatur in dignitate ipsa, quæ cum infamia nullum habet consortium; illa vero, quæ confertur personæ, pro fundamento habet absolutam Principis potestatem, qui eam personæ contulit.)

f) Vt modo audiuimus à Loyseau *d. l. 91.* Aliud exemplum refert Coquille, *sur les Coustumes de Niuernois, tilt. du droit d'aínesse, art. 1. pag. 926.* vbi tradit: *Gentilhomme, qui auec armes auroit fait force aux officiers de iustice, exerceans leur charge, perd la noblesse, pour luy, & sa posterité, sans remede: & s'entend pour les enfans qui aprés sont conceus de sa semence, & non pour eeux conceus auparauant: l. 2. §. in auo, ff. de decurion. Par arrest contre vn Gentilhomme du païs Chartrain, du XXIII. Nouemb. MDXXVIII. pource qu'il auoit recous des mains de Iustice, vne fille de ioye, il fut degradé de noblesse, & sa posterité declarée roturierè.* (Nobilis, qui se armata manu opposuit ministris iustitiæ, officium suum exercentibus, amittit nobilitatem, non ipse modo, sed etiam eius posteri, sine remedio. Quod intelligi debet de liberis qui postea ab eius semine progenerantur, non autem de illis, qui antea nati erant: *l. 2. §. in filiis 2. vers. in auo, ff. de decurionib.* Nobilis ex prouincia Carnutensi ortus, anno MDXXVIII. XXIII. Nouemb. quod meretricem exemisset è manibus ministrorum iustitiæ, degradatus fuit, ac priuatus nobilitate, eiusque posteri declarati plebeii.)

g) La degradation est plus-communement practiquée és ordres, qu'és offices, pource que c'est chose plus-ordinaire, que les ordres ayent quelque enseigne, ou marque visible de leur dignité, que non pas les offices, qui esclattent assés par la puissance publique, sans qu'il leur soit besoing d'auoir des ornemens apparens.

Car

Car ie ne sçache point, (verba sunt de Loyseau *des ordres, chap. 9. n. 19.*) *que autres de nos offices ayent ornemens visibles, si non aucuns de ceux de la Couronne, à cause de leur eminence: & les offices des Parlemens, qui les retiennent, comme vn reste de ce qu'autresfois ils ont esté des ordres. Et en ceux-là aussi nous trouuons, que la degradation solennelle s'est autresfois practiquée. Car i'ay leu quelque part, que Maistre Pierre Ledet, Conseiller Clerc au Parlement, fut par arrest d'iceluy exauthoré solennellement, luy estant sa robe rouge ostée en presence de toutes les Chambres, en l'an MDXXVIII. puis fut renuoyé au iuge d'Eglise. Et ie trouue dans les recueils de feu mon pere, qu'en l'an MCCCCXCVI. vn, nommé Chanvreux, Conseiller en Parlement, ayant esté priué de son estat, pour auoir falsifié vne enqueste, fut en l'audience dudit Parlement despoüillé de sa robe rouge, puis fist amende honorable au parquet, & à la table de marbre. Et de n'a gueres, lors de l'execution du Mareschal de Biron, Mons. Chancelier, aprés luy auoir osté son collier de l'Ordre, luy demanda son baston de Mareschal; mais il fit responce, qu'il ne en auoit iamais porté.* (Degradatio potius in vsu est respectu ordinum, quam officiorum: nam ordines frequentius signum aliquod visibile habent dignitatis suæ, quam officia; quæ satis resplendent potestate publica, qua exercentur, vt haud opus habeant ornamentis visibilibus. Nec noui alia officia apud nos ornamenta visibilia habere, quam nonnulla, quæ sunt officia coronæ, propter excellentiam suam, vt & officia Parlamentorum, quæ illa retinent, instar reliquiarum quod antea fuerint ordines. Ac reperire datur in his aliquando degradationes solemnes locum habuisse. Alicubi enim legi, Magistrum Petrum Ledetum, Parlamenti Consiliarium Clericum, sententia in eodem lata, solemni ritu exautoratum fuisse ademptione togæ purpureæ, in præsentia omnium Camerarum anno MDXXVIII. & postea remissum ad Iudicem Ecclesiasticum. Reperio quoque inter annotata patris mei defuncti, anno MCCCCXCVI. Consiliarium Parlamenti, nomine Chanvreum, cum ob adulteratam quandam inquisitionem ab officio remoueretur, in Camera audientiæ Parlamenti fuisse exutum toga purpurea, postea ignominiosæ pœnæ expositum in septo Curiæ, ac ad tabulam marmoream. Nec ita pridem, cum Mareschallus Bironius pœnam subiit, Cancellarius, postquam collari ordinis adempto etiam baculum, Mareschallatus insigne, ab eo repetiisset, ille nunquam eo sese vsum fuisse respondit.)

b) Vide *l. Diuo Marco 11. C. de quæstion.* ubi Cuiacius *lib. 20. obseru. 29.* legendum docet, *in fine: hoc non obseruari,* in vicem eius, quod in vulgari editione legitur, *hoc obseruari.* Mens Vlpiani, *in hac lege allegata,* exprimitur *in l. 2. §. 2. in fin. ff de decur. Ne patris nota filius maculetur*; & confirmatur *in l. emancipatum 7. §. vlt. ff de Senat. Comme ainsi soit, que la noblesse est transmissible aux descendans, encor plus que l'ordre Senatoire, ou de Decurion, les enfans (de ceux qui ont perdu leur noblesse) ausquels elle est acquise d'ailleurs, que*

par le moyen de leur pere, ne la perdent point par sa faute ; tesmoing celuy, qui pour iustifier sa noblesse, produisit l'arrest, par lequel son pere auoit esté condamné a estre decapité. Mais quant à ceux, qui ne la tiennent que de leur pere, comme ceux des pourueus d'offices d'eminente dignité, ou bien des simples offices ennoblissans, qui neantmoins cessant ceste perte, eussent trāsferé la noblesse à leurs enfans, pource que l'ayeul auoit aussi possedé vn semblable office. Encore faut-il distinguer, à sçauoir que les enfans conceus auparauant le malheur du pere, ne perdent par sa faute l'ordre de noblesse, qui leur a appartenu lors de leur conception, ains seulement, qui ont esté conceus du depuis, suiuant ce §. dernier, de la loy, emancipatum, ff. de Senator. & ce §. 2. de la loy 2. ff. de decur. combien que ceste opinion soit fort douteuse, à l'esgard de ceux, qui tiennent leur noblesse à patre & auo, *pource que le reiglement de l'an MDC. requiert, que le pere, & l'ayeul ayent tousiours vescu noblement, sans deroger à la noblesse : Loyseau, des ordres d. ch. 5. n. 99. & 100.*
(Cum nobilitas sit transmissibilis in descendentes, etiam magis quam ordo Senatorius, aut Decurionum, liberi (illorum, qui perdiderunt nobilitatem suam) qui eam aliunde acquisiuerunt, quam à patre, eam non amittunt parentis ob culpam. Testis est ille, qui nobilitatis suæ probandæ causa protulit sententiam, qua pater suus condemnatus fuerat puniri amputatione capitis. Verum quantum ad illos, qui nobilitatem non aliunde, sed à patre habent, vt filii illorum, qui officiis eminentis dignitatis præfuerunt, aut officiis aliis nobilitantibus, qui, nisi ea hoc modo perdidissent, eam transplantassent in liberos, quoniam auus in eodem officio mortuus erat, distingui debet, atque statui, liberos conceptos vel natos, ante patris calamitatem huius culpa non amittere nobilitatem, quæ illis competiit statim atque concepti fuerunt: eam autem amittere illos, qui concepti fuerunt postea, *secundum l. emancipatum 7. §. vlt. ff. de Senator. ac l. 2. §. 2. in fin. ff. de Decurion.* licet hæc opinio valde sit periculosa, respectu illorum, qui nobilitatem suam habent à patre & auo; quoniam constitutio, anno M DC. facta, requirit, vt pater & auus semper vixerint more nobilium, nec derogauerint nobilitati suæ.)

i) Si ignobilis, tributis soluendis obnoxius, vxorem nobili stirpe ducat, paterna dignitate & nobilitate mulier excidit: *l. fœminæ* 8. (à contrario sensu) *ibi, parentes vero, ff. de Senatorib.* Quin & postea, si ex hoc matrimonio vidua maneat, amissam prædictam nobilitatem viduitatis obtentu relegere, seu repetere non potest: *l. filius 22. §. vidua 1. ff. ad municipal.* In viduitate quippe sua eundem statum retinet, quem tempore prædicti matrimonii habebat, quod adhuc durare videtur: *§. soluto, in Auth. de nupt.* ac proinde tributis obnoxia est. Atque ita iudicatum fuit Arresto Gratianopolitano, teste Paponio *lib 5. arrest. tit. 11. arrest. 25.*

k) *I'estime, auec Chopin sur la coust. d'Aniou, contre Bacquet, au traicté des Francs fiefs, ch. 9. que les lettres de rehabilitation sont necessaires absolument à la*

à la gentilfemme de race, qui est veufue d'vn roturier ; pource que sans la grace du Prince elle ne peut rentrer à sa premiere condition, qu'elle a perdue en se mettant par mariage en vne famille roturiere : Loyseau *des ordr. d. ch. 5. n.* 10. Notandum esse monet Paponius *d. lib. 5. tit. 11. arr. 6.* iacturam nobilitatis factam per matrimonium, cum ignobili contractum, non eam vim habere, vt ad recuperandam amissam nobilitatem iisdem solemnibus opus sit, quibus opus esset in acquirenda primum nobilitate. Nam, vt res ad eum modum amissæ facile ad primum statum suum reduci, restituique possunt: ita pariter prædictæ fœminæ, quæ nobilitatis suæ iacturam matrimonio fecit, facilis via esse debet, & parata, ad eam repetendam & recuperandam : non equidem durante matrimonio, (id enim fieri non potest, nisi ipsius maritus omnibus solemnibus requisitis in Camera Ratiociniorum nobilitetur) verum tempore viduitatis suæ, & post mortem mariti sui ignobilis, diploma Regium, ex maiore Cancellaria, ex motu Principis impetrare potest, vt nobilitati suæ restituatur, nullis aliis solemnibus requisitis, quam vt sese coram Selectis sistat, & priuilegio nobilitatis vtatur, in solutione tributorum, neque in Camera Ratiociniorum id approbandum est, iuxta regulam iuris, quæ in huiusmodi casibus de more obtinet, quæque desumpta est ex *c. 1. de pact. lib. 6.* puta, ad rem quamcunque reducendam ad primam naturam suam, nullis Iuris solemnibus, quæ alioquin requiruntur, opus esse. Et ita iudicatum fuit arresto Parisiensi. Hoc ipsum tamen liberis, quos ex defuncto suo marito suscepit, nequicquam prodest; hi quippe patris conditionem sequi debent : *l. cum legitime 19. ff. de statu hominum.*

l) Si vidua, quæ matrimonio cum plebeio contracto, nobilitate sua excidit, cum nobili matrimonium repetat, amissam dignitatem recuperat, & nobilitate sua frui debet, atque adeo à tributis immunis est. Ita ait Bartolus *ad l. 1. C. de dignit. lib. 12. in repetitione*; & ad hanc rem textus est *in l. mulieres 13. eod. t.* à contrario sensu. Et ita iudicatum fuisse Arresto Gratianopolitano, tradit Paponius *d. arresto 26.*

m) Nobiles, qui ex agricultura viuunt, in Sueuia (prouincia Germaniæ) vocantur die Sammeten Bauren : Manzius, *in patrocin. debitor. decad. 4 quest. 4. n. 49.*

n) *Le labourage ne deroge point à la noblesse, non pas, comme on estime communement, à cause de l'vtilité, ains d'autant que tel exercice, que faict le Gentilhomme pour soy, & sans tirer argent d'autruy, n'est derogeant. Car si il prend des fermes à labourer, il n'y a doute, qu'il ne deroge, non obstant le ch. ex literis, X. de iur. patron. qui s'entend des fermes à longues annees, que nous appellons Rentes, & que les Anglois, dont parle ce chapitre, appellent Fermes; ne estant defendu aux nobles de prendre des metairies à tousiours, à longues années, ou à vies : pource qu'en ces baux la Seigneurie vtile de la terre est transferée au preneur*

preneur: *l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petat. De sorte que desormais le Gentilhomme est dit labourer sa terre, & non celle d'autruy*: Loyseau *des ordr. d. ch. 5. n.* 110. (Agricultura non derogat nobilitati, non quidem propterea, vt communiter creditur, cum sit humano generi vtilis, sed ideo, cum hæc, quam nobilis suæ sustentationis causa exercet, nec propterea mercedem ab alio accipit, nobilitati nihil deroget. Vbi vero alienos agros conducit, colitque sine dubio nobilitati suæ derogat, non obstante *capitule, ex literis, extra, de iure patron.* quod loquitur de conductione ad longos annos facta, quam appellamus reditus, ac Angli, quorum mentionem facit hoc capitulum, nominant *fermes*. Non enim prohibitum est Nobilibus, ad longos annos, vel ad tempus vitę conducere prædia rustica: quoniam hac locatione in conductorem transfertur vtile dominium prædii: *l. 1. ff. si ager vectigal vel emphyteut. petatur*: ita vt hoc casu nobilis dicatur colere agrum suum, non autem alienum.)

o) Si vn Gentilhomme, peut estre pressé de pauureté, laboure ses heritages, par ses mains, il ne faict acte derogeant à sa noblesse : ainsi decide Guido Pape, quæst. 41. & 392. & Tite Liue, au 3. liu. de la premiere decade, parle de ce grand Capitaine Quintius Cincinnatus, qui aprés auoir esté Consul, fut appellé à la dictature en vn extreme besoing de la republique, & fut trouué labourant vn champ de quatre iournaux: Coquille, *sur les Coustumes de Niuernois, tit. de droict d'aunesse, art. 1. pag. 924.* (Si Nobilis fortassis paupertate laborans, propriis manibus suos colit agros, nihil hoc actu derogat nobilitati suæ, vt decidit Guido Papæ, *quæst. 41. & 392.* Magnum belli ducem, Quintium Cincinnatum, cum post gestum Consulatum, in non leui reipublicæ necessitate ad dictaturam accerseretur, repertum fuisse arantem quatuor iugerum agrum, annotauit T. Liuius *lib. 3. c. 26.*)

p) C'est proprement le gain vil, & sordide, qui deroge à la noblesse, de laquelle le propre est, de viure de ses rentes, quoy que ce soit de ne point vendre sa peine, & son labeur: Loyseau *d. ch. 5. n.* 107.

q) L'Alcoran, dans les diuerses regles, qu'il a prescript à ses sectateurs, leur ordonne de trauailler, & les asseure, que celuy-là n'est digne de viure, qui ne trauaille de ses mains. Le peuple ne l'obserue pas seulement, mais le respect de ce precepte est monté iusques au throsne Imperial des Turcs, les Sultans l'embrassent, & de ces Empereurs, qui ont iusques aujourd'huy porté le sceptre Othoman, à peine s'en trouuera-il vn, qui n'ait trauaillé pour sa vie. Mahomet II. cultiuoit ses iardins, & du reuenu des fruicts, qu'on vendoit, faisoit achepter des viures pour sa bouche. Solyman II. s'occupoit, en sa solitude, à faire des souliers, les enuoyoit vendre au Bazar, ou marché, & de l'argent en faisoit achepter des viures pour sa table. Selim II. faisoit des petits Croissans de Lune, que les pelerins Turcs portent sur leurs bourdons, quand ils font le voyage de la Meque. Amurat, son fils, faisoit des

des flesches; les autres font des petits cousteaux; & le tout se vend bien plus qu'il nevaut, pour si grossier qu'en soit l'ouurage. Celuy-là s'estime bien-heureux, qui en peut recouurer pour de l'argent. Ils fondent ceste coustume de trauailler pour viure, non seulement sur les regles de leur Alcoran, mais encores sur ce passage du Genese, les precepteurs le leur font apprendre par cœur. En la sueur de ton visage tu mangeras ton pain, iusques à ce que tu retournes en terre, de laquelle tu as esté formé. C'est en temps de paix seulement: car en temps de guerre le Prince doit viure aux depens du peuple, pour la deffense, ou accroissement duquel, il porte les armes. Mais qu'en autre temps vn Sultan fist seruir à ses delices l'argent, qu'il leue sur le peuple, leur loy, & le coustumier de l'Empire l'imputeroient à crime. Ils appellent la taille, & les subside, Aaram Agemini cani, c'est à dire, le prohibé sang du peuple. Et parce que le trauail de leurs mains ne pourroit fournir les frais, qu'il faut à leur bouche, pour tenir table digne de leur qualité, ils y adioustent le reuenu de leurs iardins, qui est grand à la verité, & quasi incroyable, &c. A ces trauaux manuels des Empereurs Turcs, il faut adiouster leur religieuse coustume de trauailler la terre. Quand ils viennent de leurs Gouuernemens à Constantinople, prendre possession de l'Empire, ils sont obligés de tenir le manche de la charruë, labourer la terre, & faire quelque seillons. Amurath III. l'obserua aprés le decés de Selim, son pere, lors que venant de Magnesie, où il estoit Gouuerneur, il alloit prendre possession de son sceptre, il rencontra vn laboureur emmy les champs, mit pied à terre, conduisit la charruë, & fit trois, ou quatre seillons, aprés lesquels il tira de sa pochette vne poignée de pieces d'or, & les donna par charité à ce païsan: de plus, il desuestit sa robbe, qui estoit d'vn riche drap d'or, fourrée de martes Zebelines, & la luy donna. Aussi la loy, qui leur faict obseruer ceste ceremonie, est couchée dans les gloses de l'Alcoran, en ces termes: Que l'Empereur venant à l'Empire, & s'acheminant à la ville Imperiale, pour en prendre possession, doit labourer la terre, pour bannir la sterilité de son païs, & y faire venir l'abondance: Baudier *en l'histoire generale du Serrail, & de la Cour du grand Seigneur, Empereur des Turcs, liu. 1. chap. 9. pag. 44. 45. & 46.* (Alcoranus in regulis, quas Mahometi asseclis præscripsit, vult, vt labori omnes sint dediti, affirmatque, illum, qui manibus suis non laborat, indignum esse qui viuat vitam. Hanc non populus modo obseruat, sed etiam Imperialis Turcarum thronus, & qui eum tenent, Sultani, quorum vix vllus reperitur, ad nostra vsque tempora, qui non labore manuum suarum sibi parauerit victum. Mahometes II. hortos suos coluit, atque ex fructibus eorum, quos vendidit, se sustentauit. Solimanus II. in solitudine sua calceariam exercuit, calceosque à se consutos in foro vendi curauit, ac pretium, quod tulit, impendit in alimenta necessaria. Selimus II. confecit imagunculas crescentis Lunæ, quibus religiosi peregrinatores, dum Mecham eunt, ornare solent scipiones suos viatorios. Huius filius, Amurathes, fecit sagittas; alii cultellos;

tellos: omnia vero tam care venduntur, vt pretium longe ſuperet mercem; quoniam fortunatum ſe quiſque putat, qui talia etiam magno acquirit ære. Fundamenta huius conſuetudinis non ſolum habent à præceptis Alcorani, ſed etiam præceptores eam diſcipulorum memoriæ inculcant, ex illo loco *Geneſeos c. 3. v. 19. In ſudore vultus tui manducabis panem tuum, vſq; dum reuertaris in terram vnde formatus es.* Sed hoc ſolum obtinet tempore pacis: nam vbi bellum ingruit Princeps, ſumptibus populi exhiberi debet, pro cuius ſalute, vel vtilitate arma gerit. Extra hunc caſum, ſi Soldanus tributa ſubditorum impenderet in delicias ſuas, lege & conſuetudine imperii crimen incurreret. Tributa, & ſubſidia, nominant *aaram agemini cani*, id eſt, prohibitum ſanguinem populi. Quoniam vero labore manuum tantum ſibi parare nequit Imperator, quantum requiritur, vt menſam magnifice inſtructam habeat pro dignitate qua fulget; huc etiam conferre ſolet reditus, quos percipit ex hortis ſuis, qui certe immenſi ſunt. Ad labores, quos Turcarum Imperatores ſuis expediunt manibus, referri quoque debet religioſa conſuetudo, qua tenentur terram aratro proſcindere. Quando ex prouincia, cui præfuerunt, Conſtantinopolim properant, imperium ſuſcepturi, tenentur in itinere manubrium aratri apprehendere, agrum exarare, atque aliquot porcas ducere. Amurathes III. hoc præceptum obſeruauit; poſt mortem patris ſui Selimi, ex Magneſia, vbi Præſes fuerat, ad imperii gubernacula ſe conferens, in agro conſpicatus ruſticum, deſcendit equo, & apprehenſo aratro, tres, aut quatuor porcas duxit: deinde ex perula tot aureos nummos exprompſit, quot caua tenebat manus, atque benigne ex tribuit dicto ruſtico; & exuens togam, ex aureo panno confectam, & pelliceo texto zobelino inſtructam, eam eidem donauit. Lex, quæ illos ad hoc obligat, relata eſt in gloſſas Alcorani hoc tenore: *Imperator ſuccedens in Imperium, ac tendens ad metropolim Imperii, debet aratro proſcindere agrum, quo ſterilitatem ciſpellat, & abundantiam aduocet.*)

r) *Les plus-grands Seigneurs Allemans font apprendre quelque meſtier à leurs enfans. Ce que ie ne mets point icy* (inquit Antoine de Mont-Chreſtien *de l'Oeconomie politique, liu. 2. p. 22.*) *pour exemple de deuoir, mais pour monſtrer, comme ils iugent, que ſuruenant banniſſement, ſeruitude, ou neceſſité, ils peuuent tirer de là l'aide, & ſouſtien de leur vie.* (Maximi inter proceres Germaniæ curant liberos ſuos inſtruendos in artificio quodam manuario. Quod hic annotare volui, non quaſi id fiat ex debito, ſed vt doceam, ea agi intentione, vt ſi forte proſcribantur, aut capti in bello redigantur in ſeruitutē, aut aliud patiantur infortunium, habeant, vnde poſſint ſibi de alimentis proſpicere.)

s) *L'exercice du meſtier de la verrerie ne deroge pas à la nobleſſe, en France:* Bret *au 38. plaidoyé, pag. 222.*

t) *Toutesfois il n'attribuë pas la nobleſſe, & n'eſt pas affecté aux nobles, comme*

comme aucuns pensent: Loyseau *d.ch.5.n.*106. Pro vero autem hoc habuit & annotauit Antoine de Mont-Chrestien *en l'Oeconomie politique*, p.118. dicens: *Nos Roys ont voulu, que les Gentilshommes seuls peussent exercer l'art de verrerie en France.*

u) La Noblesse en la plus-part d'Italie, ne s'esloigne du commerce: mais ce commerce est par leur aduis si noble, qu'ils n'estiment nul autre exercice ny maniement si precieux, ne si complaisant vniuersellement à l'homme, que le leur: car il consiste tout en argent; & de vray, les banquiers, ou les Seigneurs d'Italie, qui par dessous main leur fournissent de grosses, & notables sommes, sont les principaux marchands, & a peu de bruit: vne quaisse d'escus vaut plus, que toutes les boutiques, & magazins d'vne bonne ville. (Nobiles Italiæ, maxima ex parte, exercent commercia, eorum autem opinione commercium illud adeo est nobile, vt nullum aliud exercitium hoc superet, & generaliter generi humano magis arrideat; totum enim pecuniarium est. Certe mensarii, vel potius dynastæ Italiæ, qui clam illis magnam pecuniæ vim subministrant, sunt inter mercatores primi, & paruo strepitu. Arca pecunia repleta plus valet, quam omnes tabernæ mercatoriæ magnæ alicuius ciuitatis.) Pierre de Lancre *au tableau de l'inconstance, liu.4. disc. 4. fol.*436. Contra, mercaturam Nobilitas Germanica nullo seculo exercuit, nisi hoc posttemo, quo iam pleraque maiorum præclara instituta in pessimos mores abiuerunt. Quamquam ne hodie quidem omnibus per vniuersam Germaniam Nobilibus decorum est id studium, sed iis tantum, qui exteris prouinciis, circa Rhenum, ac Danubium, Alpesque extermini. Apud reliquos, nobilitatem, vt olim, nunc etiam amittere censetur, qui negotiatione vt re seruili, & liberali, ingenuoque, ac generoso animo minime digna, sese contaminat: Cluuerius *lib. 1. de Germ. antiq.c.*18.*p.*159. Vide me *de iure publ. Imp. Romanogerm. lib.6.c.5.n.*73. *& seqq.*

x) I Neapolitani, & i Lombardi, niuna cosa stimano più contraria alla nobilità, che il fare alcun essercitio mercantile, dal quale dicono douersi gli huomini Nobili astenere, come da cosa che possa machiare la candidezza della Nobilità. Al'incontro i Venetiani, i Fiorentini, & i Genouesi, indifferentamente essercitano la mercatantia, in modo, che i più nobili trà loro, sono per il più mercatanti di maggiori facende: Paruto *della perfettione della vita politica, liu 3.p.*352. (Secundum Neapolitanorum & Lombardorum opinionem, nihil magis contrarium est nobilitati, quam mercatura, à qua abstinendum, vt ab exercitio quo puritas nobilitatis macula afficiatur. E contrario, Veneti, Florentini, & Genuenses, indifferenter mercaturam exercent, ita, vt nobilissimi inter eosdem, maximi sint mercatores.)

y) A Fiorenza l'arte della lana, & della sete è vsata de' più nobili, con honore, & vtile loro; & quelli che conducono le rascie à l'Indie nuoue, guadagnano cinquanta per cento. (Ars manuaria tractandi lanam, & sericũ, apud Florentinos

 Nobi-

Nobilibus honorem & vtilitatem parit, & qui rasciam (est panni genus ex lana delicata factum) ad nouas Indias mittunt, quinquaginta ex centenis pro lucro habent.) Lancre *d. liu. 4. disc. 4. fol. 436.* Inter leges Reipubl. Genuensis *c.3.p.4.* ita legitur: *Angustiæ loci, & hominum multitudini, ac regionis sterilitati compatientes, ipsius denique ciuitatis antiquum morem mature considerantes, declaramus, artes infra scriptas, si modo, quo infra, exerceantur, nihil præiudicare nobilitati; artes scilicet serici, lanæ, & pannorum, quas vulgus sctateriam, lanariam, pannariam, & drapariam vocat. Eademque ratione artem eam, qua quis merces omnium rerum, in magna quantitate, & non minutatim vendendas, in officina aliqua retinet, qui lingua materna fondaghieri all' ingrosso nuncupantur: Dum tamen Nobiles ipsi, neque eas propriis manibus exerceant, neque in apotheca resideant.*

z.) *En France on tient non seulement pour chose indigne d'vne Noblesse, mais aussi estre fait acte derogeant au priuilege d'icelle, lors que l'on en trouue aucun, au lieu de l'estat de guerre, exercer vn estat mechanique, ou bien faire vn train d'vne marchandise, c'est à sçauoir, en acheptant quelques denrées, pour puis aprés les debiter à son profit.* (In Francia mercatura non solum dedecora Nobilitati est, sed etiam quando Nobilis reperitur, in vicem exercitii militaris, tractare artem mechanicam, vel exercere mercaturam, emendo merces, vt easdem reuendat, lucri causa, dicitur derogare nobilitati suæ.) Estienne Pasquier *liu.2. des recherch. de la France, ch.15. p.163. edit. aucta in quarto. Ils deuiennent roturiers par leurs vices, faineantises, ou exercices mechaniques; comme Iacques Darian, descendu d'illustre famille, qui deuint simple hostelier de la ville d'Aix en Prouence, & vn autre, qui exerçoit publiquement, en vne ville, le mestier de cordonnier, lequel estoit pareillement issu de fort nobles parens:* Charron *en l'hist. vniu. chap. 105. pag. 733.* (Fiunt plebeii ob vitia, socordiam, aut exercitia mechanica. Sic Iacobus Darianus, illustri familia natus, cauponariam exercuit Aquis Sextiis in Prouincia; & alius in ciuitate alia sutrinam, qui etiam ex satis nobili genere procreatus erat.)

aa) Tiraquellus *de nobilit. cap. 2. n. 61.* docet, Nobiles libentius ruri commorari quam in vrbibus, quod illic sibi Reges esse videantur, dum adorantur à suis villicis, & aliud id genus rusticis, quibus leges, quas volunt, imponunt, præscribunt, iubent, vetant, quod videbitur. In oppidis autem & vrbibus solere habitare mercatores, aliosque admodum opulentos, quos non adeo sibi obedientes, tantumque honoris impertientes essent habituri. Nam Theophilum Alexandrinum scribere, *lib. 3. pasc.* diuitias in vrbibus nobilitati præferti.

bb) *Ceux, qui se veulent dire estre à bonnes enseignes nobles, laissent les villes, pour choisir leurs demeures aux champs, tant à l'occasion de ce, que la plus grande*

grande partie de nos fiefs y sont assis, lesquels estoit seulement permis posseder aux Nobles, & gens suiuans les armes; qu'aussi pour ce moyen ils pensent se garentir de toutes opinions, qu'on pourroit auoir d'eux, qu'ils pratiquassent, ou trafiquassent dans vne ville: chose, qui obscurciroit la lumiere de leur noblesse. Et a bien dire, entre toutes les vies, qui approchent plus-prés de la militaire en temps de paix, c'est la champestre: Estienne Pasquier *d. liu. 2. des recherches de la France, d. chap. 15. d. pag. 163.* (Qui vere nobiles dici volunt, relictis ciuitatibus domicilium sibi eligunt ruri, non solum propterea, quod maxima pars feudorum nostrorum in eiusmodi prædiis consistat, quæ conferebantur solis nobilibus, & militibus: verum etiam, quod putent hac ratione euitari posse præsumptiones, quasi in ciuitate mercaturæ essent dediti, quæ obscurat nobilitatis splendorem. Et si verum amamus dicere, inter omnia vitæ genera, quæ tempore pacis ad militarem quam proxime accedunt, est campestris.)

cc) Des choses, qui nous sont prouenuës de nostre creu, le commerce ne nous en fut oncques defendu: Pasquier *d. loc.* Hieronym. à Laurentiis *decis. 14. num. 7.*

dd) Si vn Gentilhomme, ayant ses terres destinées à pascage de bestail, propres à luy, ou des bois portans paisson de gland, & fesne, ne trouue à les bailler à ferme, auec prix raisonnable, pourquoy il achepte du bestail maigre, pour l'engraisser en sesdits bois & pascages, & les reuendre gras, ie croy qu'il ne fait acte derogeant à noblesse: Car la loy dit, que c'est la recollection du fruict de son heritage, qui autrement ne se peut parceuoir, & non pas negotiation: l. cum quæreretur, in f. l. seruos autem, in f. ff. de legat. 3. l. pecoris, ff. de seruitut. rustic. præd. l. patronus, ff. de oper. libertor. & plus-exprés, in l. de grege, ff. de fundo instructo. Coquille *sur les Coustumes de Niuernois, d. t. de droict d'aînesse, art. 1. p. 924.* (Si Nobilis pascua sua propria, aut pabula glandiaria, non possit iusto ptetio locare alii, ac propterea animalia macilenta emat, eaque, vbi saginata, reuendat, non credo eum committere actum derogantem nobilitati suæ. Lex enim dicit, sic fieri collectionem fructuum prædialium, quos alias non perciperet, non autem sic exerceri mercaturam &c.)

ee) Les exercices derogeans à la Noblesse, sont ceux de Procureur postulant, Greffier, Notaire, Sergent, Clerc: Loyseau *au dict liu. chap. 5. nomb.* 106.

ff) Les Iuges, Aduocats, Medecins, & Professeurs des sciences liberales, ne derogent point à la noblesse, qu'ils ont d'ailleurs, ores qu'ils gaignent leur vie par le moyen de leur estat: pource que ce gain (outre qu'il procede du trauail de l'esprit, & non de l'ouurage des mains) est plus-tost honoraire, que mercenaire, nec proprie merces est, sed honorarium: *l. 1. §. si cui, ff. de var. & extraord. cognit. Dont on n'a iamais douté à l'esgard des Iuges: & quant aux Aduocats*

les Cours souueraines, il y a l'arrest vulgaire de Maistre Anne de Terrieres, Sieur de Chappes, recité par Luc: Et pour ceux des Cours inferieures, Pithou nous en rapporte vn arrest du Conseil priué, donné à Paris, le IV. Mars MDXLVII. entre les habitans nobles, & les gens du tiers estat de Rennes, par lequel le Roy casse l'imposition faicte sur nobles, exerçans officiers de iudicature, & postulans pour les parties, & en prenant salaire; & declare, qu'ils ne contreuiennent à la noblesse, & partant ordonne, que ce qu'ils ont payé leur sera rendu. Ce qui ne doit estre entendu que de ceux, qui postulent comme Aduocats, & non de ceux, qui font office de Procureur, ainsi que font les Aduocats, en plusieurs sieges, suiuant l'ordonnance de Roussillon: Car sans doute, l'Estat de Procureur, mesme en Cour souueraine, est vil, & deroge à la noblesse, comme preuue Tiraqueau chap. 30. Loyseau d. chap. 5. n. 108. & 109. (Iudices, Aduocati, Medici, & Professores liberalium artium si aliunde nobiles sint, his exercitiis nobilitati suæ nihil derogant, dum ex illis sibi de victu prospiciunt. Quod enim inde habent (præterquam quod paretur labore ingenii, non opere manuario) est potius honorarium, quam merces: *l. 1. §. si cui 12. ff. de extraordin. cognit.* De quo, quod Iudices attinet, nunquam fuit dubitatum; ac quod concernit Aduocatos supremarum Curiarum, habemus sententiam satis peruulgatam, quam annotauit Lucius. Quod vero tangit Aduocatos Curiarum inferiorum, Pithœus refert sententiam Consilii secreti, latam Lutetiæ IV. Martii, anno MDXLVII. qua Rex improbat & tollit subsidia nobilibus imposita, qui Iudiciis præsunt, & causas agunt in iudicio, licet salaria accipiant, declaratque his nobilitati non derogari, & iubet propterea, vt quod subsidiorum nomine soluerunt, illis reddatur. Quod tamen secundum constitutionem Rossillonensem de Aduocatis tantum intelligi debet, non vero de Procuratoribus, aut Aduocatis, qui, vt fieri solet in multis iudiciis, procuratorio munere funguntur. Etenim, sine dubio, munus Procuratoris etiam in Curiis supremis pro vili habetur, & nobilitati minus conueniens est.)

CAPUT III.

De copia Nobilium Franciæ, vt & de eorum præstantia, laude, vituperio, & priuilegiis.

MAgnus Nobilium in Francia est numerus (*a*), non excessiuus tamen nimium, qui Regno perniciosus esse possit (*b*). Sunt qui ob strenuitatem (*c*), ciuilitatem morum (*d*), comitatem (*e*), elegantiam (*f*), variaque alia, Nobiles

biles Franciæ cæterarum nationum nobilitati longe præferant, ac inter ipsos, Delphinates (*g*) laudibus immense mactent. Sunt contra alii (*h*), qui eos insolentiæ (*i*), feritatis (*k*), iactantiæ (*l*), leuitatis morum, & actionum, ignorantiæ linguæ Latinæ (*m*), ac aliorum defectuum accusent. Vellem vtrique obseruassent monitum illud aureum, ne quid nimis. Sed nec hi solum, verum etiam Tiraquellus, & qui eum secuti, nimii in recensendis iuribus & priuilegiis (*n*) Nobilium sunt, & talia consarcinant, quæ lectori risum facile mouent (*o*). Ego illa in scenam sigillatim non produco, hoc indicare operæ pretium erit, vera Nobilium iura & priuilegia, concernere aptitudinem ad officia (*p*), beneficia (*q*), & feuda (*r*), honorem, exemptionem à tributis, exercitium venandi, & pœnarum modum. Sunt autem officia egregia, & varia, quæ nobilitati reseruata; vt ex beneficiis Ecclesiasticis nonnulla, quæ nobilitati dicata. Feuda quoque regulariter, nec non dominia magna, & mediocria. Honoris emblemata sunt, præcedentia (*s*), insignia timbrata (*t*), galeata (*u*), scutaque (*x*), gladius (*y*), calcaria aurata (*z*), ædesque turriculis ornatæ (*aa*). Quoniam autem arma pro salute Regni ipsi ferunt, immunes sunt à contributionibus pecuniariis (*bb*), aliisque oneribus, quæ belli causa subeunt plebeii omnes, nisi priuilegio speciali gaudeant (*cc*). Pro exercitio, quod corpus ad militiam aptum tenet (*dd*), Nobilibus permissa est venatio, limitata tamen loco, tempore (*ee*), feris (*ff*), atque instrumentis (*gg*). Pœnas quod attinet, non subeunt illas Nobiles indistincte, quas pro delictis plebeii sustinent (*hh*), vt est fustigatio, suspensio de patibulo, condemnatio ad triremes (*ii*) &c. subeunt tamen, vbi delicta enormia, & nobilitati maxime contraria (*kk*), commiserunt. In cæteris etiam hoc illis peculiare est, quod præ plebeiis facillime à Rege gratiam, & veniam delicti obtineant (*ll*), quamquam vbi de irrogandis mulctis quæstio est, durior eorum videatur conditio (*mm*).

Testes

Testes & Testimonia.

a) *Les Princes mesmes sont parmy la Noblesse, & le Roy de France est le premier Gentilhomme de son Royaume, à dire de François* I. Fr. Ranchin *tom. 2. de la descript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag. 86. Dans l'estenduë de cette Monarchie (Françoise) il y a plus de cinquante mil Gentilshommes, aptes à porter armes. Car si l'Eglise Gallicane en sa quadrature contient quarante mil lieuës, comme de fait elle les tient, & d'auantage, à ne prendre qu'vn Gentilhomme en chacune lieuë, vous aurés quarante mil Gentilshommes. On allegue là-dessus plusieurs deserts, rocs, montagnes, eaux, bois, forests, les landes de Bourdeaux, & autres lieux, qu'on tient inhabitables. Ie veux qu'il y en ait encore d'auantage: tant y a, que la France est si fertile, & bien proportionnee, qu'il ne s'y trouuera gueres deserts, forests, condemines, valées & montagnes, esquelles ne se trouue au long, au pied, au coin, ou au milieu, quelques maisons de Gentilshommes; tellement, que de lieuë en lieuë, ou bien peu s'en faut, il y a famille de Noblesse. Combien d'endroits aués-vous en France, où en moins d'vne lieuë en quadrature, vous trouuerés trente, & quarante Gentilshommes, en d'autres plus, en d'autres moins? Telle famille y a, en laquelle on trouuera le pere de famille compris, accompagné de quatre, cinq, & six enfans masles, tous faisans profession des armes; tellement, que, qui voudroit à present sçauoir sous vne telle reduction le nombre des Gentilshommes, & selon l'estenduë des confins de l'Eglise Gallicane, on y trouueroit vn plus grand nombre que nous n'auons dit. De là se void, quelle seroit la splendeur d'vne telle, & si formidable force, si elle estoit rangée au pied & rang, qu'elle merite d'estre mise*: Autor *du Cabinet du Roy de France liu. 2. pag. 287. & seq.* (Sub tractu huius Monarchiæ (Francicæ) reperiuntur quinquaginta millia Nobilium, qui omnes apti ad arma, & bellum. Etenim si Ecclesia Gallicana in quadratura sua continet quadragies mille leucas, vt reuera continet, imo excedit, posito vnum tantum Nobilem in qualibet reperiri leuca, numerabitis quadraginta millia Nobilium. Obiici quidem potest, dari deserta, rupes, montes, flumina, syluas, nemora, sabuleta Burdigalensia, locaque alia inhabitabilia. Sit ita, & sint horum plurima: Francia tamen adeo est fertilis, & ita constituta, vt haud facile dentur deserta, syluæ, &c. valles atque montes, in quibus non reperiatur, in longitudine, in fine, in angulo, aut in medio, mansio alicuius Nobilis, ita vt à leuca ad leucam, aut interuallo non multum leucam excedente, reperiatur quædam familia Nobilis. Sunt etiam tractus alii in Francia, in quibus minori in spatio, quam quadratura

stura vnius leucæ, reperire licet triginta, aut quadraginta Nobiles, in nonnullis plures, in aliis pauciores. Reperire datur familiam, in qua est paterfamilias, cum quatuor, quinque, aux sex filiis, qui omnes ad arma idonei, ita vt si cuncti illi redigantur in catalogum Nobilium, comprehensorum vsque ad confinia Ecclesiæ Gallicanæ, maior longe futurus sit numerus, quam quem modo expressimus. Vnde coniicere licet, quantum splendoris ac roboris adscribi deberet huic Nobilium multitudini, si eo haberetur loco, quem meretur.)

b) *Ceux, qui sont les mieux entendus en affaires d'Estat, afferment, que le nombre excesif des Nobles en vn Royaume, ou autre Republique, est pernicieux, & non moins (s'il ne l'est plus) que l'aneantissement d'iceux; & disent, la raison estre semblable à celle, que l'on allegue des loix, des officiers, & des Medecins prattiquans. A sçauoir, que la, où il y a beaucoup de loix, & de legistes, le peuple y est reuesche, audacieux, desloyal, & chicaneux. Et où l'on void beaucoup de Medecins, cela demonstre, que la gourmandise, l'yurognerie, la luxure, & la paillardise, & autres ex.és, d'où viennent les maladies, y sont frequens. Ainsi, où il y a quantité superfluë de Noblesse, (mesme telle qu'on void en ce temps) c'est vn certain, & infallible argument de mauuaise ambition, & temeraire presomption de soymesme, & auec ce de grande oisiueté en vn peuple*: Loys de Mayerne Turquet *liu. 1. de la Monarchie Aristodemocratique pag.* 270. (Quibus negotia status optime præ cæteris sunt cognita, affirmant, excessiuum numerum Nobilium regno, aut reipublicæ, esse perniciosum, non minus, (si non magis) quam si nullus in iisdem existat Nobilis. Rationem similem esse dicunt cum illa, quæ allegatur de legibus, officiis, medicis & aduocatis. Scilicet vbi magna reperitur legum, & Iurisconsultorum copia, ibi populus est intolerans disciplinæ, audax, perfidus, litigator, captiosus. Vbi multi sunt Medici, ibi viget ingluuies, ebrietas, luxuria, salacitas, aliique excessus multi, vnde nascuntur morbi. Ita, vbi superflua reperitur copia Nobilium, (maxime vt sunt hodie) certissimum est signum prauæ ambitionis, temerariæ arrogantiæ, ac simul magni otii.)

c) *La Noblesse Françoise a esté de tout temps, pour sa valeur, en estonnement aux autres Nations.* (Nobilitas Franciæ propter strenuitatem suam cæteris nationibus nunquam non fuit formidabilis.) Proust *és comment. sur les coustum. du païs de Loudonou, tilt. 8. artic. 1. p. 147. Comme il n'y a Noblesse au monde plus-braue & vaillante que celle de France, aussi n'y en a-il point de plus-honorée, & auantagée*: Loyseau *des ordres chap. 6. n.* 8. (Quemadmodum in orbe non existit alia Nobilitas, quæ Francicam superet præsentia animi, & fortitudine; sic nulla datur honorabilior, aut melioris conditionis.)

d) *Les Gentilshommes de France sont honnestes, & gracieux, taschent d'accorder les querelles les vns des autres. Se supportent fort, & ont tousiours la valeur en telle estime, qu'ils tiennent à peu de compte toute sorte d'honneur, autre que celuy qui a esté acquis par les armes. Et aimeroient mieux mourir que de souffrir, estre, tant soit peu, offensés en leur honneur. Qui est cause, que le plus souuent le malheur veut, qu'ils se vont battre, & s'entretuent, pour bien legere occasion, sans considerer l'offense qu'ils commettent enuers Dieu, ny apprehender les chastimens de Iustice. Et tout de mesmes, qu'anciennement les Gaulois, leurs predecesseurs, se presentoient tous nuds à tels combats, aussi en pareille sorte, quand ils se presentent aux combats singuliers, les vns contre les autres, ils ont accoustumé d'oster leur pourpoint, ou, du moins, le desboutonner, pour monstrer leur ventre, & estomac, tout nud, & faire paroistre, qu'ils ne sont couuerts d'aucunes armes. Ils sont curieux des lettres, & d'apprendre toutes sortes de sciences, non pour en tirer proffit, ains pour occuper leur esprit, & n'estre point veu ignorans. Leurs autres principaux exercices sont, de monter à cheual, aller à la chasse, courir la bague, combattre à la barriere, tirer des armes, danser, ioüer à la paulme, entretenir les Dames, & se visiter les vns les autres*: Charron *en l'histoire vniuerselle, chap. 62. p. 420.* (Nobiles Franciæ sunt ciuiles, ac affabiles, conantur inter se componere iurgia, certant mutuo fauore, ac fortitudinem tanto habent in pretio, vt omnem honorem contemnant, præter illum, qui armis comparatus fuit, maluntque mortem subire quam perferre lædi dignitatem suam; vnde euenire, vt plurimum, solet, vt infortunium eos implicet duellis, ac mutuis cædibus, ob leuem causam, non considerantes peccatum, quod committunt in Deum, nec metuentes gladium iustitiæ. Ac, quemadmodum eorum prædecessores Galli, nudi comparebant in duello, ita etiam ipsi in eiusmodi congressu deponunt thoracem, aut saltem globulis adstrictum resoluunt, ventrem, atque stomachum nudum ostendentes, vt appareat armis eos non tegi. Amant literas, & addiscunt scientias varias, non, vt inde lucrum quærant, sed vt ingenium habeat quod agat, ac ne videantur ignorantes. Reliqua eorum exercitia potiora sunt, palæstrica, equitatio, decursio, venatio, prælium ludicrum inter repagula, ludi gladiatorii vmbratiles, saltatio, lusus pilæ, conuersatio cum fœminis, atque se mutuo inuisere, & salutare amicos.)

e) *Quant à la Noblesse de France, i'estime* (inquit Autor tractatus *des Estats, Empires, & Principautés du Monde, au discours de la France, nomb. 13.*) *que la terre n'en porte point de plus vaillante, ni de plus gentile; & la courtoisie est tellement née auec les Gentilshommes, que c'est vn prodige d'en voir vn mal-gracieux, & peu honneste. Et de faict, les estrangers vien-*

viennent apprendre en France, toute sorte de gentilesse, & n'estiment pas estre bien ciuilisés, s'ils n'y ont faict vn voyage. (Quod Nobiles Franciæ attinet, haud credo orbem alibi exhibere magis strenuos, ac lepidos. Est porro Franciæ Nobilibus adeo innata comitas, vt prodigii loco habeatur ille, qui in contrarium inclinat. Certe, exteri veniunt in Franciam, vt ibi varias ciuilitates addiscant, & habentur pro incultis, si nunquam ibi fuerint.) Encomium, quod de la Noüe Francorum Nobilitati dicit, *en ses discours politiques, & militaires, au discours 20. pag. m. 509.* his constat: *Quant à la Noblesse, elle est tres-valeureuse, & courtoise: & n'y a Estat en la Chrestienté, où elle soit en si grand nombre.* (Nobilitas maxime est strenua, & comis; nec in orbe Christiano vllum est Regnum, aut principatus, vbi tanta eius reperiatur copia, quanta est in Francia.) Sed Polonos Henrico Valesio aliud insinuasse, nempe, (*que la Pologne peut mettre à cheual plus grand nombre de Gentilshommes, que la France ne peut enroller de gens de pied, de tous les ordres.*) Poloniam maiorem numerum equitum, ex Nobilium classe, in bellum educere posse, quam Franciam pedites, etiamsi ex omnibus eos colligat ordinibus; constat ex relatione Scipionis Pleixii *en l'histoire de Henry III. pag. 13.*

f) A la verité, il faut confesser, que le François sur tous est plus-constamment, plus-noblement noble, & en degré superieur, que pas vn d'autre Nation, & le plus tendu aux exercices nobles. Et se peut dire, que l'Espagnol, l'Allemand, l'Anglois, & le Portugais, n'y paroissent du tout point, ny en despense, ny en habits; si bien que le seul François despend, & paroist beaucoup plus, que toutes les autres Nations ensemble, &c. Le François va en Italie, pour apprendre la vertu, & sçachant le plaisir, qu'il fait à l'Italien, de luy apporter des commodités, il s'en va à Rome auec trois fois plus d'argent, que son reuenu ne vaut, pour enrichir l'Italien. Bref, il y va si honorablement, que l'Italien ne desdaigne de le seruir. Car n'est-ce pas asseruir l'Italien, quand le François l'employe, voire le contraint, de luy enseigner, & mettre a prix tout ce, qu'il sçait. (Vere fateri cogimur, Francogallos ante omnes nationes magis esse constanter & nobiliter nobiles, inque gradu superiori, ac magis exercitiis nobilibus deditos. Dici potest, Hispanos, Germanos, Anglos, Lusitanos, in his omnibus, etiam in impensis, & vestitu, inferiores esse Francis, qui videntur soli in his vincere omnes cæteras nationes, coniunctim consideratas. Francus se confert in Italiam, studio virtutis, ac non ignarus quam bene de Italis mereatur, Romam adit, triplo maiori summa pecuniæ instructus, quam eius ferunt reditus, ad locupletandos Italos. Certe, cum tali apparatu accedit, vt Italus illi ad officia promptus sit, & instar famuli, quandoquidem eius opera vtitur, imo eundem quasi cogit, vt omnia quæ nouit reuelet, &

pretio vendat.) P. de Lancre, *au tableau de l'inconstance*, *liu.* 4. *disc.* 4. *fol.* 437. *& seq.*

g) *Tout ainsi que l'escarlate passe en couleur toutes autres teinctures de draps : sans blasmer la Noblesse d'autre region, les Daulphinois sont appellés par tous ceux, qui en ont cognoissance, l'escarlate des Gentilshommes de France.* Ita nobis persuadere vult Autor historiæ *du Cheualier Bayard, chap.* 1. *p.* 1. Huius enunciati etiam meminit Hilarion de Coste *tom.* 1. *part.* 4. *des eloges & vies des Dames illustres, pag.* 747.

h) Catalogum variorum vitiorum Nobilium Franciæ, fere per singulas prouincias, exhibet dictus Autor *du Cabinet du Roy, liu.* 2. *pag.* 307. *& multis seqq.*

i) *L'insolence des menus Gentilshommes des champs, est si grande (ie ne parle pas de ceux, qui ont esté nourris en Cour, & notamment des grands) qu'il n'y a moyen de viure en repos auec eux, & eux-mesmes ne peuuent demeurer d'accord, les vns auec les autres : Ce sont animaux sauuages, ou oiseaux de proye, qui n'ont autre exercice, que de courir sus aux plus paisibles, & viure de la substance d'autruy, & en fin de persecuter l'vn l'autre :* Loyseau *des ordres, d. chap.* 5. *num.* 69. (Insolentia minorum gentium Nobilium, ruri degentium, adeo excessiua est, (non loquor de illis, qui in aula educati, præcipue vero excipio magnates) vt impossibile sit cum illis pacifice viuere; ac ne ipsi inter se quidem concordiam alunt. Sunt animalia fera, aut aues prædatrices, quibus aliud haud est exercitium, quam aggredi mansuetos, ac viuere de alieno; denique semet mutuo affligere.) *La Noblesse de France est l'vn des bras du Roy, & vn appuy de l'estat : mais elle faict bien payer au peuple le seruice, qu'elle faict à la Couronne, & est merueilleusement insolente, & rude, à ceux, sur lesquels elle a puissance. Tous les Gentilshommes ne viuent pas ainsi, mais bien la plus part :* Haillan *de l'estat, & succes des affaires de France, liu.* 2. *pag.* 111. (Nobilitas Franciæ est brachium Regis, ac fulcrum Regni: sed satis care populo constant seruitia, quæ ista Regno exhibet, ac supra modum insolens est, & grauis illis, in quos habet potestatem. Non omnes quidem hoc agunt, sed maior tamen pars.)

k) *Les duels sont defendus par les loix diuines, & humaines, indifferemment à toutes personnes. Toutesfois parmy nostre Noblesse de France* hoc malum semper prohibebitur, & semper retinebitur : *Et semble que ce soit vn traict de la prouidence diuine, que, comme naturellement les animaux les plus nuisibles s'exterminent par eux mesmes, ainsi en aduient-il à nostre Noblesse, qui certes est, comme la plus vaillante, aussi la plus violente, & insolente du monde :* Loyseau *d. chap.* 5. *des ordres, n.* 87. (Duella legibus diuinis & humanis indifferenter omnibus sunt prohibita, attamen inter Nobiles Regni Franciæ, hoc malum semper prohibebitur, & semper retinebitur. Videtur hoc

hoc sane esse à prouidentia diuina, vt, quemadmodum animalia maxime nociua, mutua nece semetipsa tollunt è medio, idem etiam fit studium nostræ Nobilitatis, quæ, vt maxime præ cæteris est strenua, ita etiam omnium violentissima, insolentissimaque.)

l) *La ieune Noblesse de France ne se plaist qu'à vne espece de mignotise, où elle rend plus preuue de lascheté, que de valeur; elle est tellement imbuë de, ie ne sçay quel, mespris, que tout son maintien n'est qu'vn perpetuel desdain. Elle a plus de mouuement aux espaules, plus de bricolles aux pieds, plus de singeries aux mains, & de tournoyemens en la teste, qu'il n'y a de gouttes d'eau en la Seine. Elle se contrefaict, elle se desguise, elle begaye au lieu de parler, elle pantelonne à cheual, & se comporte, en toutes ses actions, si ridiculeusement, qu'vn peintre ne sçauroit auec plus d'artifice esbaucher la figure d'vn fol, que ce pauure Gentilhomme François en donne de tesmoignage. Et puis, oyés le discourir, c'est luy qui ne craint personne; & n'a iamais appris, de se faire craindre. C'est luy qui bat tout le monde; & il ignore le moyen de se deffendre. C'est luy qui est bien à cheual; & il ne sçait pas tenir la bride. C'est luy qui entretient bien les Dames; & les filles de chambre se mocquent de ses discours. C'est luy qui enuie les honneurs; & n'est enuié de personne. Bref, c'est luy mesme qui est la fable du peuple, l'ordinaire pitié des honnestes gens, & le scandale de sa lignee. Va il par la ruë, il ne fait pas vne desmarche, qu'il ne regarde en arriere, pour se glorifier en la suitte de ses valets: chasque fois il aura les yeux sur ses souliers, il portera sa main au collet de sa chemise: Homme sot, & miserable &c.* Alexandre de Pont-Aymery, *en l'Academie, ou institution de la Noblesse Françoise, pag. 18.* (Iuuenis Nobilis Franciæ certam deliciarum amplectitur speciem, in qua specimen edit inertiæ potius, quam magnanimitatis, tanto fastidio occupatus, vt toto gestu dedignationem referat; vbique in mimicis pedum manuumque gesticulationibus, scapularum motionibus, capitis vibrationibus, prodigiose frequens. In dissimulationem sui se componit, balbutire mavult, quam expedite loqui; equo insidens histrionem agit, atque in omni actione adeo sese præbet ridiculum, vt Apelles aliquis consummatissimi fatui faciem, atque indolem accuratius repræsentare haud valeat. Vbi narrare incipit, suarum laudum magnus præco, neminem se timere affirmat, qui nulli mortalium timorem vnquam incussit; omnes ferire, qui defensionis suæ modum ignorat; equitare perquam scite, qui adhuc nescit habenis composite vti; gynecæi applausum tenere, qui famularum risui expositus; alienis honoribus inuidus exsistit, qui nullius inuidiæ expositus. Sic fabula vulgi est, & bonorum miseratio, gentisque suæ offendiculum. In platea deambulans, ad singulos quos facit gradus, oculos retro, gloriabundus in contemplatione pedisequorum, conicit; modo calceos intuetur, modo indusii collare manibus terit: totus stolidus & miserabilis.)

 m) Cer-

m) *Certes, la Noblesse d'Allemagne, d'Hongrie, de Pologné, d'Angleterre, d'Escosse, & d'autres regions, que les François estiment demy-barbares, excelle pourtant sur la Françoise en ce, qu'elle estudie aux bonnes lettres, pour le moins iusques à la cognoissance de la langue Latine, qui leur est souuent vtile, quand ce ne seroit que pour conuerser auec les nations estrangeres.* (Nobilitas Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, ac aliarum nationum, quas Franci pro semibarbaris habent, excellentior in eo ante Franciæ Nobilitatem est, quod bonas addiscat literas, aut saltem linguam Latinam, quæ illi sæpius est vtilis, vel ideo vt cum exteris nationibus possit conuersari.) Hilarion de Coste *tom. 1. des eloges & vies des Roynes, des Princesses &c. part. 2. pag. 334.* Scipion du Pleix, *tom. 3. de l'histoire generale de France, pag. 531. n. 20. & pag. 809. n. 29. Les Polonis, qui venoient en Ambassade en France, vers le Duc d'Aniou, ne trouuoient rien de si estrange és François, que l'ignorance de la langue Latine, mesmement en la Noblesse.* (Poloni qui missi erant legati in Franciam, ad Ducem Andegauensem, nihil magis mirabantur, quam quod Franci ignorarent loqui latine, etiam ipsi Nobiles.) Et *pag. 806. num. 12.* de iisdem Polonis annotauit, (*qu' à la reception du Duc d'Aniou, pour leur Roy, ils trouuerent merueilleusement estrange, que les Gentilshommes François, qui l'accompagnerent en Pologne, n'entendissent point le Latin; & inferans de là, qu'il y eust encor plus d'ignorance parmi nostre peuple, ils demandoient, quelle sorte de personnes estoient instruites aux bonnes lettres en France? mais entendans que c'estoient les gens du tiers estat, ils disoient, que c'estoient donc ceux-là, qui auoient la plus-illustre marque de noblesse. Et pour en parler serieusement,* (addit de suo Pleixius) *qu'est-ce que les hommes ont, qui les face plus approcher de la diuinité, que la science, ny qui les rende plus semblables aux bestes, que l'ignorance. Ce n'est pas à dire pourtant, que la vraye science consiste en la cognoissance des langues: mais parce, que les sciences ont esté escrites en langue Grecque, & Latine, ceux qui entendent ces langues, ont vn grand auantage, pour acquerir la parfaite cognoissance des sciences.*) quando Ducem Andegauensem, venientem ad capessenda gubernacula Regni, exceperunt, obstupuisse percipientes, Nobiles Franciæ, qui Regem comitabantur, non callere linguam Latinam. Cumque inde inferrent, plebeios maiori adhuc ignorantia laborare, interrogarunt nonnullos, quinam eorum essent bonis literis instructi? audientes vero, illos esse, qui sub tertio ordine Statuum continentur, dixerunt, in his ergo resplendere illustrem notam nobilitatis. Ac vt serio loquamur, quid quæso est, quo homines propius accedant ad diuinitatem, quam scientia; aut quod eos bestiis reddat similes, quam ignorantia? Non quidem hinc concludendum est, veram scientiam consistere in cognitione linguarum; sed tamen cum scientiæ lingua Græca, ac Latina, perscriptæ sint, ii qui harum linguarum gnari

gnati sunt, facilius cæteris peruenire possunt ad perfectam scientiarum cognitionem.

n) Les priuileges, franchises, & immunités de Nobles, sont si grands en France, que parmy les autres peuples il n'y a rien tel: Matth. Mareschal *des droits honorifiques des Seigneurs es Eglises, pag. 60.*

o) Tiraqueau, & Tierrat (qui n'a faict que le traduire par abregé) tottent plus d'vne vingtaine de fantasques, & ridicules droicts de Noblesse, voire la plus-part faux: Loyseau *d. chap. 5. des ordres, n. 69.*

p) Les offices affectes à la Noblesse, sont premierement en la maison du Roy tous les Chefs d'office, & beaucoup des offices de compagnie, à sçauoir, ceux des Gentilshommes de la Chambre, de cent Gentilshommes, des Gentilshommes seruans des Escuyers d'Escurie, des Gentilshommes de la venerie, & fauconnerie, & quelques autres. (vide Loyseau *des offices, liu. 4. chap. 3.*) *Item, toutes les principales charges militaires, soit des places, ou des compagnies, notamment celles des gens de cheual, voire iusques aux simples places des compagnies d'ordonnances. Et quant aux Capitaines de gens de pied, encor les Gentilshommes y sont-ils preferés, comme au pareil les Edicts, qui ont voulu remettre la nomination des offices de iudicature, contiennent, qu'en iceux les Gentilshommes sont preferés aux roturiers:* Loyseau *des ordres, audict chap. 5. n. 71.* (Officia, quæ Nobilitati destinata, sunt in aula illa, quæ dicuntur primaria, aliaque plura, vt Nobilium Cameræ, centum Nobilium, Nobilium seruientium, Equitum stabuli, Nobilium venatoriorum ac aucupatoriorum &c. Item extra aulam, omnia primaria officia bellica, tam in locis munitis, quam in Centuriis, præsertim equitum, imo quilibet locus in centuriis Ordinationum. Et quod centurionatum pedestris militiæ attinet, ille potius confertur nobili, quam plebeio. Quemadmodum etiam edicta, quæ lata sunt de nominatione ad officia iudicaturæ, volunt, vt in illis nobiles præferantur plebeiis.)

q) Quant est des benefices, encor que l'ordre Ecclesiastique soit distinct de celuy de la Noblesse, si est-ce, qu'il y a plusieurs Eglises Cathedrales, mesmement plusieurs Abbayes, dont les dignités, voire les simples Chanoinies, & places des religieux, sont affectées aux Gentilshommes; mais generalement, les Gentilshommes sont fauorisés en l'Eglise, és dispenses, soit de l'aage ou de la pluralité des benefices, soit mesme au temps d'estude, requis pour paruenir aux degrés de Docteur, ou Licencié: Loyseau *d. loc. n. 72.* (Quod concernit beneficia Ecclesiastica, licet ordo Ecclesiasticus distinctus sit ab ordine Nobilium; nihilominus multæ reperiuntur Ecclesiæ Cathedrales, & Abbatiæ, in quibus dignitates, imo & simplices Canonicatus, atque loca religiosorum sunt destinata Nobilibus. Generaliter vero, nobilium in Ecclesia ante plebeios habetur ratio, in dispensationibus, quæ respiciunt ætatem, aut pluralitatem bene-

beneficiorum, aut tempus studiorum, quod requiritur, vt detur accessus ad gradum Doctoris, vel Licentiati.)

r) *Finalement, à l'esgard des Seigneuries, on pretend, que les fiefs sont affectés de toute ancienneté aux Nobles, & que les roturiers n'en sont capables aujourd'huy, que par dispense, pour laquelle ils payoient au Roy le subside des francs fiefs, c'est à dire, affectés aux Francs, & Gentilshommes. Quoy que ce soit il est vray, qu'encor aujourd'huy les Gentilshommes sont seuls capables des grandes, & mediocres Seigneuries, de sorte que le Procureur du Roy, & mesme le Seigneur suzerain, peuuent contraindre le roturier d'en vuider ses mains, s'il n'en a esté sciemment inuesti par le Roy. Mesmement M. Choppin, sur la coustume d'Anjou, nous apprend, qu'ès Estats de Blois, la Noblesse requist par ses cahiers, que les simples Seigneuries, c'est à dire, les hautes Iustices, & fiefs de Haubert, luy fussent affectées, à l'exclusion des roturiers*: Loyseau *d. chap. 5. n. 73.* (Denique quod dominatus attinet, creditur feuda ab omni antiquitate esse addicta Nobilibus, & ad illa hodie plebeios non esse idoneos, nisi accedente dispensatione, pro qua soluebant Regi tributum feudorum Francorum, hoc est, addictorum Francis, & Nobilibus. Quicquid sit, etiam adhuc hodie Nobiles tantum apti sunt tenere magnos & mediocres dominatus, adeo vt Procurator Regis, & dominus subalternus, possint cogere plebeium, vt de manu dimittat feudum, nisi à Rege, non ignorante conditionem vasalli, de illo sit inuestitus. Choppinus *ad consuetud. Andeg.* nos docet, quod in comitiis Blœsensibus Nobiles petierint declarari, simplices dominatus, id est, altas iustitias, & feuda Loricæ, Nobilibus tantum, exclusis plebeiis, competere.)

s) *Quant à l'honneur appartenant à la Noblesse, comme c'est le vray effect des ordres, de produire vn rang d'honneur, ainsi que leur nom denote, il est bien raisonnable, que la Noblesse, qui hazarde sa vie pour la defense de l'Estat, soit honorée par le peuple, comme sa protectrice: Et partant c'est vn droit estably parmy nous, que ceux de l'ordre de Noblesse doiuent preceder, & deuancer en rang ceux du Tiers estat. En quoy il n'y a que deux exceptions, toutes deux concernantes les offices, ayant rang estably: à sçauoir, en premier lieu, que tous, qui sont Magistrats, precedent, dans l'estenduë de leur pouuoir, les Gentilshommes, à cause du commandement qu'ils ont sur eux. En consequence duquel, tous ceux qui sont resident en leur territoire, peuuent estre dicts leurs subiects iusticiables; ayans les Magistrats pouuoir de iuger de leurs biens, de leur honneur, & de leur vie, quand le cas y eschet. En second lieu, ceux, qui tiennent les offices ennoblissans, comme les officiers des Cours souueraines, les Secretaires du Roy, & autres semblables, doiuent marcher par tout deuant les simples Gentilshommes de race, pource que outre qu'ils sont nobles comme eux, ils ont cela de plus qu'eux, d'estre officiers du Roy, & par consequent d'auoir la puissance publique, & vne fonction excellente, que les simples Gentilshommes n'ont pas*: Loyseau *audict chap. 5. n. 74. & 75.*

(Quan-

(Quantum ad honorem, Nobilibus conuenientem, quoniam verus effectus ordinum est parere gradum dignitatis, vt nomen ipsum indicat, rationi conueniens est, Nobiles, qui vitam suam exponunt periculis pro incolumitate Status, à populo honore affici, cuius sunt protectores; vnde inter nos iuris est, quod Nobiles debeant præcedere illos, qui sub tertio comprehenduntur ordine. Cuius duæ tantum dantur exceptiones, concernentes officia, quibus certus dignitatis gradus assignatus est. *Prima* est, omnes, qui Magistratum gerunt, in districtu suo præcedunt Nobiles, propter imperium, quod in illos habent. Cui consequens est, quod omnes, qui sunt in territorio illo, possint dici eorum subditi, respectu exercitii iustitiæ. Magistratus enim habent potestatem iudicandi de illorum bonis, honore atque vita, secundum diuersitatem casuum. *Secunda*; qui tenent officia, quæ nobilitant possessorem (qualia sunt officia Curiarum supremarum, Secretariorum Regis, aliaque similia) debent vbique præcedere simplici nobilitate sanguinis decoratos. Præterquam enim, quod sint æque nobiles ac hi, hoc etiam amplius habent, quod sint officiarii Regis, ac propterea exerceant potestatem publicam, ac officium excellens, quo carent cæteri, qui sola nobilitate sanguinis clari sunt.)

t) *Les Nobles ont droit de porter armoiries timbrées, fussent-ils gens de ville, & de longue robbe, ennoblis seulement par leurs dignités.* (Nobiles habent ius ornandi insignia sua plumatili muscario galeæ, licet sint nati ex sanguine plebeio, atque gerant officium togatum, modo tale quod nobilitatem confert possessori.) Loyseau *d. chap. 5. n. 76.* Constituunt autem alii differentiam inter personas, & earum respectu inter galeæ conos. *Il me semble ridicule,* (ita lego apud Bouchel, *en la bibliotheque, ou thresor, du droit François, tom. 1. pag.* 249.) *de voir l'armoirie d'vn officier de longue robbe, coiffée d'vn heaume, au lieu qu'elle deuroit estre timbree d'vn bonnet quarré, comme celle des Euesques est timbrée de leur mitre, & celle des Cardinaux de leur chapeau. Car en fin, le timbre est tousiours composé de l'habillement de teste, & faut prendre garde, qu'il se refere particulierement à la personne, & non pas à la famille, comme l'armoirie: ainsi qu'il se collige des armoiries des femmes, qui n'ont point de timbre, fors les lacqs d'amour en cordeliere.* (Mihi risum monet, quando video insignia officiarii togati galea exornata esse, in vicem pilei quadrati; quemadmodum videmus pro galea Episcopis esse mitram, & Cardinalibus pileum. Certe, conus in insigniis semper repræsentare debet proprium tegmen capitis illius, cuius insignia exhibentur, non vero familiæ commune ornamentum. Exempli loco esse possunt insignia mulierum, quibus non imponitur galea, sed loco illius, amatoriæ tesseræ nodi, funiculi modo.)

u) *Les simples Gentilshommes entreprennent de timbrer leurs armoiries, combien que iadis ce fust vn droit de la haute noblesse, ainsi que de la simple no-*

noblesse de porter nuës, & sans timbre; car les roturiers n'en portoient point du tout: Mais maintenant la simple Noblesse timbre ses armoiries d'vn heaume, qui toutesfois ne doit estre doré, ni ouuert: Car cela doit estre reserué à ceux de la haute Noblesse, qui l'ont doré, comme Cheualiers, & ouuert, comme Capitaines, desquels la visiere est leuée, pour auoir l'œil sur leurs Soldats. (Simplici nobilitate condecorati audent insigniis suis addere galeam, quod olim fuit ius peculiare nobilitatis maioris, sicut minoris, insigniis vti sine galea. Plebeii enim vtrisque carebant. Sed hodie simplici nobilitate gaudentes exornant insignia sua galea, quæ tamen nec deaurata nec aperta esse debet: hoc enim viris maioris nobilitatis reseruatum, quorum galea inaurata, tanquam Equitum, & aperta, vt præfectorum militiæ, quorum galeæ speculare tegmen oculorum attollitur, quo facilius oculos coniicere possint in milites suos.) Loyseau *des ordres, chap. 6. n. 74. & 75.* Alii autem Nobilibus inferioris gradus concedunt insignia sua ornare galeis perforatis, vel clathratis, numero tamen distinctis à superioris ordinis nobilium fenestratis galeis. Alii præterea distinguunt inter nobiles, antiquæ familiæ, & inter illum, qui nouus est nobilis. *Aux Roys appartient de porter le heaume au mezal tarré de front à onze grilles; les Ducs à hault fleuron, c'est à dire, souuerains en leurs terres, (ainsi que Lorraine, & Sauoye) neuf: les autres Ducs, Marquis & Comtes, sept; & les hauts Barons, & Cheualiers, cinq; les Gentilshommes, de si noble maison qu'ils soyent, ne le doiuent tarrer de front, ains de costé seulement, à trois grilles, les legitimes à droit, & les bastards à gauche:* André Fauyn *liu. 3. des premiers officiers de la Couronne.* Moreau *au traicté des armoiries de France, chap. 5. pag. 178.* ait: *Qu'on ne combatte sans visée à la façon des Andabates, il y a certaines ouuertures, que le Poëte Brico appelle fenestres, distinguées par barreaux, & grilles, dont le plus-grand nombre nous signifie vne plus-grande dignité. Et d'autant, que le timbre, qui est de front, en monstre plus que celuy qui est de costé, le timbre de l'Empereur, ou Roy, doit estre affronté, & en tous cens, pour marque d'vne plenitude de puissance, & monstrer qu'ils ont l'œil par tout. Encore dit-on, qu'ils doiuent monstrer, le premier onze barreaux, comme nombre qui excede le nombre mesme, le second neuf, le dernier impair. Et ceux des Marquis, & des Comtes, vn peu couronnés, n'en monstrent que sept, pour autant d'ouuertures de nostre teste. Ceux des Barons, & Cheualiers, n'en doiuent faire voir que cinq, pour les cinq sens de nature. Ceux des Gentilshommes, trois, le dernier impair, & le dernier masle, pour les trois races, dont ils doiuent estre extraits, & pour les trois noms qu'ils portoient anciennement. Les autres barreaux de ces heaumes sont cachés, à cause de la perspectiue. Et quant à ceux, qui ne sont qu'Escuyers nobles, & les premiers de leur race, ils ne doiuent pas seulement asseoir leur timbres en veuë de costé, & à demy-face, comme ces images en pourfil, que les anciens appelloient louſches, dont parle Iuuenal:*

Et statua meditatur prælia lusca.

Mais

Mais n'en doiuent auoir que clos & fermés, les visiere, oreillere & nazal, qu'on appelle ventaille, abbatus, les plattes restrainctes, & attachées. Ce qui est, pour monstrer, qu'ils doiuent plus-tost obeir auec silence, que commander auec bruit, & qu'ils n'ont rien à voir sur les actions d'autruy. Ceste mesme assiette distingue les timbres des bastards de ceux de legitimes; pource que ceux-la doiuent porter les leurs tournés sur le costé gauche, en signe, & pour marque de bastardise. L'autre difference est, que les Roys peuuent vser des timbres d'or, tout ainsi qu'en la bataille ils s'arment des heaumes de mesme, enrichis de pierrerie: Les Ducs, & Comtes, n'en peuuent porter que d'argent, ou argentés; & tous les autres doiuent estre de fer. (Ne clausis oculis, Andabatarum more, pugnetur, galea habet certas apertturas, quas Poëta Brico appellat fenestras, distinctas in cancellos, & craticulas, quarum maior numerus maiorem denotat dignitatem. Ac quoniam pars galeæ, quæ frontem regit, plures habet, quam partes cæteræ, ad vtrumque latus, galea Imperatoris aut Regis, non in fronte modo, sed & ad latera, fenestrata esse debet, in signum potestatis, & quod quaque versus circumspiciant. Addunt alii, superiorem partem exhibere debere vndecim cancellos, numerum excedentem numerum, mediam nonem, & inferiorem numerum imparem. Galeæ Marchionum, & Comitum, paululum coronatæ exhibent septem cancellos, propter totidem foramina capitis. Baronum, ac Equitum galeæ exhibent quinque cancellos, propter quinque sensus naturales. Nobilium galeæ habere debent tantum cancellos tres, vltimum imparem, propter tres stirpes, vnde nati esse debent, ac propter tria nomina, quibus olim vtebantur. Cæteri cancelli harum galearum non incurrunt in oculos, propter positum opticum. Quod attinet illos, qui tantum sunt scutarii nobiles, ac noui homines, hoc est, in quibus cœpit illa nobilitas, non tantum galeam in latus spectantem, ac ex parte dimidia se oculis offerentem, (ad exemplum imaginum, quas veteres appellabant luscas, de quibus Iuuenalit ait, (*Sat. 7. v. 128.*) *Et statua meditatur prælia lusca*) sed eam etiam clausam exhibere debent, ita vt omnes partes, tam quæ oculos, quam nares tegunt, dependeant, ac quæ ceruicem muniunt, adstrictæ, & colligatæ appareant; quod innuit, eos potius in silentio obedire, quam cum strepitu imperare debere, nec illis competere aliorum actiones oculis obseruare. Hæc positio & exhibitio galeæ, distinguit galeas bastardorum à galeis legitime natorum. Bastardorum enim galeæ ita repræsentari debent, vt ad latus sinistrum se vertant, in signum defectus natalium. Alia differentia in eo est, quod Reges vti possint galeis inauratis, eodem colore quo in præliis vtuntur gemmis exornatis: Duces, ac Comites, non nisi argenteis, aut inargentatis; reliqui vero omnes ferreis.)

x) *L'honneur de porter escus, c'est à dire, armes, n'appartient, qu'aux Nobles d'extraction, ou de vacation, & n'y a pas cent ans, que ceux, qui n'estoient de con-*

de condition noble, estoient punis par des grosses amendes, s'ils s'ingeroient d'en porter: il leur estoit permis, d'auoir seulement les marques du mestier, & trafic, qu'ils faisoient; vn tailleur des cizeaux &c. Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 1. chap. 2. pag.* 27. (Scuto vti, hoc est, insignia exhibere in scuti forma, honor est, qui solis nobilibus, ex familia nobili natis, ac munus nobile exercentibus, competit. Ante centum annos si plebeius scuto in insigniis vtebatur, magno mulctabatur ære: plebeiis enim tunc solummodo permissum erat vti signis artis, aut professionis, quas exercebant; vt sartori forfice, &c.)

y) Tous les Nobles, fors ceux de longue robbe, ont droit de porter l'espee, comme estant l'enseigne & ornement de Noblesse: voire la portent en France iusques dans le Cabinet du Roy, (*comme dit* Seissel *en la Monarchie liu. 1. ch.* 14.) *combien que par la constitution de l'Empereur Lothaire, de pace tenenda, lib. 5. feudor. il leur soit defendu de la porter dans le palais des Comtes:* Loyseau *au dict chap. 5. n* 77. (Omnes Nobiles, exceptis tantum togatis, ius habent gerendi gladium, qui est insigne & ornamentum nobilitatis: & quidem in Franciæ eo accincti ingrediuntur conclaue Regis, licet constitutione Imperatoris Friderici, (ita enim legi debet) *de pace tenenda,* 2. *Feudor.* 27. §. 25. ad palatium Comitis nullus miles arma ferre debeat, nisi rogatus à Comite.)

z) Olim quidem calcaria deaurata insigne erant Equitum, & maioris gradus Nobilium, (*chose pourtant, que les simples Gentilshommes, voire mesmes les roturiers, entreprennent auiourd'huy sans contredit:* Loyseau *des ordres chap. 6. n.* 73.) non minus quam gladio deaurato vti. *Qu'vn sauetier* (ait le Sieur de la Nouë *és discours politiques & militaires, au disc. 9. pag.* 276.) *ait suiui les armes deux ans, il s'estimera digne de porter l'espée dorée, (dont nos grands peres eussent fait quelque difficulte, qu'ils n'eussent acquis Cheualerie) & en effect il la ceindra, s'il la peut attraper, à tort ou à droit.*

aa) En France la Noblesse vse en ses maisons de force tourreles, pour vne marque de leur grandeur, comme c'est vne marque d'ignominie de les abatre. Louys d'Orleans *aux ouuert. des Parlemens chap. 23. pag.* 285.

bb) Les Gentilshommes sont exempts des tailles, & toute autre cottisation personnelle, qui se leue pour la guerre: priuilege certes tres-raisonnable, que ceux, qui contribuent leur vie pour la defense d'Estat, soient exempts d'y contribuer leurs biens. (La force de nostre milice consiste, à present, aux Soldats souldoyés, soient nobles, ou roturiers, sans distinction, & non aux hommes de fief, dont le ban, & arriere-ban est conuerti en vn leger impost, que payent aussi bien les roturiers, que les Nobles, s'ils ne vont en personne à la guerre: Loyseau *des Seigneur. chap. 8. n.* 17. Onera feudorum, quæ nobilibus data, sunt militaria & cum bannum, & retrobannum cogitur, paratam nobiles habere debent opem, iuxta modum præscriptum in feudi traditione, in constitutione

Franci-

Francisci I. *des fiefs, & arriere-fiefs VIII. Ian. MDXXXIX.* & si traditio non exprimat, secundum prouentum; vt qui feudum, vel retrofeudum, habet prouentus annui sexcentarum librarum, aut quingentarum, exhibeat equitem loricatum grauis armaturæ; si trecentarum aut quadringentarum, equitem leuis armaturæ, vel peditem, cum seruo sclopetario: si ducentarum, peditem hastatum, armatum, & galeatum: si minus habeat, contribuat cum minori pro rata parte: *in constit. Franc. I. facta apud Blesios XIX. Mart. MDXL.* Tholosan. *in syntagm. iur. lib. 6. cap. 6. n. 7.*) *Comme au pareil, par le mesme subiect, les Gentilshommes sont exemps de loger gendarmes, ce qui s'appelle és anciennes ordonnances, droict de giste, & que le droict Romain nomme,* hospitis recipiendi necessitatem: *l. ab his, ff. de iur. immunit.* Loyseau *d. chap. 5. n. 80. & n. 115.* vbi ait: *Il est bien certain, qu'il n'y a païs au monde, où la Noblesse soit plus auantagée qu'en France: Mais presque par tout ailleurs elle n'est qu'honoraire, n'ayant aucunes franchises particulieres, pource que les tailles n'y sont pas ordinaires sur le tiers Estat seulement, comme en France, ains les subsides s'y leuent indifferemment sur tout le peuple.* (Nobiles immunes sunt à tributis, ac omnibus aliis contributionibus personalibus, quæ exiguntur causa belli. Quod priuilegium rationi maxime est conueniens, vt, qui vitam suam pro salute ac defensione Regni exponunt, immunes sint à contributione pecuniaria. Eadem ex ratione Nobiles immunes sunt ab hospitatione militum, quæ in antiquis constitutionibus nominatur ius hospitii, ac in legibus Romanis, hospitis recipiendi necessitas, &c. Certum est, non dari regionem toto in orbe, vbi Nobilitas maioribus prærogatiuis dotata sit, quam in Francia. Vbique fere extra Franciam tantum est honoraria, sine peculiaribus priuilegiis, quoniam in illis prouinciis subsidia non tantum imponuntur ordini plebeio, vt in Francia, sed indifferenter toti populo.)

cc) Dantur, qui à contributionibus quidem sunt exempti, sed non Nobiles; exempti dico, non ratione nobilitatis, quam non habent, sed exempti *comme simples priuilegiés*: Loyseau *d. chap. 5. n. 48. & 50.* vbi tradit: *Il faut distinguer hardiment d'auec les Nobles, les simples exempts des tailles par priuilege.*

dd) Vide supra *lib. 2. cap. 12. lit. mm.*

ee) Vide supra *lib. 2. cap. 12. lit. tt.*

ff) *Le droit de chasse aux bestes, est commun à tous Nobles, pourueu que ce soit en endroit, & à gibier non prohibé: vray est, que le Seigneur haut iusticier ne peut estre empesché de chasser en saison conuenable, en tous lieux clos de son districts, à cause de la Seigneurie publique, qu'il y a. Tous les Nobles aussi ont le droict de garenne, & en peuuent auoir en leurs terres, posé qu'ils ayent quantité de terres, suffisante pour nourrir leurs lapins.* (Ius venandi bestias, omnibus Nobilibus commune est, modo id exerceant in locis permissis, ac in feras, non prohibi-

bitas. (Quanquam dominus altæ iustitiæ non potest impediri in exercitio venationum, quod suscipit tempore congruo, in omnibus locis territorii sui, propter potestatem publicam, quam ibi habet.) Omnes quoque Nobiles habent ius septi cunicularii, suis in terris, modo tantas habeant, vnde cuniculi se possint alere: Loyseau *des Seigneuries*, *chap.* 12. *nomb.* 131. & 132. Porro de locis, vbi venatio exerceri potest, videnda sunt quæ scripsi supra, *d. lib.* 2. *cap.* 12. *lit.* *xx*.

gg) Vide supra *d. lib.* 2. *cap.* 12. *lit. pp.*

hh) *Quand les Gentilshommes viennent à commettre quelque crime, ils ne sont pas punis si rigoureusement, que les roturiers:* Tiraqueau *chap.* 20. *n.* 104. *Ce qui a lieu, & quant à la seuerité de la condamnation, & quant au genre de peine: pource qu'il y a des peines, esquelles les Gentilshommes sont iamais condamnés; à sçauoir, le fouët, & la hart: au contraire les roturiers ne sont iamais decapités, au moins en ce Parlement de Paris:* Loyseau *d. chap.* 5. *n.* 85. (Nobiles delinquentes, mitiori afficiuntur pœna, quam plebeii; quod locum habet, non solum respectu condemnationis, sed etiam respectu generis pœnæ: sunt enim pœnæ nonnullæ, quibus nobiles nunquam subiiciuntur; qualis est fustigatio, ac suspendium. Contra vero, plebeii nunquam truncantur capite, vel saltem in hoc Parlamento Lutetiano.)

ii) Farinacius *Prax. Criminel, part.* 3. *quest.* 98.

kk) Excipiuntur delicta repugnantia nobilitati; *comme, trahison, larcin, pariure, faulseté, qui partant sont agraues & augmentés par la dignité de la personne*, tunc enim augetur delictum dignitate, gradu, specie militiæ, *dit la loy* 2. *ff. de re militar.* Loyseau *d. chap.* 5. *n.* 86. *En France le larcin est puni extraordinairement, & auec grande raison, pource qu'il est contraire à la societé humaine, & pource qu'il procede de vileté de cœur, & faineantise: qui fait, que si vn Gentilhomme est conuaincu de simple larcin, il est condamné à estre pendu, & n'est honoré de la peine des nobles, qui est d'auoir la teste tranchée:* Coquille *sur les coustumes de Niuernois, chap.* 1. *artic.* 8. *pag.* 28. (Furtum in Francia extraordinarie punitur, non sine magna ratione: contrarium quippe est societati humanæ, ac pro causa habet animum vilem, ac otio deditum. Hinc, quando nobilis conuictus est furti simplicis, condemnatur ad restim, nec honoratur pœna nobilium, quæ est amputatio capitis.)

ll) *Les Nobles obtiennent plus-tost grace, & remission du Prince, que les roturiers:* Loyseau *d. chap.* 5. *n.* 85.

mm) *Es peines corporelles les Gentilshommes sont plus-doucement punis, mais és amendes, ou peines pecuniaires, ils le doiuent estre plus-rigoureusement:* Tiraqueau *au chap.* 20. *n.* 120. *Ce qui se void souuent és coustumes, qui taxent les amendes:* Loyseau *d. chap.* 5. *n.* 86.

CAPVT

CAPVT IV.

De gradibus nobilitatis in Regno Franciæ, & in specie de primo.

NObilitatis Franciæ tres constituunt gradus (*a*); in *primo* sunt simpliciter Nobiles, qui appellantur *Gentilshommes*, & *Escuyers*; in *secundo*, qui altioris nobilitatis sunt, & dicuntur *Seigneurs* & *Cheualiers*; in *tertio* illi, qui supremæ nobilitatis sunt; nempe Principes sanguinis Regii. Simplex nobilitas (magna ex parte) sanguinem afficit, & transit in posteros, eo effectu, vt quo est antiquior, eo habeatur honorabilior. Altior non transit (indistinctè) in posteros, in suo potissimum gradu, sed est personalis, quoniam confertur personæ, sit propter eiusdem meritum particulare, vt ordo Equestris; sit propter officium, quod tenet, vel propter dominatum. Atque hæc semper sequitur officium, vt & dominatum. Suprema autem, Principum sanguinis, nobilitas, aliunde non prouenit, quam à familia; at vero, quo recentior, & stipiti propior, eo gradu suo excellentior est. Dicam hoc capite de simplici, & primi gradus nobilitate, de cæteris in sequentibus. *Gentilhomme* componitur ex duobus rectis, vt Grammatici loquntur, nempe ex τὸ *gentilis* (*b*), & *homo*. Quoniam autem nominis *Gentilis* non vna est significatio (*c*), non vna quoque ratio affertur, cur nobilis dictus fuerit gentilis homo. Putant alii ita dictum, ad exemplum Romanorum, apud quos gentilis dicebatur ille, qui natus erat ex familia libera, & ab antiquo ingenua (*d*). Nonnulli dictum putant eo sensu, quo gentilis sumitur pro eo, qui Christianus non est, & alio nomine *paganus* dicitur. Coniiciunt autem, Francos à Gallis, qui tunc ipsi Christiani, gentiles appellatos (*e*), quoniam eo tempore, qui Galliam occupabant, & sibi solis adscribebant nobilitatem, pagani, vel gentiles, hoc est, nondum Christiani erant. Alii aliter sentiunt. *Escuyer*, qui latine dici

potest

poteſt Scutarius, vel Scutator (*f*), nomen habet ab *eſcu*, à ſcuto, quod vel ipſe miles equeſtris ferebat (*g*), vel, quod domino nobili inſeruiens, in ipſius vſum in bello gerebat (*h*), quem Plautus, *in Caſina*, *Scutigerulum* nominat. Cumque non ſolum ſcuti domini ſui cura illi incumberet, ſed etiam equorum, vſu introductum fuit, eos, qui apud Reges & Principes equis præfecti, nominare *Eſcuyers*, & equilia, *Eſcuries* (*i*). Vnde nonnemo anſam arripuit affirmare, *Eſcuyer* dictum eſſe ab equo, quaſi *equiarium*; quod alii reiiciunt. Cæterum ipſum nomen poſtea ab aliis quoque ſuſceptum, tandemque generale, vel commune minoris nobilitatis factum eſt (*k*). Olim titulus *noble homme*, maior erat, quam *Eſcuyer*; ſed cum illo, temporis tractu, etiam honeſtiores ciues vterentur, minor eſſe cœpit (*l*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) *En France il y a trois degrés de nobleſſe, à ſçauoir, les ſimples Nobles, que nous appellons Gentilshommes & Eſcuyers; ceux de la haute nobleſſe, que nous qualifions Seigneurs, & Cheualiers; & ceux du ſupreme degré, que nous nominons Princes. Et chacun de ces degrés a ſon effect different. Car la ſimple nobleſſe affecte le ſang, & paſſe en la poſterité, de telle ſorte, que plus elle eſt ancienne, plus eſt honorable. La haute nobleſſe ne paſſe point à la poſterité, au moins en ſon degré, ains eſt perſonnelle; eſtant deferée à la perſonne, ſoit pour ſon merite particulier, comme la Cheualerie, & celle-là eſt vn ordre parfaict, qui perit auec la perſonne; ſoit à cauſe de ſon office, ou Seigneurie, & celle-cy ſuit perpetuellement l'office, & Seigneurie. Finalement, Principauté ne peut venir que de race, mais elle y reſide d'vne façon oppoſite à la ſimple nobleſſe; car elle tient rang ſelon qu'elle eſt plus recente, & qu'elle approche plus-prés de ſon tige.* Loyſeau *des ordres, chap.* 4. *n.* 45. (In Francia dantur tres gradus nobilitatis: In primo ſunt ſimpliciter Nobiles, quos appellamus nobiles, & ſcutarios: in ſecundo illi, qui maiorem habent nobilitatem, quos appellamus Dynaſtas, & Equites: in tertio reperiuntur illi, qui in ſupremo nobilitatis gradu verſantur, quos appellamus Principes. Hi gradus omnes effectu differunt. Simplex nobilitas attingit ſanguinem, atque transfertur in poſteritatem, ita, vt quo antiquior, eo ſit honorabilior. Maior nobilitas non tranſit in poſteros, ſaltem in gradu ſuo; ſed eſt perſonalis, quoniam confertur perſonæ, ſiue, propter particulare meritum, vt Equeſtris dignitas, qui eſt perfectus ordo, intermoriens cum perſona: vel

vel propter officium quod sustinet, vel dominatum quem possidet; atque hæc semper sequitur officium, vel dominatum. Denique, Principis dignitas non aliunde, quam à familia prouenit; sed illi adhæret alio ac contrario modo, quam simplex nobilitas: quo enim est recentior, ac proximior stipiti, eo maior ac splendidior.)

b) *Gentil vient de Gent*, (à gente) *& comme gent signifie tantost simplement vne race, & tantost toute vne nation, aussi gentil, son deriuatif, a plusieurs significations, qui en procedent*: Loyseau *des ordres, audict ch. 5. n. 2.* (*Gentilis* est à *gente*: & sicut *gens* modo *familiam* notat, modo *nationem*: ita deriuatiuum eius *gentilis* plures significationes habet, quæ inde nascuntur.)

c) *Gentiles*, id est, qui sunt vnius familiæ & nominis. *Gentiles*, inquit Cincius apud Festum, *mihi sunt qui meo nomine appellantur.* In legibus XII. Tabularum sæpius coniunguntur agnati & gentiles; per agnatos intelliguntur sanguine proximiores; per gentiles autem, remotiores, qui solo nomine, vix gradu, nostræ familiæ esse cognoscuntur. Cum autem familiæ nomen, ius, & dignitas, illis præ cæteris competeret, qui ex familia ingenua nati, libertinis, aut seruis, nulla fuit gentilitas assignata, vt ex *institutionibus* Caii discimus. Sic Cicero *in Topicis*, cum Q. Mutio gentiles definit, qui inter se eodem nomine sunt, ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Ad quem locum Boëtius annotat; Gentiles sunt, qui eodem nomine inter se sunt, vt Bruti, Scipiones: quod si serui sunt, nulla gentilitas esse potest; quod si libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla est, quoniam ab ingenuorum antiquitate gentilitas dicitur. *Et en tant que gent, signifie vne Nation, ce qui est a la mode, & trouue beau dans le pais, est appellé en langue Françoise gentil, & semble qu'il soit pris ainsi da. Suetone* in Tiberio (*c. 68*) Capillo vtebatur pone occiput submissiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in eo videbatur. Alia significatione Romanis gentiles dicebantur, qui ipsorum non suberant imperio: quia nimirum iure gentium vtebantur, non ciuili, id est, Romanorum, vt Cuiacius explicat, *allegans l. vn. de nuptiis gentilium, in C. Theodosiano*; vbi gentiles opponuntur Prouincialibus, hoc est, illis, qui inhabitabant prouincias, Romanis subditas. Denique in sacris literis, & apud scriptores Christianos, Gentiles idem sunt, quod Ethnici: Loyseau *d. chap. 5. n. 5. 6. & 7.*

d) Qui ex genere nobiles sunt, nolunt se dici nobiles, sed gentiles homines, *Gentilshommes*, quasi dicant, se gentilitate, seu ex gente sua propria trahere nobilitatem, & illam habere antiquam. Genus est, & familia; & gentilis, ex eadem natione, seu nomine, quorum stemmata longius referuntur, vt nuper nobiles facti dicuntur noui homines. Atque illorum sententia non omnes nobiles sunt gentiles homines, quos vocant Nobiles

de nom & d'armes, & d'ancienne ligne, aliis *d'ancienne Caualerie*, vt in Lotharingia: verum omnes gentiles homines nobiles habentur, quamuis reipsa sint viles, & turpissimæ vitæ: Tholosanus *de Repnbl. lib. 4. cap. 2. n. 4.*

e) La coniecture d'vn moderne n'est pas sans apparence, qui dit, que le nom de Gentilshommes vient de ce, que les antiques Francs, ou Francons, qui estoyent payens, & Gentils, ayant subiugué la Gaule, desia Chrestienne, & ayans seuls retenu les armes, & les Seigneurses, auec entiere franchise & immunite, cela fut cause, que les Chrestiens, originaires du païs, les appelloient par desdain, ou ialousie, Gentils, ou Gentilshommes: Loyseau *des ordres, chap. 4. n. 31. & chap. 5. n. 8.* At quis tam facile credulus, victorem à victis sibi contumeliose impositum nomen, vsurpare voluisse, etiam postquam Christianus factus. Mihi vero similius est, Francos hoc nomen accepisse, origine, & significatione honorabili.

f) Cum circa declinationes imperii Romani, barbaris vndique incumbentibus, præ aliis militibus duo præcipue genera singulari fortitudinis gloria excellerent, Gentiles nempe, & scutarii, Francorum Reges, ad exempla Romanorum, maiestatis æmuli, fortissimos quosque & præclare de patria promeritos milites, honoribus & beneficiis supra communem sortem itidem eueherent, inde factum, vt emeriti illi Franci sic honorifice à Regibus habiti, & possessionibus aucti, Romanorum gentilibus, & scutariis omnino similes, & ipsi Gentiles ac Scutarii, *Gentilshommes* & *Escuyers* vulgo vocarentur, atque tractu temporis tantum tales milites inter nobiles censerentur: Lansius *in decade themat. per saturam, conclus. 5.* Hanc opinionem, quam & nonnemo alius fouet, reiicit Loyseau *d. chap. 5. n. 9.* inquiens; *Ie ne trouue nulle apparence en la fantasie d'vn moderne, qui veut referer l'origine de nos Gentilshõmes, & Escuyers, aux* Gentiles & Scutarios, *dont est souuent faict mention dans la Notice, & dans Ammian Marcellin, qui estoient les noms de certaines bandes, ou compagnies de Soldats Pretoriens; c'est à dire, destinés à la garde & defense du Pretoire, ou palais d'Empereur, & qui estoient partant* sub dispositione Magistri officiorum. (Nullo modo probabile mihi videtur, quod nouitius quidem scriptor originem nostrorum gentilium hominum, & eorum, quos vulgari idiomate *Escuyers* nominare solemus, referendam somniat ad gentiles & scutarios, quorum in Notitia & Ammiano Marcellino sæpius mentio fit, & qui erant milites quidam prætoriani, hoc est, destinati custodiæ ac defensioni Prætorii, siue Palatii Imperatorii; & propterea sub dispositione Magistri officiorum.)

g) Escuyer dictus *de l'Escu*, à scuto, *qui est proprement le bouclier des gens de cheual.* Scuta (inquit Seruius *in 9. Æneid.*) sunt equitum, clypei peditum; & scuta breuiora sunt, clypei longiores. De figura T. Liuius; hæc forma erat scuti, summum latius, qua parte pectus, atque humeri teguntur:

ad-

ad imum cuneatior, mobilitatis causa. *Mais quant aux boucliers des pietons, nous appellons les grands, targues, pource qu'on se targue derriere; & les petits, rondelles, pource qu'ils sont ronds. Et voila la premiere etymologie d'Escuyer, pour celuy qui portoit vn escu, ou bouclier de cheual, dont, sans doubte, sont dits en Latin* scutarii, seu scutatores, *desquels T. Liue, Firmique, Vegece, & Suetone, font souuent mention. Estant certain, qu'en toutes Nations les gens de guerre ont volontiers pris leur nom de leur armure, comme en France nos Lanciers, Archers, Arbalestiers, Picquiers, Mousquetaires, & Harquebusiers:* Loyseau *audict ch. 5. n. 11. & 12.* (Scutarius dicitur à scuto, quod proprium erat equitatus &c. Verum quod attinet clypeos peditum, maiores nos appellamus, *targues*, à verbo *targuer*, quod significat *tegere*, quoniam eo tegitur miles: minores autem appellamus *rondelles*, quoniam formæ rotundæ sunt. Et sic habes primam etymologiam scutarii, qui gerebat scutum in equo, vnde sine dubio latine dicti sunt scutarii, vel scutatores, de quibus frequens mentio apud Liuium, Firmicum, Vegetium atque Suetonium. Certum enim est, apud omnes nationes milites nomen accepisse ab armis, quæ tractarunt; vt in Francia lancearii, arcuarii, arbalestarii, &c.)

b) Il y a grande apparence, que la vraye & originaire etymologie du nom d'Escuyer vient de porter l'escu, mais non le sien, ains celuy de son Maistre; & que c'estoient proprement ceux, que Plaute, in Casina, appelle scutigerulos, *ainsi que les vieils Romans nous apprennent, que les doctes d'a present aduoüent estre les plus-seurs tesmoings des menuës antiquités de nostre nation: & de faict, Fauchet, en ses origines, nous apporte deux, ou trois anciennes chartres latines, où le grand Escuyer de France est appelle* scutifer: Loyseau *audict chap. 5. n. 22.* (Maxime est probabile, veram & originariam etymologiam Scutarii inde prouenisse, quod gereret scutum, sed non suum, verum domini, fuisseque proprie illos, quos Plautus, *in Casina, (act. 2. sc. 3. vers. 44.)* appellat *scutigerulos*, veluti nos docent antiquorum heroicorum gestorum fabulosi scriptores; quos doctiores nostri seculi agnoscunt pro veris testibus minutularum antiquitatum nostræ nationis. Sane Fauchetus, *in originibus suis*, adducit duo, vel tria antiqua monumenta Latina, in quibus magnus Scutarius Franciæ dicitur Scutifer)

i) Pource que l'Escuyer auoit la charge, non seulement des armes, mais aussi des cheuaux de son maistre, c'est à dire, de tout son equipage, on a appellé chés le Roy & Princes, Escuyers ceux, qui auoient soin des cheuaux, & leurs estables, des escuries. Ce qui a donné subiect à quelque moderne, de dire, que l'Escuyer est dict ab equo, quasi equiarius: *en quoy, à mon aduis, il y a plus de rythme, ou rencontre, que de raison, estant, sans doubte, le terme d'Escuyer pur François, & n'a gueres, à mon aduis, plus d'apparence à dire auec Fauchet, en ses origines, qu'escurie est vn vieil mot François, signifiant estable: pour preuue*

de quoy il rapporte l'article 3. du 18. tilt. de la loy Salique, si quis scudem cum porcis, scuriam cum animalibus, aut fœnile incenderit &c. *terme que ie n'ay iamais leu ailleurs, & estimeroy plus-tost, que ce fust de François latinizé, que du vray Latin*: Loyseau *d. chap. 5. n. 28.* (Quandoquidem scutarius curam gerebat, non solum armorum, verum etiam equorum domini sui, hoc est, omnium instrumentorum bellicorum, apud Reges & Principes *Escuyers* appellati fuerunt illi, quorum curæ commendati erant equi, atque equilia, quæ Francis dicuntur *escuries*. Hoc permouit nonneminem inter recentiores, vt statueret, nomen *Escuyer* deductum esse ab equo, quasi dicamus equiarium; in quo, vt ego quidem arbitror, potius verborum aliqualis conuenientia, quam ratio reperitur, cum sine dubio nomen *Escuyer* sit pure Francicum; nec magis, secundum meam opinionem, accedendum Faucheto, dum *in originibus* scribit, *escurie* esse antiquam dictionem Francicam, significantem, stabulum: pro fundamento adducens *articulum tertium, tituli decimi octaui, legum Salicarum &c.* quem terminum alias nullibi legi, credoque potius, esse latinitatem Francicam, quam pure latinam.)

k) *Pource que le nom d'Escuyer, est entré en vogue, au moyen de ce, que les Gentilshommes d'espée s'en sont titrés, pour se distinguer des Nobles de ville, les menus officiers de la maison du Roy, à fin d'estre reputes Gentilshommes, comme anciennement on n'eust pas receu d'autres, se sont presque tous qualifiés Escuyers, ainsi que les officiers de l'Escurie. Ainsi ceux, qui souloient estre appellés Valets trenchans, ont voulu estre qualifiés Escuyers trenchans, & les officiers de la cuisine, iadis appellés maistres queux, se sont dits Escuyers de cuisine, & ainsi des autres*: Loyseau *audict chap. 5. n. 32.* (Quoniam nomen scutarii inde vsu introductum fuit, quod Nobiles milites ita se appellarent, vt distinguerentur à Nobilibus ciuitatum, minores officiarii domus Regiæ, quo haberentur pro nobilibus, (quemadmodum ad hæc officia olim alii, quam nobiles non admittebantur) omnes quasi se nominarunt scutarios, æque ac fecerunt officiarii stabuli. Sic illi, qui dicebantur famuli cibicidæ, atque officiarii culinæ, olim dicti magistri coqui, sibi attribuerunt nomen Scutariorum culinæ, &c.) *Dont on peut colliger, que les Escuyers estoient proprement ceux, d'entre les Gentilshommes, qui s'addonnoient au seruice des plus-grands, & partant estoient moins estimés, que ceux qui viuoient de leurs rentes. Mais en fin tous les Gentilshommes des champs ont pris ce nom, ressentant la profession militaire, qui sans doute, est la plus-vraye source de noblesse, afin de se distinguer de la noblesse de ville, qui prouient ordinairement des offices, mais ils ont gueres gaigné: Car à la parfin, ces officiers, pour paroistre aussi nobles que les Gentilshommes de race, ont vsurpé ce mesme nom, encor qu'ils n'ayent*

n'ayent iamais porté targue, ni escu: Loyseau *audict chap. 5. nomb. 33.* (Vnde colligere licet, scutarios proprie fuisse illos, inter Nobiles, qui seruiebant viris maioris nobilitatis, ac propterea in minori viuebant existimatione quam illi, qui se suis exhibebant reditibus. Tandem vero omnes Nobiles ruri habitantes cœperunt vsurpare hoc nomen, quod innueret professionem militarem, vnde reuera suam originem traxit nobilitas, quo distinguerentur à Nobilibus ciuitatis, quorum nobilitas ordinarie oritur ab officiis; verum non obtinuerunt quod intenderunt. Etenim tandem officiarii illi, vt viderentur æque nobiles, ac illi qui nobili de genere nati, idem sibi nomen attribuerunt, quamuis nunquam scutum gesserint, vel clypeum.)

l) Les plus-honnestes habitans des villes, ayant de long temps pris coustume, de se qualifier nobles hommes, cela a faict, que ceux d'espée ont desdaigné ce titre, & se sont voulu qualifier Escuyers. Combien que iadis Noble homme fust plus qu'Escuyer. Car Noble homme estoit le titre de la noblesse de dignité, & mesme de la haute noblesse, comme il se voit souuent dans du Tillet, des Princes du sang, prenans qualité de Nobles hommes. Et Froissard en plusieurs endroits de son histoire, dit, qu'en telle rencontre, il fut tué tant de Nobles, & tant d'Escuyers, mettant tousiours les Escuyers aprés les Nobles: Loyseau *d. chap. 5. n 21.* (Postquam honestiores ciuiratum incolæ, iam longo à tempore cœperunt sibi attribuere titulum nobilium hominum, Nobiles milites eum auersati sunt, atque voluerunt dici scutarii, licet olim nobilis homo fuerit maioris dignitatis quam scutarius. Nobilis homo enim erat titulus nobilitatis dignioris, ac nobilitatis maioris, vt sæpius legimus in Tilleto, Principes sanguinis eodem vsos fuisse; Froissardus quoque, in aliquot historiæ suæ locis, refert, in hoc, vel illo conflictu occisos fuisse tot nobiles homines, & tot scutarios, hos semper illis postponens.)

CAPVT V.

De secundo Nobilitatis gradu, & in specie, de Equitibus.

SEcundum nobilitatis gradum tenent illi, qui vel dignitatis Equestris sunt, vel maiora officia tenent, vel feuda dignitatum magnarum (*a*): scilicet illi, qui non simpliciter nobiles, sed vel Equites dicuntur, vel Dynastæ (*Seigneurs*). Equitis titulus in Gallia attribuitur, vel honoris & dignitatis causa, vel ordinis. Priori modo Equitis titulo gaudent illi, qui officia eminentioris dignitatis, togæ vel sagi, tenent (*b*). (Secundum

dum antiquitatis normam distinguebantur in Equites armorum,& legum (*c*).) Tales sunt (*d*) Officiarii coronæ, magistrales Officiarii domus Regiæ, Officiarii Consilii priuati, Præsidentes in Curiis supremis, Gubernatores, & Locum-tenentes Regis in Prouinciis,& maioribus ciuitatibus, aliique nonnulli (*e*). Quibus ordinis, scilicet militaris, causa titulus Equitis competit, duplici consideratione terminantur. Sunt enim illi, vel ordinis generalis, vel alicuius specialis. Generalis & antiquis temporibus vsitatus, non modo à Rege (*f*), in præmium (*g*), vel etiam incitamentum (*h*) actionum heroicarum aliis (*i*) collatus (*k*), sed quandoque etiam ab aliis Regi (*l*), volenti (*m*), varie tamen, siue cæremonias (*n*), siue tempus (*o*) spectemus. Inter alia notari meretur, eousque ventum, vt liberos, dum sacra abluerentur aqua, atque ita infantes, dignitate Equestri condecorarint (*p*). Speciales ordines Equitum, qui confraternitatem aliquam sapiunt, varii à Regibus Franciæ instituti memorantur. Robertus, A. C. MXXII. instituit ordinem Equitum B. Virginis Mariæ (*q*): eundem autem intermissum aliquandiu, restituit Iohannes, A. C. MCCCLI. (*r*) huius insigne erat stella aurea, quam Equites gerebant, vel in pileo, vel in pallio, vnde & Equites Stellæ appellabantur (*s*). Symbolum erat; *Monstrant Regibus astra viam.* Non multum autem temporis durauit hic ordo, sed, cum nimio Equitum numero laboraret, (Rex quem alii Iohannem (*t*), alii Carolum VII. (*u*) alii Ludouicum XI. (*x*) volunt) cohortes præfecti vigilum auream stellam pileis consuere iussit: vnde repente omnes Equites huius ordinis eadem vti desierunt, atque sic ordo euiluit, & euanuit. Ludouicus IX. autor fuit ordinis *de la Cosse de Geneste* (*y*), nec non ordinis *de nauire, dit d'oultre-mer* (*z*). Ludouicus XI. autor fuit ordinis Equitum S. Michaëlis Archangeli (*aa*), quem protectorem Regni (*bb*) agnoscebat, A. C. MCCCCLXIX. collare ordinis conchas duplicatas repræsentabat (*cc*), (quas Franciscus I. postea immutauit) à quo insigne ordinis dependebat, scilicet imago Archangeli Michaëlis, draconem conculcantis (*dd*): Symbolum

ftum esse dicitur; *Immensi tremor Oceani (ee)*. Numerus Equitum huius ordinis, cui autor varia præscripsit statuta, admittit personas triginta sex, & non solum Regis subditos, sed etiam extraneos*(ff)*. Henricus III. anno MDLXXIX. instituit ordinem Equitum S. Spiritus *(gg)*: collare ordinis nonnihil ab Henrico IV. armis militaribus auctum (*hh*); insigne autem est crux, cui adhæret columba alba, repræsentans Spiritum sanctum. Equites huius, insigne illud gerunt acu egregie pictum, in pallio, & à collo habent tæniam sericam, coloris cœrulei, à qua eadem insignia dependent *(ii)*. Hic ordo, qui inter Regios hodie præcipuus esse videtur, statutis egregiis ornatus est *(kk)*. Præter hos à Regibus introductos ordines, enumerantur etiam alii, qui à Principibus Galliæ instituti aliquando fuerunt. Carolo Martello adscribitur ordo *de la Genette (ll)*: Ludouico, vel secundum alios, Carolo, Duci Aurelianensi, ordo hystricis (*mm*): Francisco, Duci Britanniæ, ordo spicæ (*nn*): Ludouico II. Borboniæ Duci, ordo spinæ albæ (*oo*): crescentis Lunæ Renato, Andegauensi Duci & Regi Siciliæ (*pp*): Montmoranciis ordo canis *(qq)*; & aliis alii (*rr*).

Testes & Testimonia.

a) *La haute noblesse precede de trois diuerses sources, à sçauoir, de l'ordre des Cheualiers, des grands offices, & des Seigneurs de dignité. Mais toutes ces trois especes se rapportent enfin à mesmes titres de dignité, dont se qualifient presque indifferemment tous ceux de la haute noblesse; à sçauoir, de Cheualiers & de Seigneurs: Car d'vne part, ceux qui ont les grands offices, & les Seigneuries de dignité, se qualifient Cheualiers en leurs tiltres, aussi bien que ceux, qui ont l'ordre de Cheualerie; & d'autre part les Cheualiers, & grands officiers, se qualifient aussi bien Seigneurs, ou Messeigneurs, que ceux qui possedent les grandes Seigneuries:* Loyseau *des ordres, chap. 6. n.* 11. (Magna nobilitas triplicem habet originem, scilicet ab ordine Equestri; à maioribus officiis, & à dynastiis. Omnes tamen illæ tres species denique in titulo dignitatis conueniunt, quo vtuntur; quasi indifferenter omnes illi, qui maiore nobilitate gaudent, nempe in titulo Equitis, ac Domini. Etenim qui maiora tenent officia, aut dynastias, sibi non minus attribuunt titulum Equitis, quam illi, qui sunt ordinis Equestris: Atque Equites, ac maiores officiarii, salutantur domini aut *Messeigneurs*, æque ac illi, qui possident dynastias.)

b) Com-

b) *Comme en toutes dignités, il y en a, qui ne sont que honoraires, & par titre seulement, c'est à dire, qui n'ont pas l'ordre de Cheualerie: à sçauoir, tous ceux, qui possedent les hautes seigneuries, & les grands offices. Bref, tous ceux de la haute noblesse, se qualifient Cheualiers, comme reciproquement les Cheualiers se qualifient hauts Seigneurs, combien qu'ils n'ayent point de haute Seigneurie:* Loyseau *d. chap. 6. n. 36.* (Quemadmodum in omnibus dignitatibus reperiuntur nonnullæ, quæ sunt tantum honorariæ, & titulares; ita etiam multi dantur, Equites honorarii, ac titulares tantum; hoc est, qui in nullum equestrem ordinem cooptati sunt: quales sunt omnes illi, qui possident dynastias, aut maiora officia. Breuibus, omnes, qui sunt maioris nobilitatis, vtuntur titulo Equitis, quemadmodum etiam Equites titulo maiorum dominorum, seu dynastiarum, licet nullam possideant dynastiam.)

c) *L'ordre des Cheualiers premierement fut inuenté en faueur de ceux, qui suiuoient les armes, comme mesmement l'etymologie du mot nous rend certains. Toutesfois, tout ainsi comme en la noblesse, aussi par traicte de temps au fait de la Cheualerie, quelques gens de robbe longue y voulurent auoir part, à l'occasion de leurs dignités & offices. Au moyen de quoy, on fist double distinction de Cheualiers; Les aucuns estans Cheualiers des armes, & les autres Cheualiers des loix (ou de la lecture, selon Iean de Mehun, en son Roman de la Roze.) Froissard au ch. 177. liu. 1. de ses histoires, parle de trois Cheualiers, dont les deux estoient d'armes, & le tiers des loix. Les deux d'armes, dit-il, Monsr. Robert de Clermont, Gentil & Noble grandement, l'autre, le Seigneur de Conflans: le Cheualier des loix, Monsr. Simon de Bussy. Et à ce propos, Guillaume de Nangy, qui fut presque contemporain de Charles V. dit, que cestuy de Bussy estoit Conseiller au grand conseil, (c'est à dire, pour parler comme à present, Conseiller au Conseil priué du Roy:* Loyseau *du droit des offices, liu. 1 chap. 9. n. 17.) & premier President en la Cour de Parlement. Qui fut cause, pour laquelle il fut appellé Cheualier des loix: pour autant, que les premiers Presidens se disent par priuilege ancien auoir annexé à leurs offices l'estat de Cheualier:* Pasquier, *liu. 2. des recherch. de la France, chap. 13. fol.* 81. *lit. g. & h.* (Ordo Equitum primum inuentus fuit in fauorem eorum, qui armis vacabant, vt ipsius nominis ratio indicat. Verum, quemadmodum de nobilitate, sic etiam, tractu temporis, de dignitate Equitum, nonnulli togatorum participare voluerunt, propter dignitates & officia, quibus præerant; vnde nata est distinctio Equitum armorum, ac Equitum legum (aut literarum.) Froissardus *lib. 1. histor. cap.* 177. mentionem facit trium Equitum, quorum duo erant armorum, & tertius legum. Duo illi Equites armorum erant, Robertus Claromontanus, maxime Nobilis, & N. dominus de Confluente; Eques autem legum, Dominus Simon de Bussi. Gulhelmus de Nangy, qui fuit fere contemporaneus Caroli V. ait, hunc de Bussi fuisse consiliarium in Consilio magno, (id est, vt nunc loquimur, consiliarium in Consi-

Consilio priuato Regis) ac primum Præsidem Curiæ Parlamenti, vnde habuit titulum Equitis legum: primi enim Præsides Parlamenti affirmant, sibi antiquo priuilegio, ratione officii competere dignitatem Equestrem.)

d) *Les offices de la Couronne, les Chefs d'office de la maison du Roy, tous ceux du Conseil priué, & par consequent les Presidens des Cours souueraines, qui en sont, les Gouuerneurs, & Lieutenans du Roy és prouinces:* Loyseau *d.liu.1.ch.9. n.18.* Officiarii Coronæ, principes & capita inter officiarios domus Regiæ, omnes Consiliarii consilii priuati, ac consequenter Præsides Curiarum supremarum, qui illius sunt membra, Gubernatores ac Locum-tenentes Regis in prouinciis.)

e) *Il faut encore adiouster (à l'enumeration des offices, qui produisent la haute noblesse) les Gouerneurs des prouinces, & bonnes villes, & les Capitaines en chef, des compagnies d'ordonnances, retenuës en paix, & en guerre; & encor leurs Lieutenans, selon aucuns: combien que ce ne soient offices, ains simples commissions, permanentes toutesfois, ainsi que nous viuons, & qui n'ont accoustumés d'estre reuoquées:* Loyseau *des ordres d.ch.6.n.55.* (Addi etiam debent numero officiorum, quæ nobilitant, Gubernatores prouinciarum, ac magnatum ciuitatum, & Capitanei primarii militum ordinationum, qui hoc habent munus, tam tempore belli quam pacis; nec non, vt nonnulli opinantur, horum locum-tenentes: licet hæc non sint officia, sed tantum commissiones simplices, permanentes tamen, vt moris est, & quæ non solent reuocari.)

f) Vide supra *lib.2 c.7.lit.ooo.*

g) *L'ordre de Cheualerie est vne qualité d'honneur, que les Rois, & autres Princes souuerains, attribuënt à ceux, qu'ils veulent signaler par dessus les autres Gentilshommes les plus preux, & vaillans:* Loyseau *d. ch.6. n.13.* (Ordo Equestris est honor, quem Reges, aut alii summi Principes, conferunt illis, quos aliis nobilibus prælatos volunt, tanquam magis strenuos.)

h) *Nos Roys, qui sur leur premiere arriuee auoient recompensé leurs Capitaines, & braues soldats, en fiefs nobles, voyans, apres vne longue reuolutoin de années, que le fonds de leurs liberalités estoit, pour ce regard, mis à sec (d'autant que toutes les terres de leur Royaume estoient remplies) s'aduiserent de trouuer vne autre façon de recompense, non veritablement si riche, & opulente, mais de plus-grand honneur, que les fiefs. Parquoy fut mis ingenieusement par eux, ou leurs sages Conseillers, l'ordre de cheualerie en auant. Car, au lieu, où premierement ils recompensoient leurs subiects en terres, & grandes possessions, à mesure qu'ils gaignoient les prouinces, de là en auant ils commencerent de les recognoistre pour bons, & loyaux seruiteurs, par grandes, & amiables caresses; c'est à sçauoir, par accollées de leurs personnes. Ces accollées depuis se tournerent en religion, de maniere que lors, que nos Roys vouloient semondre quelques Gentilshommes, ou braues Soldats, à bien faire le iour d'vne bataille, ou bien, qu'ils leur*

 vouloient

vouloient gratifier à l'issuë de vne entreprise, les caressoient d'vne accolée, & en ce faisant, auec quelques autres petites ceremonies, ils estoient reputés Cheualiers, ayant par ce moyen, comme s'ils fussent sortis des propres costés du Roy, autant de primauté, & d'auantage dessus le reste de la Noblesse, comme la Noblesse en son endroit dessus le demeurant du peuple : Estienne Pasquier *liu. 2. ch. 13. fol. 81. lit. e. & f.* (Nostri Reges, qui primo strenuos suos milites remunerauerant feudis nobilibus, videntes, multos post annos, sibi non superesse, vnde liberalitatem illam continuare possent (postquam omnia feuda militibus collata essent) alium modum remunerandi inuenerunt, vel ipsi, vel eorum sapientes Consiliarii, non quidem adeo opulentum, & diuitias offerentem, honore tamen ante feuda; qui fuit ordo Equitum. In locum tamen remunerationis, quæ fiebat collatione fundorum, ac magnorum bonorum, secundum numerum prouinciarum, quas bello acquisiuerant, cœperunt postea bonos & fideles ministros blanditiis, ac magnis beneuolentiæ signis excipere, simulque amplecti. Amplexus illi postea religiose obseruati fuerunt : quando enim Reges incitare voluerunt nobiles, aut milites, ad strenue agendum in prælio, aut post commissam pugnam referre gratiam, eos publice complexi sunt, ac intermiscendo exiguas cæremonias, eos declararunt Equites. Quo medio, non minus, ac si à Regibus progeniti, nanciscebantur talem honorem, ac gradum, præ cæteris Nobilibus, qualem hi tenebant ante populum reliquum.)

i) *Les belles ceremonies, & magnificences, qui se faisoient à la creation des Cheualiers, notamment que le Roy mesme prenoit la peine, le plus-souuent, de leur ceindre l'espée, furent cause, que non seulement les simples Gentilshommes, ains aussi les Seigneurs, mesme les Princes, & iusques aux enfans des Rois, voulurent auoir ceste dignité de Cheualerie, estimans, que ce leur estoit non seulement vn honneur, mais aussi vn bon presage, & mesme vn engagement à la vaillance, & prouësse, de receuoir l'espée de la main de leur Prince. Ainsi nous voyons dans nos Annales, que le Roy Charlemagne ceignit l'espée à Louys Debonnaire son fils, estant prest d'aller en guerre contre les Auarois; & que mesme Loys Debonnaire, en fist autant à Charles le Chauue, son fils, dit Aimon liu. 5. chap. 17. Pareillement, le Roy S. Louys fit Cheualier son fils aisné, Philippe III. & cestui-cy ses trois enfans; & remarque l'histoire, qu'en tels actes les Roys auoient leur couronnes en teste, & tenoient Cour pleniere, & table ouuerte* : Loyseau *d. ch. 6. n. 30.* (Egregiæ cæremoniæ, ac magnificentiæ, quæ in actu creationis Equitum obseruabantur, præcipue, quod Rex ipse sæpius illorum lateri accingebat gladium, causam præbuerunt, vt non solummodo simplici nobilitate exornati, verum etiam Dynastæ, imo & Principes, atque filii Regum ambierint hunc gradum, qui honori fuit, nec non instar obligationis ad fortiter agendum, recipiendo gladium à manu Principis. Ita legimus *in Annalibus nostris*, à Carolo Magno, in bellum

bellum eunte contra Auares, accinctum fuisse gladio Ludouicum Pium, huncque idem fecisse filio suo Carolo Caluo: Aimon. *lib.5.chap.*17. Similiter Ludouicus Sanctus filium suum natu maiorem, Philippum III. creauit Equitem, & hic postea tribus suis filiis eundem contulit ordinem. In historiis annotatum legitur, Reges, hunc actum expedientes, coronam gessisse in capite, celebrasse solemnem Curiam, ac tenuisse epulares mensas.)

k) Eques nemo nascitur, sed creatur, dum ei ordo Equestris confertur. Scilicet pater, qui Eques, filium non procreat Equitem, vt Nobilis Nobilem: Menockius *Consil.126.n.36.lib.2. Le Gentilhomme nait, mais le Cheualier se fait:* Philippe Moreau, *au tableau des armoiries de France, ch.7.pag.206. Combien que les simples Gentilshommes, & les Princes (du sang) ayent leur qualité par nature, au moins de leur naissance, contre la reigle commune des autres dignités, si est-ce, que la Cheualerie retient la reigle commune des ordres, d'autant que nul ne naist Cheualier, ains faut que cest ordre, ou qualité soit actuellement conferée à la personne. Et encor que les Princes (du sang) soient au dessus des Cheualiers, si est-ce que les Princes ne sont pas vrais Cheualiers, s'ils n'ont receu l'ordre de Cheualerie; mesmement les enfans des Rois ne naissent pas Cheualiers.* (Licet Nobiles, ac Principes (sanguinis) dignitatem suam à genitura habeant, contra regulam communem aliarum dignitatum; dignitas tamen Equestris retinet regulam communem ordinum, quia nemo nascitur Eques, sed opus hic est collatione actuali. Et quamquam Principes (sanguinis) præcedant Equites, non tamen sunt veri Equites, nisi acceperint ordinem Equitum, imo nec filii Regis nascuntur Equites: Choppin *liu.2. de doman. c.* 29. Loyseau *d. ch.6.n.33.* Ego *de iure publico Imperii Romanogermanici, lib.6.cap.2. n.8.*

l) Ludouicus XI. cum Rhemis inauguraretur, & Francici imperii habenas susciperet, XVIII. Cal. Sept. anno M CCCC LXI. se fecit creari Equitem à Philippo, Burgundiæ Duce: Tillet *en son recueil des Roys de France, leurs Couronne & maison, tit. des Cheualiers de l'ordre du Roy, & estat de Cheualerie, p.m.316.* Franciscus I. post prælium Marignianum, XVII. Calend. Octob. anno MDXV. Choppin *de doman. Gall. lib.3. tit.26. n.13. se fit faire Cheualier par le Capitaine Bayard, qui luy ceignit l'espée:* Loyseau *d. ch.6. n.34.* Bodinus *de Republ. lib.5. cap.3, pag.855.*

m) La dignité Royale comprend en soy toutes dignités, voire toutes dignités procedent d'icelle, ainsi que toute la lumiere du monde procede du Soleil: De sorte que ce, qu'aucuns Roys ont voulu estre faits Cheualiers, estoit plustost pour honorer l'ordre de Cheualerie, ou bien la personne de celuy, par les mains duquel ils le receuoient, que pour en auoir eux-mesmes vn accroissement d'honneur. Aussi voyons-nous, que par les institutions des ordres particuliers des Cheualiers, les Princes instituteurs d'iceux, ont ordonné, qu'eux, & leurs successeurs en leurs Estats, en demeureroient Chefs à perpetuité, lesquels,

pour cest effect, n' ont besoing que l' ordre leur soit conferé: Loyseau *d.ch.6.n 35.* (Dignitas Regia sub se comprehendit omnes dignitates, quin imo ab illa omnes dignitates procedunt, quomodo omnis lux à Sole. Hinc, quod Reges nonnulli voluerunt creari Equites, potius referri debet ad honorem, quem detulerunt ordini Equitum, aut personæ illius, à cuius manu voluerunt eum suscipere, quam quod inde dignitati Regiæ aliquid splendoris addi crediderint. Sic percipimus ex institutis singulorum ordinum, quod Principes autores sibi suisque successoribus in principatu, perpetuo reseruauerint locum primum, qui debetur capiti, vnde haud opus est ordinem iisdem conferri.)

n) Collatio Equestris ordinis erat vel solemnis, vel minus solemnis: illa tempore pacis, vel extra bellum; hæc fere peragebatur in expeditione bellica. Illius cæremoniæ erant, (*qu' aprés auoir veille és prieres dans l' Eglise, puis fait faire prieres publiques, & solemnelles, le Roy leur bailloit l' accollee, c' est à dire, selon aucuns, qu' il les frappoit sur les espaules du plat de son espée, eux estans à genoux: ou plus-tost, l' accollee est l' embrassement, que le nouueau Cheualier reçoit de son Roy, ou Prince souuerain, au moyen duquel il est desormais reputé son amy, & fauory.*) vt postquam vigiliis & precibus in Ecclesia vacassent, atque preces publicæ & solemnes accessissent, Rex illos complecteretur, id est, secundum nonnullos, dorsum procumbentium in genua, feriret plano gladii, vel secundum alios, ac veriorem sententiam, amplecteretur Candidatum Equitem; quo facto eum recipiebat in numerum amicorum, ac gratiosorum: Loyseau *d.ch.6.n.14.& 15.& n.20.* vbi ait: *Nos Cheualiers ont encor emprunté des Empereurs Romains vne ceremonie notable, à sçauoir, que le Prince, en leur baillant l'ordre de Cheualerie, leur donne, & ceint l' espée*, dat eis cingulum militare, seu baltheum, *que nous appellons proprement baudrier. Et pource qu' en France* (pergit loqui Loyseau *n. 29.*) *non seulement les soldats enroollés, mais aussi les simples Gentilshommes, comme soldats nés, & naturellement destinés à la guerre, ont droit de porter l'espée en tout temps, & par tout, voire iusques dans le cabinet du Roy, il a fallu bailler aux Cheualiers, qui ont vn degré de dignité pardessus les simples Gentilshommes, vne enseigne, ou remarque, plus-particuliere de leur dignité, qui est d' auoir les esperons dorés, & tout autre harnois, ou esquipage de cheual; ce qui n' estoit anciennement permis de porter, qu' aux seuls Cheualiers, comme Bouteiller a bien remarqué, & aprés luy du Tillet: & c' est pourquoy aucuns de nos modernes escriuains appellent les Cheualiers* Equites auratos. (Nostri Equites, ad exemplum Romanorum, accipiunt à Rege ensem & cingulum militare, seu baltheum, quem nos appellamus *baudrier*. Quoniam autem in Francia, non solum milites relati in numeros, sed etiam simplici nobilitate gaudentes, tamquam milites nati, & naturaliter ad bellum destinati, habent ius gestandi gladium, omni tempore, ac vbique locorum, ne quidem excepto conclaui Regis; necessarium fuit Equitibus, tamquam

tamquam in maiori dignitate constitutis, dare aliam notam particularem, qua distinguerentur à simpliciter nobilibus; nempe potestatem vtendi calcaribus deauratis, atque etiam omni alio ornatu equi deaurato; quod olim peculiare fuit Equitibus, vt Butelerius, & post eum Tilletus obseruauit: atque hinc nonnulli ex modernis scriptoribus nostris eos nominant *Equites auratos.*)

o) *Aussi estoit-ce l'ancienne façon de faire les Cheualiers, soit deuant vne bataille, ou vn assaut, afin d'encourager les braues Gentilshommes de s'y porter vaillamment: soit aprés la bataille, ou prise de la place, pour recompenser ceux, qui y auoient bien faict. Dont il y a vn bel exemple dans Monstrelet au 155. chap. du 1. vol. & dans Froissart, liu. 1. où il fait le compte des Cheualiers de Lieure. Les armées des Roys Philippes de Valois, & Edouard tiers, d'Angleterre, estans proches pour combattre, à la iournée assignée, entre Vironfosse, & la Flamenguerie, vn lieure passa chemin deuant le camp des François, dont fut faicte vne huée, & grand cry: les derniers qui l'ouirent, pensans que ce fust le commencement de la bataille, se disposerent à faicts d'armes: aucuns Escuyers de bonne volonté requirent, & eurent Cheualerie. Mais parce que lesdites armées ne combattirent, & ledit Roy Edouard se retira, ils furent tousiours depuis appellés les Cheualiers du Lieure.* (Antiqua consuetudine Equites creabantur, aut ante prælium, vel oppugnationem, quo strenui nobiles incitarentur ad rem fortiter gerendam; aut post prælium, vel expugnatam vrbem, in remunerationem præstitæ operæ. Exemplum elegans habetur apud Monstreletum, *vol. 1. cap. 155.* ac Froissardum *lib. 1.* vbi mentionem facit Equitum leporis. Cum exercitus Regis Franciæ, Philippi Valesii, ac altera ex parte Edoardi III. Regis Angliæ, parati essent ad prælium, in loco condicto, leporem ante aciem Francorum currere contigit, vnde inconditus clamor exortus: Hunc illi, qui in vltimis erant ordinibus, percipientes, signum prælii dari rebantur, atque ideo arma proferebant, ituri in hostem: nonnulli autem Scutarii animo fortiter dimicandi cum petiissent creari Equites, voti compotes facti sunt. Quoniam vero non commissum fuit prælium, Edoardo illud declinante, dicti Equites postea semper appellati fuerunt Equites leporis.) Tillet *au recueil des Roys de France &c. tilt. des cheualiers &c. pag. 319.*

p) Theodorus Godofredus, *au Ceremonial de France, pag. 275.* describens solemnitatem baptismatis Francisci, filii primogeniti Henrici, Delphini Viennensis, anno M D XLIII. qui erat primogenitus Francisci I. addit: *En cet ordre fut porté le Seigneur Duc* (baptisandus) *en la chapelle de Fontainbleau, pour estre baptisé, là où se trouua le Roy,* (Franciscus I.) *lequel auant que proceder audit baptesme, fit iceluy Monseigneur le Duc, Cheualier.* Non autem solum hoc semel, & hac tantum vice factum, sed sæpius fuisse,

 (vel

(vel à Rege ipſo, vel alio maioris Ordinis officiario. vide Phil. Labbé *tom. 2. de l'alliance Chronologique, au meslange curieux, chap. dernier* §. 25. *p.* 692.) innuit Pontus Heuterus, *in præfat. genealog. præcipuar. aliquot è Gallia Francica, & Belgica, familiar.* vbi ait; *Tandem eo licentiæ eſt peruentum, vt liberos primum natos, dum ſacra abluerentur aqua dignitate Equeſtri condecorarent.*

q) Vide Fauyn *au theatre d'honneur, liu.* 3. *pag.* 568.

r) *Le Roy Iean inſtitua, en l'an M CCC LI. l'ordre des Cheualiers de la Vierge Marie, au chaſteau S. Ouen, prés Paris, maintenant appellé Clichy. Et pource qu'ils portoient vne eſtoile en leurs chaperons, puis en leurs manteaux, aprés l'vſage des chaperons aboly, on les appella Cheualiers de l'Eſtoile*: Loyſeau *d. ch.* 6. *n.* 43. (Iohannes Rex inſtituit anno M CCC LI. ordinem Equitum B. Virginis Mariæ, in Caſtro S. Dueni, non procul à Lutetia ſito, nunc appellato *Clichy*; ac quoniam in capitiis, ac deinde his ab vſu remotis, in palliis, gerebant ſtellam, nominabantur Equites Stellæ.) Verum Fauyn *d. l. pag.* 573. docet, hunc ordinem antea inſtitutum, poſtea à Iohanne reſtitutum fuiſſe. *Cet ordre de l'eſtoile intermis par les guerres, & pertes des batailles contre les ennemis de la Couronne, du temps de Philippes de Valois, fut remis ſus par le Roy Iean.* Adde pag. 574. & Charron, *en l'hiſtoire vniuerſ. chap.* 140. *pag.* 1042.

s) Megiſer von dem dreyfachen Ritterſtand / *part.* 1. *cap.* 12. ex quo ego, *de iure publ. d. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 39.

t) *Chacun s'eſtimant digne de cet honneur, le Roy Iean ſe vid tant importuné de le donner, qu'à la Cour on ne voyoit que Cheualiers de l'ordre: de quoy luy-meſme, qui en auoit eſté l'inuenteur, ſe trouua ſcandaliſé, voyant auoir expoſé à l'ambition ce, qu'il auoit deſtiné au merite. Donc pour le faire haïr, il ordonna, que de là en auant les Sergens de Paris (aucuns diſent, les Archers du guet) porteroient, ſur le haut de l'eſtomach, & derriere ſur le dos, vne eſtoile, pour ce eſtre recognus. Alors tous les Gentilshommes, qui portoient l'eſtoile pour marque d'honneur, & de vertu, la laiſſerent, & ainſi s'escoula*: Du Haillan, *liu.* 3. *de l'eſtat, & ſuccés des affaires de France, pag.* 462. Verum errare illos affirmat Fauyn *d. l. pag.* 574. & 577. qui hunc ordinem à Iohanne immutatum, à Carolo V. vel VII. abolitum, ſcribunt.

u) Prudenter Carolus VII. Rex, qui cum Equeſtrem ordinem calamitoſiſſimis Reip. temporibus cum indigniſſimis communicatum, prece vel pretio fuiſſe, nec ſine graui contumelia extorqueri poſſe, intelligeret (erat autem ordinis inſigne aurea ſtella pileo innexa) cohortes Præfecti vigilum auream ſtellam pileis conſuere iuſſit. Quo edicto repente omnes Equites aureas ſtellas de pileis detraxerunt: Bodin. *de Republ. lib.* 5. *cap.* 4. *pag* 854.

x) *Louys XI. pour eunoblir ſon ordre, par l'aneantiſſement du precedent, donna la marque de l'Eſtoile au Cheualier du guet de Paris, & à ſes Archers*: Ita Loyſeau *d. ch.* 6. *n.* 44.

y) Vide

y) Vide Fauyn d. lib. 3. p. 581.

z) Vide eundem *Fauyn d. l. 3. p. 591.*

aa) Pierre Matthieu *en l'histoire de Louys XI. liu. 5. n. 4. pag. 217. & seqq.*

bb) *Louys XI. introduisit dés le premier iour d'Aoust MCCCCLIX. vn ordre de Cheualiers, par forme de confrairie, leur donnant pour patron S. Michel: induit specialement ce faire, parce qu'il estimoit, que S. Michel auoit esté le principal protecteur de la France, pendant les guerres des Anglois. Car Ieanne la Pucelle (du pretexte de laquelle s'estoit grandement aidé le Roy Charles VII. pour le recouurement de ses terres) publioit en tous lieux, qu'elle auoit propos, & communication de conseil, toutes les nuicts, auec S. Michel; tellement que Louys XI. estimant que le plus-grand ennemy, qu'eussent eu les Anglois, c'estoit ce grand Sainct, lequel mesmement n'auoit laissé venir en leur subiection le lieu, où de tout temps, & d'ancienneté on luy a dedié vn temple, qui est le mont S. Michel, voulust dresser ceste confrairie, quasi pour eternel trophée, & commemoration des victoires, que son pere auoit obtenuë sur les anciens ennemis de la France:* Estienne Pasquier, *d. liu. 2. des recherches de la France, ch. 13. fol. 82. lit. e.* (Ludouicus XI. instituit Calend. Augusti, anno MCCCCLXIX. ordinem Equitum, in forma confraternitatis, illis assignans pro patrono S. Michaëlem: quoniam hunc Archangelum primarium defensorem Franciæ fuisse arbitrabatur in bellis contra Anglos gestis. Iohanna enim Virgo, cuius opera Carolus VII. maxime vsus fuit in recuperandis vrbibus ab Anglo occupatis, vbique vulgauerat, sese nocturna colloquia & communicationem consiliorum cum S. Michaële habere. Vnde Ludouicus, putans, S. Michaëlem maximum Anglorum hostem, cumprimis obstitisse, quo minus locum, vbi ab antiquo, eius nomini templum ædificatum fuit, caperent, in monte Michaëlis, voluit instituere hanc confraternitatem, vice perpetui trophæi, ac commemorationis victoriarum, quas pater eius reportauerat ab antiquis Franciæ hostibus.)

cc) *Le collier fut d'or, faict à coquilles doubles, assises l'vne sur l'autre, & lassées de lacqs de soye à fers d'or, sur chainnettes, ou mailles, de mesme. Mais le Roy François I. en faueur du Sainct, dont il portoit le nom, changea ces chainnettes en cordelieres, comme on le void à present. Au bas est attachée la figure de S. Michel armé, surmontant, & foulant aux pieds vn Diable. Ce sont toutes marques des victoires obtenuës par l'instituteur sur les Anglois, par luy vaincus, plus par les armes celestes, que par les humaines. Car on trouue, que ce S. Archange apparut d'autresfois combattant pour les François. Les coquilles sont les despoüilles de ces mesmes victoires sur les Anglois, qui se disent Rois de la mer. C'est à l'imitation des pelerins, qui venans de rendre leurs vœux, & offrandes à S. Michel, dont le temple est basty sur vn haut rocher, sur la coste de Bretaigne, se chargent de coquilles.*

Et ce

Et ce Roy prenant plaisir de faire le mesme, fut appellé Pelerin de S. Iacques par les Espagnols: Moreau, *au tableau des armoiries de France, chap. 7. pag. 267.* (Collare fuit ex auro, repræsentans conchas duplicatas, aut colligatas funiculo serico, exornato auro, supra catenulis aureis. Verum Rex Franciscus I. in fauorem Sancti, cuius vtebatur nomine, mutauit illas catenulas in funiculos, vt hodie videre licet. Inde dependet imago S. Michaelis armati, pedibus conculcantis diabolum. Signa hæc sunt victoriarum, quas ordinis institutor obtinuit contra Angelos, mágis armis cœlestibus, quam humanis. Legitur enim hunc Archangelum aliquando apparuisse pugnantem pro Francis. Conchæ denotant spolia detracta Anglis, qui se dicunt Reges maris. Factum hoc est ad imitationem religiosorum peregrinatorum, qui vbi exoluendi voti causa donaria sua S. Michaëli offerunt, cuius templum ædificatum est supra præruptum saxum ad littus Britannicum, se onerant conchis. Itaque cum idem facere amaret Rex iste, ab Hispanis peregrinator S. Iacobi appellatus fuit.)

dd) Megiser *d. tr. cap. 8. pag. 37.*

ee) Vide me *de iure publ. d. lib. 6. c. 2. n. 33.* inprimis vero Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 3 pag. 616. & seqq.*

ff) Parce qu'il y a vn, entre les statuts de cet ordre, que chacun Cheualier oye la messe tous les iours, le ieune Duc en Saxe, tenant la confession d'Auguste, se excusa d'accepter ledit ordre, à luy offert par le Roy Henry II. & combien que sa religion ne fust bonne, son excuse fut loüee, & l'intention de n'encourir le pariure. Ita refert Tillet *d. l. pag. 317.* (Quoniam inter statuta huius ordinis habetur, vt quilibet horum Equitum quotidie adsit sacrificio Missæ, iunior Dux Saxoniæ, qui erat confessionis Augustanæ, noluit acceptare hunc ordinem oblatum ab Rege Henrico II. ac licet sequeretur religionem haud bonam, excusatio tamen, & intentio illa laudata fuit, quod nollet fieri periurus.)

gg) Henry III. grand inuenteur, & amateur de nouuelles ceremonies institua l'ordre, & milice du S. Esprit, en souuenance de ce, qu'au iour de Pentecoste il auoit esté nay, & fait Roy. (Henricus III. magnus inuentor & amator nouorum rituum, instituit ordinem & militiam S. Spiritus, in recordationem eius, quod die festo Pentecostes erat natus & factus Rex:) Loyseau *d. lib. 6. n. 45.* Apud nos, Rex (scribit Thuanus *histor. lib. 68.* ad ann. CIƆIƆLXXIX.) quo erat ingenio, vetera fastidiens, & nouarum rerum semper cupidus, obsolescente conchyliato ordine, ob communicatum promiscue indignis hominibus, iam à multo tempore hunc præcipuum nobilitati, & militaribus meritis, honorem debitum, nouum Equitum collegium à se institutum, ac nomine S. Spiritus nuncupatum, solemni lustratione celebrauit. Centenario numero absolutum collegium, in eo comprehensis, Rege, ordinis principe, quatuor Cardinalibus, quatuor Antistitibus Ecclesiasticis, ma-

gno Eleemosynario, Cancellario, Præfecto cæremoniarum, magno Thesaurario, Graphiario, Feciali, ostiario Commendatorum nomine dicti Equites, quod ab initio instituisset Rex, ex opimioribus cœnobiis detractis amplissimis vectigalibus, commendas ad Hispaniensium exemplum creare, consilio ante quadriennium à Cardinale Lotharingo, statim atque in Regnum venit, sumpto, qui ea spe id consilii Regi dederat, sicuti iactabatur, vt cum opimiora Regni, quæ vocant beneficia, Regum liberalitate possideret, ea veluti familiæ suæ propria per commendas faceret, idq; illi ante mortem à sacro ordine, & ab amicis per literas exprobratum fuerat. Postea eo mortuo, Rex apud Pontificem crebro per Oratores suos egit, vt cœnobiorum bona, commendis illis, autoritate sua interposita, attribui pateretur: nam eum ordinem ad religionis Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ amplificationem, & sectarii veneni exstirpationem, institutum esse; idque Equitum præcipuum iusiurandum esse: quod, cum reclamante sacro ordine, impetrare non potuisset, nomen nihilo minus mansit, & Equites S. Spiritus Commendatores, statutis de eo ordine Decembri proximo promulgatis, appellati sunt: vt ex eo, quid Regi ab initio consilii fuerit, posteris constet, videantque, ac caueant, qui post nos erunt, ne, quod ab ipso tunc frustra tentatum est, sub successoribus eius exitum aliquando sortiatur.

bb) Henry III. donna à ces Cheualiers vn collier d'or, faict à chiffres, & fleurs de lis, auec flammes de feu, soustenant vne croix de Malthe, chargee d'vne colombe en esmail blanc; symbole du S. Esprit, qui apparut au monde en forme de colombe, & en langues de feu. Parmy ces chiffres nostre Roy Henry IV. a meslé des heaumes, tymbres & trophées d'armes, dont naissent des flammes, & boüillons de feu pour marque de ses batailles & victoires: Moreau *d. tr. pag. 269.* (Henricus III. dedit his Equitibus collare aureum, compositum ex notis, ac floribus liliorum, nec non flammis igneis, sustinens crucem Melitensem; cui addita columba in albo pigmento metallico, symbolum Spiritus sancti, qui apparuit in forma columbæ, ac in linguis flammeis. Notis illis Rex noster Henricus IV. superaddidit galeas & arma, ex quibus nascuntur flammæ, & globi ignei, quibus designare voluit prælia, & victorias suas.)

ii) Ces Cheualiers, outre la marque de leur ordre, qu'ils portent sur leurs manteaux, en portent encor vne autre, penduë au col à vn ruban de tafetas bleu: Loyseau *d. ch. 6. n. 45. Et n'est oublier, que les Prelats, & personnes Ecclesiastiques, estans admis à cet ordre militaire, ils n'entourent leurs armoiries du grand collier d'or, comme les autres, mais seulement d'vn ruban de tafetas bleu celeste, que tous les Cheualiers portent ordinairement*: Moreau *d. pag. 269.* (Equites isti, præter insigne ordinis, quod in palliis gerunt, aliud quoque habent, dependens à collo, alligatum tæniæ multitii serici,

Et ce Roy prenant plaisir de faire le mesme, fut appellé Pelerin de S. Iacques par les Espagnols: Moreau, *au tableau des armoiries de France. chap. 7. pag. 267.* (Collare fuit ex auro, repræsentans conchas duplicatas, aut colligatas funiculo serico, exornato auro, supra catenulis aureis. Verum Rex Franciscus I. in fauorem Sancti, cuius vtebatur nomine, mutauit illas catenulas in funiculos, vt hodie videre licet. Inde dependet imago S. Michaelis armati, pedibus conculcantis diabolum. Signa hæc sunt victoriarum, quas ordinis institutor obtinuit contra Angelos, magis armis cœlestibus, quam humanis. Legitur enim hunc Archangelum aliquando apparuisse pugnantem pro Francis. Conchæ denotant spolia detracta Anglis, qui se dicunt Reges maris. Factum hoc est ad imitationem religiosorum peregrinatorum, qui vbi exoluendi voti causa donaria sua S. Michaëli offerunt, cuius templu mædificatum est supra præruptum saxum ad littus Britannicum, se onerant conchis. Itaque cum idem facere amaret Rex iste, ab Hispanis, peregrinator S. Iacobi appellatus fuit.)

dd) Megiser *d. tr. cap. 8. pag. 37.*

ee) Vide me *de iure publ. d. lib. 6. c. 2. n. 33.* inprimis vero Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 3 pag. 616. & seqq.*

ff) Parce qu'il y a vn, entre les statuts de cet ordre, que chacun Cheualier oye la messe tous les iours, le ieune Duc en Saxe, tenant la confession d'Auguste, se excusa d'accepter ledit ordre, à luy offert par le Roy Henry II. & combien que sa religion ne fust bonne, son excuse fut loüée, & l'intention de n'encourir le pariure. Ita refert Tillet *d. l. pag. 317.* (Quoniam inter statuta huius ordinis habetur, vt quilibet horum Equitum quotidie adsit sacrificio Missæ, iunior Dux Saxoniæ, qui erat confessionis Augustanæ, noluit acceptare hunc ordinem oblatum ab Rege Henrico II. ac licet sequeretur religionem haud bonam, excusatio tamen, & intentio illa laudata fuit, quod nollet fieri periurus.)

gg) Henry III. grand inuenteur, & amateur de nouuelles ceremonies institua l'ordre, & milice du S. Esprit, en souuenance de ce, qu'au iour de Pentecoste il auoit esté nay, & fait Roy. (Henricus III. magnus inuentor & amator nouorum rituum, instituit ordinem & militiam S. Spiritus, in recordationem eius, quod die festo Pentecostes erat natus & factus Rex:) Loyseau *d. ch. 6. n. 45.* Apud nos, Rex (scribit Thuanus *histor. lib. 68.* ad ann. CIƆIƆLXXIX.) quo erat ingenio, vetera fastidiens, & nouarum rerum semper cupidus, obsolescente conchyliato ordine, ob communicatum promiscue indignis hominibus, iam à multo tempore hunc præcipuum nobilitati, & militaribus meritis, honorem debitum, nouum Equitum collegium à se institutum, ac nomine S. Spiritus nuncupatum, solemni lustratione celebrauit. Centenario numero absolutum collegium, in eo comprehensis, Rege, ordinis principe, quatuor Cardinalibus, quatuor Antistitibus Ecclesiasticis, ma-

gno

gno Eleemosynario, Cancellario, Præfecto cæremoniarum, magno Thesaurario, Graphiario, Feciali, ostiario Commendatorum nomine dicti Equites, quod ab initio instituisset Rex, ex opimioribus cœnobiis detractis amplissimis vectigalibus, commendas ad Hispaniensium exemplum creare, consilio ante quadriennium à Cardinale Lotharingo, statim atque in Regnum venit, sumpto, qui ea spe id consilii Regi dederat, sicuti iactabatur, vt cum opimiora Regni, quæ vocant beneficia, Regum liberalitate possideret, ea veluti familiæ suæ propria per commendas faceret, idq; illi ante mortem à sacro ordine, & ab amicis per literas exprobratum fuerat. Postea eo mortuo, Rex apud Pontificem crebro per Oratores suos egit, vt cœnobiorum bona, commendis illis, autoritate sua interposita, attribui pateretur: nam eum ordinem ad religionis Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ amplificationem, & sectarii veneni exstirpationem, institutum esse; idque Equitum præcipuum iusiurandum esse: quod, cum reclamante sacro ordine, impetrare non potuisset, nomen nihilo minus mansit, & Equites S. Spiritus Commendatores, statutis de eo ordine Decembri proximo promulgatis, appellati sunt: vt ex eo, quid Regi ab initio consilii fuerit, posteris constet, videantque, ac caueant, qui post nos erunt, ne, quod ab ipso tunc frustra tentatum est, sub successoribus eius exitum aliquando sortiatur.

bb) Henry III. donna à ces Cheualiers vn collier d'or, faict à chiffres, & fleurs de lis, auec flammes de feu, soustenant vne croix de Malthe, chargée d'vne colombe en esmail blanc; symbole du S. Esprit, qui apparut au monde en forme de colombe, & en langues de feu. Parmy ces chiffres nostre Roy Henry IV. a meslé des heaumes, tymbres & trophées d'armes, dont naissent des flammes, & boüillons de feu pour marque de ses batailles & victoires: Moreau *d. tr. pag. 269.* (Henricus III. dedit his Equitibus collare aureum, compositum ex notis, ac floribus liliorum, nec non flammis igneis, sustinens crucem Melitensem; cui addita columba in albo pigmento metallico, symbolum Spiritus sancti, qui apparuit in forma columbæ, ac in linguis flammeis. Notis illis Rex noster Henricus IV. superaddidit galeas & arma, ex quibus nascuntur flammæ, & globi ignei, quibus designare voluit prælia, & victorias suas.)

ii) Ces Cheualiers, outre la marque de leur ordre, qu'ils portent sur leurs manteaux, en portent encor vne autre, penduë au col à vn ruban de taffetas bleu: Loyseau *d. ch. 6. n. 45. Et n'est oublier, que les Prelats, & personnes Ecclesiastiques, estans admis à cet ordre militaire, ils n'entourent leurs armoiries du grand collier d'or, comme les autres, mais seulement d'vn ruban de taffetas bleu celeste, que tous les Cheualiers portent ordinairement*: Moreau *d. pag. 269.* (Equites isti, præter insigne ordinis, quod in palliis gerunt, aliud quoque habent, dependens à collo, alligatum tæniæ multitii serici,

coloris cœrulei. Sciendum est, Prælatos, ac homines Ecclesiasticos, admissos ad hunc ordinem militarem, insignia sua non circumdare magno collari aureo, quod faciunt cæteri; sed tantum tænia multitii serici, coloris cœrulei, qua omnes Equites regulariter vtuntur.)

kk) Vide Fauyn, *au theatre d'honneur liu. 3. pag. 644. & seqq. Le nombre des Cheualiers est de cent, outre les Ecclesiastiques, qui sont quatre Cardinaux, & quatre Archeuesques, Euesques, ou Prelats, Commandeurs de l'Ordre auec preuue de Noblesse. Le Grand Aumosnier de France est incorporé à l'Ordre, auec le titre de Commandeur. Les Cheualiers doiuent estre Gentilshommes de nom & armes, de trois races paternelles pour le moins. Le Chapitre se doit tenir le penultiesme Decembre, pour la proposition, & nomination des nouueaux Cheualiers. L'Ordre a tous ses officiers, Chancelier, Greffier ou Secretaire, Heraut, grand Preuost, & Maistre des ceremonies, Thresoriers, Huissiers &c. Les habits des Cheualiers en solennité sont le grand manteau, & mantelet de drap d'or en lieu de chaperon, fourreau d'espée de veloux noir &c. Ils sont bordés & enrichis de fleurs de lys, langues ou flammes de feu, chiffres ou trophées. L'Ordre a vn grand seau, comme celuy de la grande Chancelerie, auec empreinte, & figure differente, pour seeller en cire blanche*: D'Auity *tom. I. de la descript. des quatre parties du monde, titr. Ordres militaires, pag. 329.* Hunc in ordinem exteros cooptare haud licet: vnde cum (*les Ducs, Sforce, & de S. Gemini, des Vrsins, demanderent en l'an* M DC VII. *à Henry le Grand le collier de son ordre, sa Maiesté le leur accorda volontiers, moyennant la dispense du serment, que le Pape luy enuoya, à cause qu'ils estoyent estrangers*: Scipion du Pleix, *en l'histoire de Henry le Grand pag. 557. n. 1.* (Duces, Sfortia, & de S. Gemino, Vrsini, anno M DC VII. ab Henrico IV. petiissent, vt ipsis collare ordinis conferret, facile consensit Rex, dispensatione Pontificis Romani accedente, propter iuramentum, quo prohibebatur ad hunc ordinem admittere extraneos, quales erant dicti Duces.)

ll) Ordo à Carolo Martello, auo Caroli Magni institutus, vocatur *de la Iaunette, ou Genette, de la Cosse de Geneste* (Petr. à S. Iuliano *in origin. Burgund. cap. 28.*) Ordinis insigne fuit (*vn collier d'or, auquel pendoit vne medaille, empreinte de la figure d'vne petite beste tachée de noir, appellée Iaunette, ou Genette; & en outre vn anneau, sur le chaton duquel, la mesme deuise estoit engrauée. La raison, que du Haillan dit estre incognuë, est diuerse: Le Sieur de la Haye, Lieutenant general de Poictiers, dit, que ce fut en faueur de sa femme, nommee Ianne, ou Iannette, en vieux langage, que Charles Martel luy donna ce nom. Mais i'aime mieux croire le Sieur de Beloy, lequel en son liure de l'institution des Cheualiers, a bien remarqué, que ceste grande, & insigne victoire, que ce Prince François obtint sur les Sarrasins, prés de Tours,*

Tours, fut le subiect de cet Ordre; & ce pour representer ceste vermine de nation, par luy vaincuë, par ceste petite beste, tachée de noir, qui est vne espece de renardeau, moustelle, ou beiette, appellée Ienette, qui abonde en certain quartier d'Espagne, d'où ces Sarrasins & Maures estoient descendus. Le nom de Ienette est donné à cet animal, comme aux cheuaux du mesme lieu, qu'on appelle Ienets, tellement, que cheuaucher à Ienette, est à la façon des Mores.) collare aureum, vnde dependebat numisma symbolicum, impressa figura animalculi, habentis maculas nigras, dicti *Iaunette*, aut *Genette*, ac præterea annulus, in cuius vmbilico idem animal repræsentabatur. Ratio huius notæ, quam Haillanus dicit esse incognitam, diuersa est: Dominus Hayus, generalis Locum-tenens in Pictauia, scribit, Carolum Martellum nomen huic ordini imposuisse, in gratiam vxoris suæ, quæ dicta Ioanna, aut *Ianette* Iohannula) in lingua antiqua. At malo credere Beloyo, qui, *in libro de institutione Equitum*, annotauit, Carolum Martellum hunc ordinem instituisse, in memoriam permagnæ illius victoriæ, quam obtinuit ab Saracenis, prope Turonum, nempe vt repræsentaret fœdam illam nationem, (à se deuictam) hac bestiola, nigris maculis, quæ est species vulpeculæ, vel mustelæ, dicta *Ienetta*, & magno numero reperitur in nonnullis locis Hispaniæ, vnde Saraceni, & Mauritani illi oriundi erant. Datum huic animali nomen *Ienette*, eodem modo, quo idem acceperunt equi eiusdem regionis, quos *Ienets* appellant, & sic equitare *à Ienette*, est equitare modo Mauritanorum. Moreau *d. tr. pag.* 265. adde Fauyn *au theatre d'honneur, liu.* 3. *pag.* 515. *& seqq.* ac Charron, *en l'hist. vniuers. chap.* 110. *pag.* 749.

mm) Equites Hystricis (*Cheualiers du Porc-espic, ou Herison*) autorem habuerunt Carolum (Ludouicum dicit Megiserus *d. tract. c.* 15.) Ducem Aurelianensem. Insigne ordini datum (*vn porc-espic, attaché à vn collier d'or, faict à chainons, animé de ces mots*; Cominus & eminus: *voulant signifier, que comme cet animal eslançoit ses esguillons, à guise de flesches, qu'ainsi pouuoit-il offenser ses ennemis, & de prés, & de loing:* Moreau *d. tr. pag.* 270. adde Fauyn, *au theat. d'honn. d. liu.* 3. *pag.* 705. *& seqq.*) hystrix, vel erinaceus, dependens à collari aureo, catenariis annulis constante, cui addita hæc inscriptio, *cominus, & eminus*: qua voluit innuere, quemadmodum hoc animal iaculatur suos aculeos, instar sagittarum; ita se posse offendere inimicos suos cominus & eminus.

nn) *Les Cheualiers de l'Espy, instituës par François, Duc de Bretaigne, portoient vn collier, faict à espys de bled d'or, ioincts en croix, & liés de lacqs d'amour, à chaunettes. Ce fut, pour monstrer la fertilité de ceste prouince, à l'imitation de semblables couronnes d'espys, que les Aruales, Prestres de Ceres, portoient. Ce collier soustenoit vne hermine tres-blanche, sur vn gazon, & auoit pour ame ce mot; A ma vie: deuise du Duc Iean, qui fut surnommé le*

Conquerant: Moreau *d. tr. pag.* 273. (Equites ſpicæ, instituti à Franciſco, Duce Britanniæ, vtebantur collari, referente ſpicas aureas frumenti, decuſſatim commiſſas, ac ligatas nodis amatoriis catenulatis. Quibus voluit indicare fertilitatem prouinciæ ſuæ, ad imitationem coronarum ex ſpicis, quas Aruales, Sacerdotes Cereris, gerebant. A collari dependebat mus Ponticus, candidiſſimi coloris, inſidens ceſpiti, cui ſymboli loco adſcriptum; *Ad vitam meam*; quo vſus dicitur Dux Iohannes, appellatus Conquæſtor.) Hunc ordinem Fauyn. *d. liu.* 3 *pag.* 879. nominat, *de l'hermine, & de l'eſpy*, institutum anno M CCCC L. eundem autem deſcribit *paginis ſequentibus*.

oo) Ludouicus II. Dux Borbonius, instituit ordinem ſpinæ albæ, *du Chardon de Noſtre Dame.* (*Celuy auoit vn collier d'or; & d'argent, entremeslé, & eſtoit faict à fleurs de lis, auquel pendoit vne fleur de chardon, de quatre feuilles, miſes en forme de croix, auec ce mot, Eſperance; pour ſignifier, comme penſe Beloy, ce que le vulgaire dit communement du chardon, que nul s'y frotte, qui ne s'y picque. Mais, ie croy, que ce fut plus-toſt pour monſtrer, que au milieu des aduerſités, & inconſtances de la fortune, repreſentées par le chardon, il faut touſiours viure en eſperance. La raiſon de ceſte hieroglyphique du chardon, eſt prinſe de ce, que ſa fleur n'eſt pas ſi toſt ſortie dehors, qu'elle blanchit, & dure fort peu, & que par tout il eſt couuert de priquons, & eſpines.*) Ordo hic vtebatur collari aureo cui argentum intermixtum, repræſentante flores liliorum, ac pro appendice habente flores ſpinæ albæ, quatuor foliorum decuſſatim poſitorum, cum hoc ſymbolo: *Spes*, vt ſignificaret, ſecundum opinionem Beloi, quod communiter de ſpinis dici ſolet, eas contrectantem pungi. Ego vero credo, eum potius ſignificare voluiſſe, in aduerſitatibus, ac fortunæ viciſſitudinibus, quas repræſentant ſpinæ, ſemper ſpei incumbendum eſſe. Ratio huius hieroglyphici ſpinæ albæ inde petita eſt, quod, vt primum eius flos apparet, ſtatim albeſcit, & haud multum durat, ac vndique ſpinis eſt circumſeptus: Moreau *d. tr. pag.* 273. Vide Fauyn *d. liu. pag.* 761. *& ſeqq.*

pp) *De l'ordre de Croiſſant*, agit Fauyn *d. lib. pag.* 868.

qq) *On trouue vn ordre, ſurnommé du chien, duquel les Seigneurs de Montmorency eſtoient Chefs, & portoient vn collier, ou camail, faict à teſtes de cerf, ſupportant vne metaille emprainte de la figure d'vn chien.* (Inuenitur ordo, qui canis appellatur, cuius patroni erant Domini Montismorancii, & habebat collare, repræſentans capita ceruina, à quo dependebat imago canis: Moreau *d. tr. pag.* 274. *On ne ſçait aſſeurément la premiere origine des ordres des Cheualiers du Coq, & du Chien; fors qu'aucuns l'attribuent à quelques Seigneurs de la Maiſon de Montmorancy, enuiron le temps du Roy Philippes I. & diſent, que ceux du coq furent ainſi appellés, pour denoter, qu'ils deuoient*

eſtre

estre belliqueux, vigilans, & cupides de victoire, suiuant le naturel du coq; & ceux du Chien fidelles, & affectionnés au seruice de leur Prince, & de toute leur patrie; tout ainsi que le chien l'est communement enuers son maistre, & tous ceux de la maison: Charron *en l'hist. vniuerf chap.* 110. *pag.* 749. (Non satis constat de prima origine Equitum ordinum Galli gallinacei, atque Canis, nisi quod nonnulli eos referant ad familiam Montmoranciorum, circa tempus Regis Philippi I. dicentes, vocatos fuisse Equites galli, quod deberent esse bellicosi, vigilantes, & cupidi victoriæ, imitantes naturam galli: Canis vero, fideles & ad seruitia principis, ac patriç suæ prom pti, qualis communiter canis esse solet erga dominum, & omnes eius domesticos.)

rr) François de l'Alouëtte, au liure premier de la genealogie de Coucy, allegue, que plusieurs Princes, & grands Seigneurs de France, ont faict des ordres de leurs deuises. Les anciens Seigneurs de Bourbon, de l'escu d'or; Les Seigneurs de Luxembourg, d'vn parc fermé de bois; les Comtes de Foix (il y deuoit adiouster, Seigneurs de Bearn) d'vne vache; les Seigneurs de Coucy, d'vn lion, pour conseruer la memoire de celuy, qu'Enguerran de Coucy, premier du nom, dict le Grand, combattit, & tua dans ses forests &c. Ces Princes, & grands Seigneurs pouuoient faire, & soustenir l'ordre de leurs deuises, par la grandeur, & richesse de leurs maisons, puis que nous auons veu, durant les Estats generaux du Royaume à Paris, vn simple Gentilhomme, instituteur d'vn nouuel ordre du Croissant, dit de la Magdelaine: Fauyn *d. liu.* 3. *pag.* 871. (Franciscus ab Alauda, *libro primo genealogiæ Dominorum de Coucy*, docet, multos ex Principibus, & proceribus Franciæ, instituisse ordines Equitum, cum Symbolis. Antiquos dynastas Borbonios, ordinem scuti aurei; Proceres Lucemburgenses, viuarii circumsepti palis; Comites Fuxenses (debuisset addere & Dominos Bearnii) vaccæ; Dynastas Cucæos, leonis, ad conseruandam memoriam eius, quem Engerandus Cucæus, primus eius nominis, dictus magnus, manu sua occidit, in syluis suis &c. Hi Principes & Dynastæ, poterant instituere & conseruare ordinem Symbolorum suorum, autoritate & diuitiis familiæ suæ: cum viderimus Lutetiæ, durantibus comitiis generalibus Regni, quendam ex minori nobilitate instituere ordinem nouum Equitum crescentis Lunæ, appellatum S. Magdalenæ.)

CAPUT VI.

De Ducibus.

FEuda dignitatis, quæ maiorem nobilitatem annexam habent, varia sunt, & tam nomine, quam gradu inter se differētia. Sunt autem vel maiora, quç & regalia dici possunt; vel mediocria (*a*); inferiora enim ad hunc nobilitatis maio-

ris gradum non pertinent. Maiora sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Principatus, Vicedominatus, Vicecomitatus, Baronatus, Castellaneatus. Ducis nomen varias habuit significationes (*b*): hodie potissimum ea in vsu, qua intelligitur ille, qui de Ducatu inuestitus est (*c*). Olim Duces in Francia erant officiarii & vasalli temporarii, tantum ad terminum vitæ (*d*), ac sic Ducatus neque hereditarius, neque patrimonialis: circa finem vero primæ familiæ Regum aliud à Ducibus introductum, quod tamen cura Regum secundæ familiæ paulo post emendari cœpit, non quidem omnîmodo, & generaliter, sed Duces eos quod attinebat, qui in meditullio Regni degebant, aut saltem non in extremitatibus eiusdem (*e*). Et ita res se habuit vsque ad finem huius secundæ familiæ (*f*). Tunc enim, & potissimum, quando Hugo Capetus, Dux Ducum, vel Dux Franciæ, se Regem fecit, reliqui regni Duces sibi, & suis quoque vigilandum esse duxerunt, & sic prouincias sibi concreditas conuerterunt in patrimoniales; ita vt eas à Rege in feudum hereditarium reciperent. Et, vt hominum ambitio, vbi semel fortunam habuit propitiam, ad maiora properat, Ducum quoque tunc ad altiora contendit: nempe omni conatu in id incumbebant, quo iuribus superioritatis gauderent (*g*). Factum si spectemus, leges atque statuta suis in prouinciis ferebant (*h*), creabant officiarios iustitiæ, aliosq; ad exemplum Regis; Equites quoque, & Nobiles (*i*). Iudicabant iure summæ, & vltimæ cognitionis, eximebantq; noxæ (*k*); conscribebant exercitum, gerebant bellum, autoritate propria, tam contra vicinos, quam extraneos; decertabant prælio, pangebant pacem vel inducias, pro lubitu (*l*), cudebant monetam (*m*), subditis imperabant tributa (*n*), & varia vsurpabant alia (*o*). Sed pleraque ad tempus, & eousque, donec Reges eos redegerunt in ordinem, Parlamenti Lutetiani opera, siue alio medio (*p*). Cum vero nec facile, nec tutum esse iudicaretur, omnia ista, quibus Duces per aliquot temporis interualla vsi fuerant, simul reuocare, nonnihil eis relictum fuit (*q*). At cum timerent Reges recidi-

cidiuam, & priores perpenderent conatus, summa diligentia omnes istos Duces monere, atque antiquos Ducatus coronæ reunire satagerunt, variis mediis tandem voto potiti (*r*). Verum postea quam apanagia filiis Regum dare oportuit, aliisque honorem Ducis conferre placuit, non solum ex antiquis illis Ducatibus nonnulli filiis Regum iterum collati, magna tamen cautione (*s*): sed etiam noui constituti (*t*), quibus conditiones certæ à Regibus præscriptæ fuerunt (*u*): & tandem à Carolo IX. quo ambitum nimis frequentem refrænaret, edicto sancitum, vt mascula prole deficiente, eiusmodi Ducatus coronæ accrescerent (*x*). Sunt ergo noui hi Ducatus antiquis illis perquam dissimiles (*y*), siue iura superiotitatis, siue inuestituræ solemnia (*z*) & symbola, siue honoris emblemata (*aa*) siue alia (quorum tamen nonnulla ficta magis quam vera (*bb*)) siue ipsum fundum, cui dignitas & nomen Ducatus collatum, spectemus (*cc*). De his quæ Ducibus communia (*dd*) cum Marchionibus, Comitibus atque Principibus sunt, paulo post dicam: hic illud adscribo; dari nonnulla in quibus differant (*ee*).

Testes & Testimonia.

a) *Les Seigneuries ont presque autant de degrés, qu'il y en a de diuerses sortes, & de diuers noms: Toutesfois, on les peut reduire toutes à deux classes, à sçauoir, les grandes Seigneuries, qu'on peut appeller fiefs, ou dignités Royales; & les mediocres:* Loyseau *des ordres, d. ch. 6. n. 72.* (Dynastiarum tot ferme sunt gradus, quot habent diuersa nomina: possunt tamen redigi in duas classes, nempe in magnas, quas feuda Regalia, vel dignitates Regales dicere queas; & in medioeres.)

b) Dux, *en Latin a toutes les mesmes significations, & variations, que Capitaine en François: Car l'vn & l'autre a esté premierement attribué au Conducteur, & Chef d'vne compagnie, qui est la plus-propre signification. Puis, l'vn, comme l'autre, a esté attribué indifferemment à tous ceux, qui auoient quelque commandement militaire. Puis encor, par vne extension, a esté pris pour vn epithete, & titre d'honneur, signifiant vn braue guerrier. Par aprés on a donné ce tiltre au Chef d'vne armée entiere, que nous appellons Capitaine en chef, & les Romains l'appellent* Ducem, *ou* Ducem exercitus, *aprés que le mot d'Empereur, qui estoit l'ancien nom pour cet effect, eust trouué vne autre signification.*

Et de

Et d'autant qu'aux prouinces esloignées, & belliqueuses de l'Empire Romain, on laissoit ordinairement de grosses garnisons, ou petites armées, sous la charge de Gouuerneur; notamment ès païs de deça, aprés que les nations septentrionales commencerent à s'esleuer; il aduint, par succession de temps, que les Capitaines, & Gouuerneurs, furent appelles Ducs &c. De sorte que quand les François chasserent les Romains de la Gaule, ayans troué les prouintes d'icelle regies par les Ducs, sous l'authorite des Empereurs, eux, qui ne changerent presque rien des anciennes formes du païs, laisserent ce mesme titre à ceux, qu'ils mirent en leur place: Loyseau *des Seigneuries chap.5.12.13.& 14.* (Vocabulum *Dux*, in lingua Latina, eiusdem est significationis, cum voce *Capitaneus* in Francica, vtrumque enim nomen illi primum attributum, qui Dux, aut caput fuit centuriæ militum, quæ propria nominis est significatio. Postea vtrumque indifferenter datum fuit omnibus, qui militibus imperabant. Deinde per extensionem vsurpatum fuit pro epitheto & titulo honoris, significante egregium bellatorem. Et sequenti tempore datum fuit Præfecto totius exercitus, quem nos appellamus *Capitaine en chef*, Romani vero, Ducem aut Ducem exercitus, postquam nomen Imperatoris, quo antiquitus hoc sensu vsi fuerant, aliam suscepisset significationem. Quoniam autem in prouinciis Imperii Romani remotioribus, & bellicosis, ordinarie erant magna præsidia, aut parui exercitus, sub Gubernatore prouinciæ, potissimum in hac mundi plaga, postquam Imperatores transierant in Græciam, ac quando nationes septentrionales incipiebant se commouere; temporis tractu, Capitanei, & Gubernatores appellati fuerunt Duces. Ita, cum Franci, Romanis Gallia expulsis, viderent prouincias fuisse sub directione Ducum, autoritate Imperatorum; nibil fere immutantes antiquam prouinciarum formam, eundem titulum reliquerunt illis, quos ipsi postea prouinciis præfecerunt.)

c) Qui à Principe de Ducatu aliquo inuestitus est, Dux solito more vocatur: 2.F.10.

d) *Les Ducs de France auoient la Seigneurie de leur territoire vnie à leur office, tenuë neantmoins en fief à vie, de sorte qu'ils estoient & officiers & vassaux, tout ensemble, qui est ce que nous appellons Seigneurs: mais ces Seigneuries n'estoient ni hereditaires, ni patrimoniales du commencement, comme elles ont esté du depuis*: Loyseau *des Seigneur. d. chap.5. n.35.* (Duces Franciæ dominium territorii sui habebant vnitum cum officio suo, recognoscentes in feudum, quod morte eorum terminabatur, ita vt essent simul officiarii ac vasalli, quales nos vocamus *Seigneurs*. At hi dominatus non erant primis temporibus hereditarii, nec patrimoniales, vt postea facti fuerunt.)

e) *Ce changement* (pergit loqui Loyseau) *d. ch.5 n.36.*) *commença sous la fin de la premiere lignée de nos Roys, auquel temps leur imbecillité donna moyen aux Ducs, & aux Comtes, de se faire hereditaires: mais cela ne dura gueres pour lors,*

lors, d'autant que les premiers Roys de la seconde lignee les rangerent incontinent a la raison, au moins ceux, qui estoient au cœur du Royaume: Car aucuns de ceux, qui estoient aux prouinces esloignees maintindrent leur heredité, malgré eux, dont arriuerent plusieurs guerres, & de la vient, qu'en mesme temps aucuns des Duchés & Comtes estoient hereditaires, & les autres non. De quo Pasquier *liu. 2. des recherches de la France, ch. 11. fol. 71.* (Hæc mutatio cœpit fieri sub finem primæ familiæ Regum, quando illorum imbecillitas occasionem præbuit Ducibus, ac Comitibus, vt se redderent hereditarios. At hoc tunc non multum durauit; quoniam primi Reges secundæ familiæ, eos statim iterum coëgerunt in ordinem, aut saltem illos, qui erant in meditullio Regni. Nam nonnulli eorum, qui erant in prouinciis remotioribus, conseruarunt ius suum hereditarium, inuitis etiam Regibus; vnde nata plurima bella. Atque hinc factum est, vt nonnulli Ducatus, & Comitatus essent hereditarii, alii non itidem.)

f) Sur la fin de ceste seconde lignée, l'heredité s'y establit indifferemment; notamment apres que Hue Capet, de Duc des Ducs, ou Duc de France, qu'il estoit, se fut faict Roy, & Prince souuerain, les Ducs, & Comtes, a son exemple se firent Seigneurs hereditaires de leurs Prouinces, & villes, & de tout ensemble firent l'hommage au nouueau Roy, comme vn fief hereditaire & patrimonial, s'obligeans d'assister le Roy contre tous en guerre, a la charge aussi, qu'il les maintiendroit, & leur posterité, en leurs Seigneuries: Loyseau *d. l. n. 37.* (Sub finem secundæ Regum familiæ, hereditarium ius indistincte introductum fuit; & notabiliter tunc, quando Hugo Capetus, ex Duce Ducum, aut Duce Franciæ, qualis fuerat, se fecit Regem & Principem supremum, Duces & Comites, eius ad exemplum, se reddiderunt Dominos hereditarios prouinciarum & ciuitatum, ac de vtrisque præstiterunt nouo Regi homagium, tanquam de feudo hereditario, & patrimoniali, se obligantes assistere Regi in bello contra quoscunque, cum conditione, vt ipsi, posterique illorum, conseruarentur in isto patrimonio.)

g) Comme l'vsurpation, ayant pris racine, croist tousiours, & l'ambition ayant trouué vn commencement fauorable, ne trouue point de fin, s'estant les Ducs, & les Comtes, ainsi establis en la proprieté, & seigneurie de leurs prouinces, & villes, ils tascherent, tant qu'ils peurent, d'en vsurper la souueraineté: Loyseau *d. l. n. 38.* (Quemadmodum, vbi semel vsurpatio radices egit, semper solet excrescere, ac postquam ambitio habuit prosperum initium, non admittit terminum: ita Duces, Comitesque nacti proprietatem prouinciarum, & ciuitatum, omni studio allaborarunt summum imperium sibi in illis attribuere.)

h) Il est certain, qu'ils s'ingeroient de faire les loix, & statuts en leurs prouinces. Comme par exemple M. Pasquier *liu. 6. chap. 48. rapporte l'ordonnance de*

ce de Iean, Duc de Berry (qui est plus-tost du bon Comte Thibaut de Blois) que la iournée des vignerons finiroit à cinq heures en hyuer, & en esté à six: Ce qui s'obserue encor au païs Blesois, & Dunois. Et possible que c'est de là, que vient la diuersité de nos coustumes; Car mesme depuis le peu de temps qu'on a commencé à les rediger par escrit, aucuns se trouuent encor intitulées du nom des Ducs de la prouince; comme, entre autres, celle du Duché de Bourgogne, au 125. *article de laquelle il est faict mention des ordonnances des Ducs de Bourgogne:* Loyseau *d. l. n.* 30. & 40. (Certum est ausos fuisse facere leges, & condere statuta, in prouinciis suis. Exempli loco esse potest, quod refert Pasquierius *lib. 6. cap.* 48. de constitutione Iohannis, Ducis Bituricensis (quæ tamen potius accepta referri debet bono Comiti Theobaldo Blœsensi) qua sancitum, vt labor diurnus vinitoris terminaretur hora quinta, hyberno tempore, ac in æstate, hora sexta; quod adhuc est in viridi obseruantia in prouincia Blœsensi. Fortassis hinc etiam origo petenda est tot diuersarum consuetudinum, quas habemus. Nam & postquam ante haud longum tempus cœpimus eas in scripturam referre, nonnullæ adhuc pro titulo habent nomen istius Ducis prouinciæ; vt, inter alias, *in consuetudinibus Ducatus Burgundiæ, articulo* 125. fit mentio ordinationum Ducum Burgundiæ.)

i) *Quant est d'establir les officiers, il est notoire, que non seulement les Ducs, Marquis, & Comtes, mais aussi tous autres Seigneurs iusticiers, ont entrepris de mettre des officiers en leurs Iustices. Mesmement, plusieurs Ducs, & Comtes, entreprenoient auoir de grands officiers, tels que ceux, que nous appellons officiers de la Couronne; comme, Connestables, Chanceliers, grands Escuyers, grands Seneschaux, & autres semblables; comme il se voit dans du Tillet. Quoy que ce soit, il est tout certain, qu'ils s'ingeroient de faire des Cheualiers, d'eriger des Seigneuries, & conceder des ennoblissemens aux personnes, & des amortissemens aux terres:* Loyseau *d. l. n.* 41. (Quod attinet potestatem constituendi magistratus, notum est, non solum Duces, Marchiones, ac Comites, sed etiam alios Dynastas, iurisdictionis compotes, ausos fuisse iudiciis suis præficere officiarios magnos, quales sunt illi, quos coronæ dicimus; vt Comites stabuli, Cancellarios, magnos Scutarios, magnos Seneschallos, aliosque eius generis; vt videre licet apud Tilletum. Certum quoque est, illos creasse Equites, constituisse dominatus, nobilitatem contulisse personis, & iure caduci absoluisse prædia.)

k) *Ils faisoient exercer la iustice de dernier ressort, ainsi que du Moulin dit, en l'apostille du* 145. *art. de la Coustume de Bourgongne. Mesme, il est sans doubte, qu'ils bailloient des remissions, comme il n'y a pas encor long temps, que les Gouuerneurs des prouinces en bailloient:* Loyseau *d. l. n.* 42. (Iudicia exerceri faciebant remota appellatione, vt dicit Molinæus *in apostil. artic.* 145. *consuetud. Burgund.* extra dubium quoque est, eosdem veniam delictorum concessisse,

cessisse, quod ante haud multum tempus adhuc factum à Gubernatoribus prouinciarum.)

l) Ils faisoient la guerre de leur propre authorité, soit contre leurs voisins, ou contre les estrangers; assembloient armées, donnoient batailles, faisoient paix, & treues, sans le congé du Roy: Loyseau *d. l. n.* 43. (Gerebant bella autoritate propria, tam contra vicinos, quam exteros, conscribebant exercitum, concertabant prælio, faciebant pacem, & inducias, citra consensum Regis.)

m) Il se trouue souuent mention dans nos liures, de la monnoye de plusieurs Ducs & Comtes, comme de sols Mancelés, sols Tournois, sols Barrois. Mesme aux Cabinets des Curieux il se trouue force monnoye des Ducs & Comtes, du temps passé; & le Roy Louys Hutin, & ses successeurs, ont esté contraints racheter à purs deniers ce droit des Ducs & Comtes, afin de le reünir à leur Couronne: Loyseau *d. l. n.* 44. (In nostris libris frequens est mentio monetæ multorum Ducum & Comitum, vt solidorum Manceletorum, solidorum Turonensium, Barrensium &c. ac in armariis studiosorum antiquitatis, reperiuntur multi nummi veterum Ducum & Comitum. Certe, Rex Ludouicus Hutinus, ac eiusdem successores, opus habuerunt, hoc ius Ducum, & Comitum, numerato pretio sibi comparare, quo cum corona consolidaretur.)

n) Ils faisoient leuées de deniers sur leurs subiects. Ce qui estoit tellement ordinaire, qu'il y a encor auiour d'huy de petits Seigneurs, qui pretendent auoir droit de taille en quatre cas, à sçauoir, de voyage d'outre-mer, de prison, de Cheualerie, de mariage de fille: Loyseau *d. l. n.* 45. (Subditis suis imponebant collectas, idque adeo erat in vsu, vt adhuc dentur minores Dynastæ, qui prætendant sibi licere quatuor ob causas à subditis exigere tributum; scilicet, quando suscipitur expeditio transmarina, casu quo captiui, quando creantur Equites, & quando elocant filias.)

o) Bref, ie puis dire, qu'il n'y auoit aucun droict, ny marque de souueraineté, qu'ils n'eussent entrepris, iusques mesmes à porter couronne. Combien que la couronne ait tousiours esté tenuë pour marque, & enseigne, non de toute souueraineté, mais particulierement du Royaume: d'où vient, que la couronne signifie le Royaume mesme, prenant, par vne metonymie, le signe pour la chose signifiée: & de faict, quand Suetone rapporte, que Caligula eut en l'esprit de se faire Roy, parum abfuit, *dit-il*, quin diadema sumeret, & speciem principatus in Regnum conuerteret: Loyseau *d. l. n.* 46. (Vt rem paucis expediam, asseuerare possum, nullum fuisse ius, aut notam supremæ potestatis, quibus non admouerint manum; adeo vt & gestauerint coronam, licet corona semper fuerit habita pro signo, non cuiuscunque superioritatis, sed proprie Regni; vnde etiam est, quod corona significet ipsum regnum,

quando, per metonymiam, signum accipitur pro re, quæ designatur. Suetonius dum Caligulam in eo fuisse occupatum refert (*in vita Caligulæ c. 22.*) vt se Regem faceret; *Parum abfuit*, inquit, *quin* &c.

p) En consequence de la subiection personnelle, & iurisdiction, qui leur estoit demeurée sur iceux, les Roys ont auec le temps retiré à leur souueraineté le dernier ressort de la iustice, sur les Duchés & Comtés, par le moyen de ce, que le Parlement establi sedentaire à Paris, conuertit finément les plainctes, qu'on faisoit de leurs iugemens, en appellations. Lequel ressort de iustice, est, sans doute, le plus-fort lien qui soit, pour maintenir la souueraineté. Car par le moyen d'iceluy, la puissance de faire loix leur est retranchée indirectement, en tant que le Parlement ne suiuoit, ni approuuoit, leurs ordonnances au iugement des procés. Leurs officiers, fors ceux, qui estoient necessaires pour l'exercice de la iustice, n'estoient approuués par le Parlement. Ceux d'entre eux, qui faisoient ou guerre, ou alliance, contre la prohibition du Roy, estoient incontinent recherchés, & poursuiuis au Parlement. Le cours de leurs monnoyes fut interdit, par le mesme Parlement, fors de monnoyes noires, & leur fut osté la puissance de leuer deniers sur leurs subiects, fors en ce quatre cas, qui viennent d'estre rapportés: Loyseau *d. l. n. 60. & 61.* (Ex subiectione personali, ac iurisdictione, quæ adhuc in illos Regibus remanserat, Reges, tractu temporis, ad se reuocarunt ius appellatorii iudicii, in Ducatus & Comitatus, quando Parlamentum, postquam sedentarium factum esset Lutetiæ, querelas, quæ ad se deferebantur, propter sententias, in iudiciis Ducum & Comitum latas, callide conuertit in appellationes. Quod ius summæ & vltimæ cognitionis iudicialis, verum est medium conseruandi supremam potestatem. Nam hoc ipso potestas ferendarum legum per indirectum tollitur. Atque hinc Parlamentum in iudicando non sequebatur, nec approbabat constitutiones à Ducibus & Comitibus factas, non confirmabat eorum officiarios, nisi illos, qui necessarii erant ad exercendam iustitiam. Qui suscipiebant bellum, aut pangebant fœdus, contra prohibitionem Regis, statim conueniebantur, ac iudicabantur à Parlamento. Ab eodem prohibita fuit moneta, à Ducibus & Comitibus cusa, excepta moneta ærea; ac adempta ipsis fuit potestas exigendi tributa, exceptis quatuor illis casibus, de quibus paulo superius verba fecimus.)

q) D'autant, qu'il estoit fort malaisé d'oster tout à faict, aux Ducs & Comtes, ces droicts de souueraineté, dont ils auoient long temps ioui, force estoit de leur laisser tousiours iceux en partie: Loyseau *d. l. num. 63.* (Cum perdifficile esset, Ducibus & Comitibus iura illa summæ potestatis, quibus longum per tempus vsi fuerant, plane & omnino adimere, pars aliqua illorum iurium iis relinquenda fuit.)

r) En fin, de peur qu'ils ne les reprissent tout à faict, nos Rois, de la troisies-

troisiesme lignée, ont esté soigneux de reünir à leur couronne tous ces anciens Duchés & Comtés, toutes & quantes fois, qu'il s'en est presenté quelque occasion; soit par mariages, espousant, ou faisant espouser aux presomtifs heritiers de la Couronne, les heritieres d'iceux: soit par droict de reuersion, à faute des masles regnicoles, descendus du premier inuesti; soit par felonnie, ou confiscation, dont il naissoit assés souuent des subiects tres-iustes. Tant y a, qu'ils ont si bien faict, auec le temps, qu'ils ont retiré, & reüni, tous ces anciens Duchés & Comtés, sans exception, fors les deux Comtés, de Flandres, & de Bourgogne: Loyseau *d. l. n. 63.* Pasquier *d. liu. 2. chap. 11. fol. 71.* (Denique metu, ne (Duces & Comites) integre rursus sibi attribuerent illa iura, Reges nostri, tertiæ familiæ, omnes intenderunt neruos, quo cum corona reunirent cunctos illos antiquos Ducatus & Comitatus, qualibet occasione oblata, ac accepta; vt per matrimonia, quæ vel contrahebant ipsi, vel curabant contrahere illos, qui in Regnum successuri sperabantur, cum illis, ad quas deuoluebantur isti Ducatus aut Comitatus; aut iam deuoluti erant. Item, per ius reuersionis, ob defectum masculorum regnicolarum, descendentium à primo acquirente. Item, ob commissam feloniam, ac per confiscationem, quæ sæpius iustam ob causam fieri poterat. Atque sic, cursu temporis, eo res reducta fuit, vt omnes isti antiqui Ducatus & Comitatus (exceptis solum Comitatibus duobus, Flandriæ & Burgundiæ) ad coronam redierint, ac cum ea fuerint consolidati.)

s) *C'a esté tousiours, selon la loy, & condition generale des appanages, sçauoir est, de reuersion à la couronne, en defaut de masles, & de retention expresse, non seulement de la foy, & hommage, ains aussi du ressort & souueraineté entiere: ressort, di-ie, pour la iustice; souueraineté, pour la Seigneurie*: Loyseau *d. l. n. 67.* (Factum hoc semper fuit secundum legem & conditionem apanagiorum, nempe, vt reuerterentur ad coronam, deficientibus masculis, atque expresse reseruaretur, non modo fidelitas, ac homagium, sed etiam suprema iurisdictio, ac integrum ius superioritatis; illa, respectu iustitiæ; hoc, respectu Dominatus.)

t) Nouos erexerunt Reges Ducatus (*à fin, qu'ayans incorporé sous leur puissance, la plus-part des anciens Duchés, il n'apparust qu'ils eussent effacé les anciennes dignités, qui semblent embellir le Royaume de France, entre les autres*: Pasquier *d. l. fol. 72. b.* Du Haillan, *de l'estat des affaires de France, liur. 3. pag. 387.*) ne, postquam ad se reuocauerant maximam partem antiquorum Ducatuum, viderentur simul deleuisse antiquas dignitates, quæ, inter alia, ornamento sunt Regno Franciæ.)

u) *Nos Roys se sont relasches à eriger encor d'autres Duchés & Comtés, en faueur des Seigneurs de leur Royaume, qu'ils ont voulu honorer de ces hauts tiltres: mais ces erections ont tousiours esté auec l'expression de la mesme reseruation du ressort, & souueraineté, outre hommage ancien. Et quant à l'are-*

la reuersion, ils ne s'aduisoient pas, du commencement, de la stipuler; pource que ce n'estoient terres qu'ils baillassent de leur domaine, ains, qui estoient de l'ancien patrimoine de ces Seigneurs, auquels ils ne donnoient de nouueau que le tiltre de Duché ou Comté: Loyseau *d.l. n.* 68. (Nostri Reges in gratiam Dynastarum regni sui, quos voluerunt honorare maioribus titulis, erexerunt etiam alios Ducatus ac Comitatus, sed ita, vt semper supremam iurisdictionem & potestatem, vltra præstationem homagii, sibi in eosdem reseruauerint. Quantum vero reuersionem attinet, in initio eam sibi non stipulabantur; quoniam fundi isti non erant Dominiales, & proprii Regis, sed patrimoniales procerum illorum, quibus nihil conferebant aliud, quam titulum Ducatus, vel Comitatus.)

α) *Charles IX. pour empescher la trop grande frequence de ces erections* (*des Duchés, Marquisats, & Comtés*: Bret *de la souuerain. du Roy liu.*2. *chap.*1. *pag.* 330.) *ordonna, en l'an* M D LXVI. (*ce qui fut confirmé des Estats à Blois, en l'an* M D LXXIX. Bret *d.l.*) *que les Duchés, Marquisats, & Comtés, qui seroient erigés desormais, seroient reuersibles à la Couronne, en defaut de masles, ainsi que ceux des appanages. Ordonnance qui seroit fort vtile au Royaume, si on n'y derogeoit point.* (Carolus IX. quo impediret permagnam frequentiam harum erectionum, (Ducatuum, Marchionatuum, & Comitatuum) anno M D LXVI. constituit (quæ constitutio confirmata fuit à Statibus, in Comitiis Blœsensibus anno M D LXXIX.) vt Ducatus, Marchionatus & Comitatus, qui in posterum instituerentur, masculis deficientibus coronæ accrescerent, non secus ac apanagia; quæ constitutio vtilissima esset Regno, si stricte, & sine derogatione obseruaretur.) Loyseau *d.l. n.* 68. Bret *d.l.* vbi addit: *Bien que ceste ordonnance ait esté cy-deuant negligée, toutesfois Monsieur le Garde des Seaux fit obseruer ce reglement, quand il fust question d'eriger en Duché le Marquisat de Villars, dont il ne voulut seeller les lettres, que la condition (touchante la reuersion) n'y fust inserée. Ce qui ne peut estre que tres-vtile à l'Estat; soit, que l'on considere l'euenement de ceste condition, soit, que l'on regarde son effect, qui par l'apprehension de perdre leurs terres, peut destourner les plus-ambitieux de rechercher telles nouuelles creations de Duchés, qui ne seruent qu'à releuer l'audace de plusieurs Seigneurs, qui ne sont desormais que trop insupportables; aussi qu'on peut nommer ces qualités, auec Tacite*, inania famæ, honoris vmbras & simulacra. *Dont neantmoins le public reçoit vn notable dommage, & d'autant plus-important, que ceux, qui portent ces tiltres illustres desdaignent d'aller à la guerre, ne voulant pas se sousmettre à des Generaux d'armées, qui n'ont point cette qualité: Et par ce moyen, en faisant des Ducs, l'on perd des Capitaines.* (Quanquam hæc constitutio antea non fuit obseruata, attamen Dominus Custos sigillorum illam tunc obseruari fecit, cum ageretur de con-

uertendo Marchionatu de Villars in Ducatum; nec enim literas erectionis sigillare voluit, nisi conditio reuersionis illis insereretur. Hoc Regno vtilissimum est, siue consideremus conditionis eius contingentiam, siue effectum, cuius metu, ne scilicet bona deuoluantur alio, etiam maxime ambitiosi absterrentur à petitione erectionis noui Ducatus: hæc enim facta, non aliud operatur, quam quod augeat audaciam multorum procerum, qui iam nunc sunt maxime intolerabiles; vt has qualitates cum Tacito appellare liceat, *inania fama, honoris vmbras, & simulacra*. Vnde tamen res publica magno afficitur damno, & inde magis considerabili, quod qui his titulis illustribus præfulgent, dedignentur ire in bellum, nolentes se submittere generalibus præfectis exercitus, qui minoris sunt tituli, & dignitatis: atque sic creando Duces, amittimus Capitaneos.)

y) *A prendre les choses au vray, les Ducs, & Comtes, qui sont au iourd'huy, ne sont qu'images de ceux, qui estoient du temps de Hugue Capet; n'ayans, ce semble, aucune prerogatiue sur les autres Seigneurs, si non par vne pompe de nom, & pour les Ceremonies exterieures*: Pasquier *d. l. fol. 72. b.* (Vt quod res est dicamus, Duces ac Comites hodierni, non sunt nisi vmbra quædam illorum, qui fuerunt tempore Hugonis Capeti, non habentes, vt videtur, vllam prærogatiuam præ cæteris Dynastis, nisi quoad præstantiam nominis, & cæremonias exteriores.) *Les Duchés & Comtés, que nous auons à present en France, sont du tout differens de ces anciens Duchés & Comtés, qui ont esté reünis à la Couronne: differens aussi de ceux, qui sont maintenant en Italie, & en Allemagne; & qui voudroit argumenter, & tirer des consequences des vns aux autres, se tromperoit entierement*: Loyseau *d. l. n. 69.* Ducatus & Comitatus, quos nunc habemus in Francia, omnino differunt ab antiquis Ducatibus & Comitatibus, qui coronæ accreuerunt; nec non ab illis, qui sunt in Italia, & Germania; ac qui ab vno ad alterum vellet argumentari, deciperetur maxime.)

z) *Antoine de la Salle, en son liure, intitulé la Sallade, descriuant particulierement la Ceremonie de l'inuestiture des grandes Seigneuries, dit, que quand le Roy faict vn Duc, il le couronne en sa meilleure ville, tout ainsi que luy mesme a esté couronné, excepté d'estre oint*: Loyseau *d. l. n. 47. Le mesme liure de la Salle dit, en vn autre endroit, que le Duc est inuesti par l'imposition d'vn chapeau d'or ducat, orné de perles*: Loyseau *d. l. n. 51.* per impositionem pilei, aurei ducalis, vnionibus ornati: Tholosan. *lib. 6. Syntagm. iur. c. 14. n. 23.* Sed neutrum horum hodie in vsu est.

aa) Olim gerebant coronam in capite, hodie illa eis ornamento tantum est (*en peinture, au timbre de leurs armoiries auec le manteau Ducal.*) in pictura, supra galeam, & præterea pallium Ducale: Loyseau *d. l. n. 55. & 70. & des ordres chap. 6. n. 76.*

bb) Quel-

bb) *Quelques vns nous ont apporté certaines maximes, qu'ils content par quaternions, disans, qu'il failloit qu'vn Empereur eust sous soy quatre Royaumes; vn Roy quatre Duchés; vn Duc quatre Comtés; vn Comte quatre Baronnies, vn Baron quatre Chastellenies; & vn Chastellain quatre fiefs. Chose, que ie croy estre inuentée à credit, par gens plus-pleins de loisir, que de sçauoir: d'autant que si leur proposition auoit lieu, il n'y auroit gueres des Ducs & Comtes pour le iour de huy. Car mesme le Duché d'Angoulmois, que l'on baille pour appanage au tiers Enfant de France, n'a que le Comté de la Rochefoucault dessous soy*: Estienne Pasquier *d. l. fol. 72. b.* (Nonnulli nobis exhibuerunt regulas, in quaternionem redactas, dicendo necesse esse, vt Imperator sub se habeat quatuor Regna, Rex quatuor Ducatus, Dux quatuor Comitatus, Comes quatuor Baronias, Baro quatuor Castellanias, Castellaneus quatuor feuda: Quod mihi videtur inuentum potius otiosorum hominum, quam eruditorum: nam si hæc propositio vera esset, pauci hodie existerent Duces, vel Comites. Certe Ducatus Angolismensis, qui datur in apanagium tertiogenito Regis filio, sub se haud alium habet Comitatum, quam vnicum Rupifulcaldium.)

cc) Olim Ducatus plurimi constabant integris prouinciis; postea vero *les Roys ont fait de petites villes, bourgades, & Seigneuries (ou metairies:* du Haillan *d. liu. 3. pag. 387.) Duchés & Comtés, à leur appetit*: Pasquier *d. l. fol. 72. a.* Huic licentiæ terminos posuit Henrici III. constitutio, sed citra effectum. *Il fut faict vn bel edict par le feu Roy* (verba sunt de Loyseau, *des Seigneuries chap. 4. n. 72.*) *en l'an M D L X X I X. qui n'a esté verifié qu'au Parlement de Bretagne, portant, que suiuant l'arrest du priue Conseil, du X. Mars M D L X X V I I I. il est defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouuelles dignites, si non que les Seigneuries, ausquelles sera attribué nouuelle dignité, soient de la qualité requise. Asçauoir, que la terre, qui sera erigée en Chastellenie, ait d'ancienneté iustice haute, moyenne, & basse, droit de foire, marché, preuosté, peage, & preeminence sur toutes Eglises estans au dedans de ladicte terre. Que la Baronnie sera composée de trois Chastellenies, pour le moins, qui seront vnies, & incorporées ensemble, pour estre tenuës à vn seul hommage du Roy. Que le Comté aura deux Baronnies, & trois Chastellenies, pour le moins, ou vne Baronnie, & six Chastellenies, aussi vnies & tenuës du Roy. Que le Marquisat sera composé de trois Baronnies, & de trois Chastellenies pour le moins, ou deux Baronnies, & six Chastellenies vnies, & tenuës comme dessus &c.* (addit Fr. Ranchin *tom. 2. de la description de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag. 85. pour les Duchés & Pairies, que la terre, & ses annexes, doiuent valoir huict mille escus de reuenu, & sous la charge expresse, qu'en defaut d'hoirs masles, le Duché est reüny à la couronne*) *Edict, qui meriteroit bien estre verifié par tout, & soigneusement obserué,*

pour ce que la douceur de nos Roys (qui ne veulent refuser, aux Seigneurs de leur Cour, ces titres d' bonneur) a desia produit, & erigé tant de Seigneuries de dignité, que ces beaux titres sont desormais beaucoup auilis, & par le nombre, qu' il y en a eu en France, & par la communication, qui en a esté faicte à des terres, qui ne les meritent nullement. (Egregia constitutio facta fuit à Rege nuper defuncto, anno M D LXXIX. quæ non alibi quam in Parlamento Britanniæ approbata fuit, & vult, vt secundum sententiam latam in consilio secreto x. Martii anni M D LXXVIII. nulla erectio nouatum dynastiarum, ac dignitatum publicetur, nisi terræ, quibus noua attribuitur dignitas, sint eius qualitatis, quæ ad illam requiritur. Nempe, vt latifundia, quæ eriguntur in Castellionatum, ab antiquo habeant merum & mixtum imperium, ac iurisdictionem inferiorem, ius nundinarum, mercatus, præpositurae, portorii, ac præeminentiæ in omnes Ecclesias, quæ in illo districtu reperiuntur : vt Baronatus componatur ex tribus castellionatibus, qui debent vniri, & concorporari, vt sub vno fidelitatis iuramento recipiantur à Rege : vt Comitatus constet duobus Baronatibus, & ad minimum tribus Castellionatibus, etiam vnitis, & simul, quasi feudum vnum, receptis à Rege; vt Marchionatus sit compositus ex tribus Baronatibus, ac totidem Castellionatibus, ad minimum, aut duobus Baronatibus, & sex Castellionatibus, vnitis, ac à Rege in feudum datis, vt modo dictum. (addit Ranchinus, vt Ducatus, & Pariatus, cum appertinentiis suis, pro reditu annuo habeat octo millia scutatorum &c.) Meretur hoc Edictum vbique approbari, & studiose obseruari; quoniam benignitas nostrorum Regum (qui nolunt proceribus in aula degentibus, denegare hos honoris titulos) tot creauit dynastiarum dignitates, vt egregii isti tituli hodie satis euiluerint, tam propter numerum, quam propter fundos, quibus immerito collati.)

dd) Vide infra *huius libri caput* 10.

ee) *Le gibet est different, selon la qualité de chacune Seigneurie. Car ordinairement celuy du baut-iusticier est à deux piliers; celuy du Chastellain, à trois; du Baron, à quatre; du Comte, à six; & du Duc à huict. En quoy toutes fois, & les coustumes, & les anciens liures, sont fort variables, si selon la diuersité des Seigneuries, les gibets doiuent estre liés par dedans, ou par dehors, pattes, en festes ou sur festes*: Loyseau *des Seign. ch* 4. *n*. 48. (Patibula, secundum qualitatem dynastiarum, diuersæ sunt formæ; regulariter altæ iustitiæ Domini patibulum constat duabus columnis, Castellani tribus, Baronis quatuor, Comitis sex, ac Ducis octo. In eo tamen consuetudines, & libri antiqui maxime variant, an, secundum diuersitatem dominatuum, patibula debeant habere catenas in partibus interioribus, vel exterioribus, an debeant esse columnata, culmine imbricata.)

CAPVT VII.

De Marchionibus.

POst Duces locari debent Marchiones, ante Comites, tanquam intermedii inter vtrosque (*a*). Quamquam enim aliquando de eo dubitatum fuit, hodie tamen vſus pro deciſione eſt (*b*) Nomen quod attinet, illud Romanis fuit incognitum, qui ſuos dixerunt, Duces, vel Comites limitaneos (*c*). Originis eſt Germanicæ, ſi priorem ſpectemus ſyllabam *March*, vel *Marc*, cui à noſtratibus adiungitur *Graue* (*d*), à Gallis *quis*, vt totum ſit *Marquis* (*e*); ab Italis *eſe*, *Marcheſe*; aliis vero, qui id latinitati inſerere conati ſunt, *io*, ut fiat Marchio. *Marc*, vero quid hac in cōpoſitione notet, vel vnde natum, variant opiniones. Nonnemo à *Marck*, vel *marca*, quo nomine Germanos (*f*), ſiue ſecundum alios, priſcos Gallos (*g*), equum olim indigitaſſe præſupponit; ita deducit, vt Marchionem interpretetur equitum magiſtrum (*h*). Alius noſtrum *Marcgraue* idem eſſe coniicit, quod *Comte à cheual*, Comes equeſtris (*i*), cuius nobilitatem equeſtrem fuiſſe quidam tradit, vt Landgrauii, pedeſtrem (*k*). *Marc*, vel *Marck*, alii eo ſenſu Marchionibus datum autumant, quo limitem ſignificat Germanis; quod limitanei fuerint Comites (*l*). Cumque Francis *Marche* idem ſit quod noſtrum *Marc* (*m*), inde nonnulli ſuum *Marchir* (*n*), & *Marquis* (*o*) deductum volunt. Sunt qui à Marcomiro, Francorum Duce; ſunt qui à Marcomannis (*p*), ſunt qui à Marchione quodam Troiano (*q*), originem repetant. Alii à Græcorum νομαρχία, prouinciam ſignificante (*r*): alii à Latinorum *mare*, quod Marchia, ipſorum opinione, vt plurimum iuxta mare ſit poſita (*s*). De eo conſtat, Marchionem fuiſſe limitis præfectum, vt fines regni tueretur (*t*); hodie autem nobis eſſe eum, qui de Marchia à Rege, vel Principe ſummo, inueſtitus (*u*); ſiue Marchia iſta in finibus Regni, ſiue in meditullio eiuſdem, aut alia in parte, ſita ſit (*x*). Hodiernis enim moribus, Marchiæ, vel vt nunc loquimur, Marchionatus, non tantum ad limites Regni,

ſed

ſed vbi Regi placuit,cōſtituti ſunt,& erigi poſſunt;quemadmodum exemplis docemur (*y*). De loco enim nulla lex lata eſt; nec illa,quæ de numero,& qualitate prædiorum, quæ in Marchionatum conuertenda,aliquando lata (*z*),obſeruatur. Credo etiam inueſtituræ ſolemnia antiqua non amplius frequentari; licet fortaſſis adhuc annulus pyropo, (*Rubis* Gallis dicitur) vel carbunculo inſignis,quo Rex medium digitum Marchionis ornare olim ſolitus,adhibeatur (*aa*). Debet autem nouus Marchionatus eadem conditione,qua Ducatus,vel Comitatus,creari; nempe,vt Marchione ſine maſcula,legitimaque prole mortuo, prædium beneficiale,ſeu Marchionatus,fiſco Regio vindicetur(*bb*): Sed Rex aliquando hanc conditionem remittere ſolet. Corona Marchionis,qua galea eius in pictura ſuperbit,mixta eſt ex floribus,& vnionibus(*cc*). Vt maxime vero hæc dignitas egregia ſit, & ante Comitis dignitatem, tamen nullus hactenus Marchio Franciæ Par factus eſt,cum multi Comites tales fuerint (*dd*), cuius rei cauſa mihi incognita. Cæterum,qui primus in Francia factus fuit Marchio,ex familia Nouæuillæ originem habuit (*ee*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Les Marquis ſont comme metoyens entre les Ducs & les Comtes: Loyſeau *des Seigneuriès. chap.5.n.50.*

b) Il a eſté autres fois grande queſtion,ſi les Marquis auoit rang deuant, ou aprés les Comtes,attendu,que les liures des fiefs les mettent tantoſt deuant, tantoſt aprés: auſſi qu' il ſe trouue des Marquiſats auoir eſté erigés en Comtés, comme celuy de Iuilliers.dans Froiſſard, 1.vol.ch.3. Pareillement il y a plusieurs Comtes honorés de la qualité de Pairs de France, & nuls Marquis. Ceſte queſtion a eſté traictée par Alciat,au liure de duello,& par Bohier, au traicté de l' authorité du grand conſeil. Pour laquelle reſoudre aſſeurément,il faut reuenir à la diſtinction des Comtes des prouinces,auec ceux des villes,& tenir pour certain,que les Comtes des prouinces ſont plus que les Marquis,ou Gouuerneurs des villes frontieres: mais auſſi les Marquis ſont plus que les petits Comtes.ou Gouuerneurs des autres villes, pource que leur charge eſt plus importante. Et de faict on voit auiour d' huy, que pluſieurs Gouuerneurs de frontiere font difficulté de recognoiſtre le Gouuerneur de la prouince,comme ſont ceux des autres villes indiſtinctement. Maintenant donc,qu' en France il n' y a plus de Comtes

 de pro-

de prouinces, ni mesme de Ducs, qui ayent des prouinces entieres; (pource que tous ces grands Duchés, & Comtés du temps passé, sont reünis à la Couronne) on tient à bon droict pour constant & resolu, que les Marquis sont plus que les Comtes: Loyseau, *d. ch. 5. n. 31. 32. 33.*) Multum aliquãdo agitata fuit quæstio, an Marchiones præcederent, vel sequerentur Comites, cum in libris feudorum modo præponantur, modo postponantur; ac reperiantur Marchionatus, qui postea erecti fuerunt in Comitatus, vt Iuliacensis exempli loco est, apud Frossardum *vol. 1. cap. 3.* similiter multi Comitum, gaudent dignitate Parium Franciæ, nullus autem Marchio. Quæstio hæc ventilata fuit ab Alciato, in libro *de duello*, acà Boërio in tractatu *de autoritate magni Consilii*. Vt autem ea recte resoluatur, reuertendum est ad distinctionem Comitum prouinciarum, ac ciuitatum, & habendum pro certo, prouinciarum Comites esse ante Marchiones, aut Comites limitaneos; Marchiones vero dignitate superare minores Comites, aut Gubernatores aliarum ciuitatum; quia illorum munus maius est horum munere. Certe etiam hodie videmus nonnullos Gubernatores limitum nolle se subiicere Gubernatoribus prouinciæ, quod tamen faciunt Gubernatores ciuitatum, sine controuersia. Itaque, cum hodie in Francia non supersint vlli Comites prouinciarum, nec etiam Duces, qui sub se habeant integras prouincias, postquam omnes illi magni Ducatus & Comitatus, antiqui temporis, cum corona consolidati fuerunt, iusta ratione Marchiones præferuntur Comitibus.)

c) *Quant aux Marquis, les Romains n'en ont point cogneu le nom, qui est pur François, mais les appelloient* Duces limitaneos, vt apud Lampridiũ, *in Alexandro Seuero*: *& dans la Notice de l'Empire, ils sont appellés* Comites limitanei: Loyseau *d. l. n. 26.*

d) Vide me *de iure publico Imper. Romanogerman. lib. 4. cap. 4. n. 21. & seqq.*

e) *Quis* Gallis idem est quod *quæsitus*, vt hac significatione, Marquis ille dici possit, qui quæsitus, vel electus, vt limiti præsit.

f) *March* lingua Germanica pro equo dici solitum, *vt in Boioar. legibus, si caudam amputauerit, vel aurem, si equus est, quod March dicimus, cum solido componat*: Hottomannus *in verbis feudal. ver. Marchiones.*

g) Galli quondam, vt scribit Pausanias, equum *March* appellabant; vnde Marchiones, vt opinor (verba sunt Brodæi, *miscell. 2. cap. 23.*) dicti. Nomen retinent hodie Britones, quorum idioma, nisi Hunnica barbarie pollutum esset, ad veterem Gallorum linguam prope accederet: Nam Germanicam fuisse non credo, cum Cæsar, *in Commentariis (de bell. Gall. lib. 1. c. 47.)* Ariouistum Germanum Gallice loqui didicisse commemoret.

Alciatus

h) Alciatus *de singul. certam. cap.* 32.

i) *Il peut bien estre, que comme Marck, en ancien langage Teuton signifioit vn cheual, ou roussin, le nom de Marckgraff (ainsi qu' il est plus communément escrit) ait tiré de là son origine, veu qu' il souloit estre particulierement concedé par les Roys, à ceux, qui possedoient absoluëment quelques terres, de faire mouler leur effigie à cheual, soit pour les imprimer en cire, & les appliquer aux lettres, & patentes, par eux depeschées, soit pour s' en preualoir en choses de consequence, par où ils pouuoient estre appellés Comtes à cheual. Ainsi que le nom de Cheualier est deriué de cheual, lancier, hallebardier &c. de ces instrumens de guerre, ou genre d' armes. Ou pour autant encore, que estant logés à la lisiere, conuenoit estre continuellement à cheual, & à l' erte.* Christophle de Bonours. *en l' Eugeniaretilogie pag.* 416. (Fortassis, quemadmodum *Marck*, in antiqua lingua Teutonica, significabat equum, nomen *Marckgraff* (vt communius scribitur) inde suam habuit originem; quoniam specialiter à Regibus, illis, qui absolute possidebat dominatum permittebatur, typario insculptam habere effigiem suam, insidentem equo, quam vel ceræ imprimerent, & literis atque patentibus suis, adderent, vel ea vterentur in rebus maioris momenti; vnde potuerunt dici Comites in Equo. Sic nomen Equitis deriuatum fuit ab equo, lancerarius &c, ab armis, & instrumentis, quibus vtimur in bello. Vel etiam propterea, cum ad limites habitaret, oportebat illum esse vigilantem, & sic semper promptum in equo.)

k) Lyclama *5. membran. ecloge 9.*

l) Gorop. Becanus *lib. 2. antiq. Antuerp. p.* 153. Hottomannus de *verb. Feud. verb. Marchiones*, ait, Marchiones à voce Germanica *March*, qua limes significatur, limitem enim modo marchiam, modo marcam, Germanico verbo barbarici scriptores appellant; *vt leg. Francor. lib.* 4. *tit. de vassis Dominicis ad Marcham custodiendam constitutis.* Sic Rhegino *lib.* 2. *Chron. sub ann.* 788. *Post hac Carolus Ratisbonam venit, ibique Marchas & fines Boioariorum disponit &c.*

m) *Mon opinion est* (scribit Estienne Pasquier, *liu. 6. des recherches de la France, ch. 50. fol. mihi 337.*) *que le mot de Marquis signifie vn estat, anciennement inuenté pour la protection & defense des païs frontieres, & limitrophes, que nous appellons de tout temps, & anciennetés, marches.* Et sic etiam Loyseau, *d. ch. 5. n. 29.* suum *Marquis* deducit *de l' ancien mot François, Marche, qui signifie limite, ou frontiere.* Aimon. *lib.* 4. *c.* 118. *Simili modo de marcha Hispanica constitutum est, & hoc illius limitis praefectus imperatum.* Inde *foras marcham mancipium vendere*: 4. *leg. Franc, cap.* 43. Vide Ragueau, *en l' indice des droits Royaux pag.* 467.

n) *Marchir pour confiner à quelque païs*: Pasquier, *d. l. aboutir, & estre contigu:*

contigu: Loyseau.*d.l.n.*30. *terre qui marchise au grand chemin*; *dans Bouteiller. La Comté de Bloü marchit à la Duché de Touraine*; *dans Froissarte* 3; *volume. Entre Adam, Abbé de S. Denis, & Bouchard, Sieur de Montmorency, sourdit contention pour aucunes leurs terres, qui ensemblement marchisoient, dit l' Annaliste en la vie de Philippes, fils de Henry.*

o) Nicod *au grand dictionaire François-latin.verb.Marquisat.*

p) Alciatus *d tr.de duello c.*32.

q) Vide Irenicum *lib.*3.*exeges.German.cap.*102.

r) Sabino, *de appellatione, situ ac moribus populi Marchiæ Brandenburg.* videtur, nomen esse Græcum, & corruptum Nomarchia, inquit, Græce dicitur prouincia, vnde prima syllaba ablata haud dubie natum est hoc vocabulum Marchia; estque introductum, vt opinor, ex vrbe Constantinopolitana, aut eodem tempore cum cœpit Exarchatus, aut paulo post. Nam translata Imperii sede, nomina magistratuum mutata, & plerumque Græca prò Latinis vsurpata sunt. Etenim Consul Romanustum, nouo, & inusitato vocabulo, vrbis Dux appellatus est, & Vicarius Imperatoris in Italia, Exarchus: Prouinciæ item, quæ olim Consulares, & prætoriæ erant, dici cœperunt, aut Ducatus, aut Nomarchiæ &c. temporis progressu Marchiæ.

s) Ita Feudista, 2. F. 10. insulse, secundum Heigium, 1. *quæst.*2. *num.*33.

t) Marchiones sunt, qui fines regni tuentur: *in vita Ludou.* Aimon. *lib.*5.*cap.*11, *relictis Marchionibus, qui fines Regni tuentes, hostium arcerent incursus.*

u) *D.lib.*2.*Feud.tit.*10. Gars. Mastrill. *de Magistr.lib.*4.*c.*6.*n.*6.

x) Posterioribus temporibus, vt aliis multis in verbis, consuetudine sermonis degenerauit; & Marchiones dicti sunt, etiam qui in mediterraneis regionibus imperium aliquod obtinebant. Apud Aimon. *lib.* 2. Robertus Comes Parisiorum, frater Odonis Regis, Marchio Francorum vocatur: Hottom. *de verb.feudal.verb Marchiones.*

y) Cenomanus, Meduanæ Baronatus in Marchiam transmutatus Regis indulgentia, anno M D XLIV. pari titulo honestati sunt. Nigellanus Comes, mense Nouemb. M D XLVI. & Belli Pratuli, Andium regulus, die XV. Febr. M D LIV. Huc confer nouam Maigneleti Marchiam, in nostra Belgica statutam fauore Piennei Magnatis, quam honorificis notis coarctarunt Lutetiani Patres, Augusti luce XIV. anno M D LXVI. Carolo IX. Francicis rebus moderante. Idem Asseraci, in Armoricis, Marchionem Rex fecit, dynastam de Rieux, postridie Kal. April. anno M D LXXIV. cui Regis elogio senatum Rhedonensem suas quoque partes accommodasse, testatur Natalis du Fait, eiusce conscri-

ptus

ptus Curiæ, *in Gallicis suis Britonici fori miscellaneis.* Ast Marchiæ d'Espinay, Regio diplomati, Senatus hic Britonicus modum præscripsit, ne qua fraude, captioneue, ac præiudicio Baronis de Vitri patroni, Marchia locum haberet; quippe quæ Baroni Vitræo clientelæ lege esset obnoxia, Decreto XIV. Cal. Octobr ann. M D LXXVI. Eodem hoc anno, Alegrius Baro impetrauit à Principe eminentiorem Marchionis dignitatem. Possem hic subiicere nouos Marchionatus, d'Arc en Barrois, in Burgundia de Thury, & Thorigny in Normannia, de Gallerande, in finibus Cenomanorum, de Queuures in Suessionibus, cum aliis complusculis: sed quos nouissimorum temporum cæca ambitio, fumosarumque fastus imaginum expresserit. Hæc Choppinus, *de doman. Franciæ, lib. 1. tit. 5. n. 9. pag. 42.* Taxat illam libidinem Nicod. *d. l. verb. Marque,* aitque: *Aujourd'huy ces noms de Marquis, & Marquisat, comme infinis autres, sont peruertis, & confondus par importunité de plusieurs, aspirans a noms de hautes dignités, & se contentans de cela.*

z) Intelligo constitutionem Henrici III. de qua in antecedenti capite *lit. cc.* eandem allegat Tholosanus *lib. 6. Syntagm. iur. vniu. cap. 9. n. 14.* quod statuat, vt antequam Marchisatus dicatur, sit compositus ex tribus Baroniis, & tribus Castellaniis, vnitis sub vno titulo, ratione cuius Regi præbeatur fidelitas.

aa) Le Marquis est inuesti auec vn anneau de Rubi, vt tradidit olim Antoine de la Salle, in libro, cui titulus *la Sallade*: Loyseau *d. tr. des Seign. ch. 5. n. 51.* Qui Marchionis titulum à Principe desiderat, habeat oportet quinque, aut sex Baronias, in sua ditione, in quarum minima sint saltem decem Nobiles sibi subditi; tot si possederit, geniculatus poterit donari dignitate Marchisatus, sub titulo, & nomine alicuius ciuitatis insignioris, sibi subditæ, hominium nouum offerens, præstansque Principi. Inuestituræ eius est insigne, & symbolum, gemma pyropus, quæ Gallis Rubinus, (species est carbunculi) quo Princeps, inuestiendo, medium digitum Marchionis ornat cum annulo, sacris peractis sacratissimæ liturgiæ. Ita Tholosanus *d. l.*

bb) Rex Carolus IX. ad coërcendam ambitiosorum hominum cupiditatem, edixit, vt imposterum Ducibus, Comitibus, Marchionibus, sine mascula, legitimaque prole mortuis, prædia beneficiaria fisco vindicarentur; sed cum edicto Princeps importunis rogationibus derogare sæpius cogatur, Curia Parisiorum rescripta reiicere consueuit: Bodinus *de republ. lib. 5. c. 4. pag. 857.* Vide supra, *in capite anteced. 6. lit. x.*

cc) La couronne de Marquis (laquelle ils n'ont qu'en peinture, au timbre de leurs Armoiries) est meslée, c'est à dire, partie fleurronnée, & partie perlée; Loyseau *d. ch. 5. n. 50. & 55.*

dd) Il y a plusieurs Comtes honorés de la qualité de Pairs de France, & nuls Marquis: Loyseau *d.ch.5.n.31.*

ee) La Maison de Villeneuue est renommée par tout le monde, pour sa liberalité : aussi elle a pour epithete ce mot, liberalité de Villeneuue, *& qui a la premiere en France portéle tiltre, & la qualité de* Marquis: Hilarion de Coste *tom.2.part.8.des.eloges & vies des Roynes &c. pag.*710.

CAPVT VIII.

De Comitibus.

COmes, populari significatu, ille est, qui aliquem comitatur & sequitur (*a*), siue id faciat conductitio, siue spontaneo motu. Hinc, cum Imperatores aulicos suos ministros in itineribus comites haberent, & volupe ducerent comitum nomine potius, quam aulicorum afficere, nomen generale quodammodo speciale factum est, temporis tractu (*b*). Comitum istorum ordines fere tres constituti, sed ita, vt Comitis nomen simpliciter prolatum, sine additamento, primi ordinis Comitem significaret (*c*). Erant autem in primo isto ordine, primarii officiarii aulæ, qui etiam *præpositi & tribuni Scholarum*, dicebantur (*d*). Hos inter nonnulli, quo à se inuicem distinguerentur, nomini Comitis additum habebant peculiare prædicatum (*e*), vt, Comites ærarii, Comites sacrarum largitionum, Comites Consistoriani (*f*) &c. Secundi Ordinis Comitum in aula, erant illi, qui certa quædam minora officia gerebant (*g*). Tertii denique ordinis, qui minima, & vilia quoque (*h*). Secundus, & tertius, postea obsoleuit; nomen scilicet, vel appellationem Comitis quod attinet (*i*); primus vero etiam aliis communicatus, qui vel nunquam in comitatu, vel aula Imperatoris seruierant, vel ex comitatu (*k*) ad regenda prouincias, aut ciuitates, ab Imperatore delecti, missique fuerant (*l*). Sic nomen, dignitasque Comitum, qui prouincias regunt (*m*), innotuit, sic quoque Comitum ciuitatum, quorum munus est regere, & ius dicere (*n*). Vnde factum postea, vt Comites etiam dicti fuerint illi, quibus solum iudicis munus datum (*o*). Hæc Comitum conditio etiam in Gallia suo

fuit

fuit tempore (*p*). Deinde vero postquam eadem rerum varietate vsi (*q*), tandem Reges magno studio omnes illos antiquos Comitatus Coronæ concorporarunt (*r*), exceptis Flandriæ, & Burgundiæ Comitatibus, quos Hispano fortuna addixit (*s*). Nouos quidem alios, pro voluntate sua, Reges sæpius constituerunt, sed in perquam multis ab antiquis differentes (*t*), vt hodie nullo superioritatis charactere alio videantur illustres esse, quam corona (*u*) illa, qua galea in insigniis eorum exornata (*x*) conspicitur. An adhuc hodie (vt olim factum) dum de Comitatu inuestiuntur, à Rege accipiant annulum, adamante ornatum (*y*), mihi certo non constat. Illud notum, Henricum III. Regem, edicto sanciuisse, vt, qui Comes fieri petit, habeat duos Baronatus, & ad minimum tres Castellanias; aut vnum Baronatum, & sex Castellanias, quas iunctim à Rege nomine Comitatus recipiat in feudum (*z*). Conditio collationi adhærens est, vt nouus iste Comitatus, cessante mascula prole legitima, accrescat Coronæ (*aa*). Cæterum, hodie in Gallia non alii sunt Comites prouinciales (*bb*), aut Palatini (*cc*), vtriusque nominis (*dd*). *Comte* (antiquitus *Cuens* (*ee*) dictus) illis est, qui Latinis Comes, quem Britanni olim nominabant *Queux ou Kns*, & latine, ad captum suum, Consulem (*ff*). Olim Comitis & Ducis titulum æqualem, ac promiscue ab vno eodemque vsurpatum (*gg*), ab aliis autem Comitis Ducali præpositum (*hh*), nonnemo obseruauit.

Testes & Testimonia.

a) Gaius *in l. item 15. §. comitem 16. ff. de iniuriis.*

b) *Les Empereurs estans contrains faire plusieurs voyages, pour maintenir ceste grande estenduë de leur Empire, appelloient* Comites *leurs Courtisans, qui les accompagnoient, & suiuoient. De sorte que* Comitatus, *&* Comites, *estoient à eux, proprement ce, que nous disons la Cour, & les Courtisans:* Loyseau *des Seigneuries, d. ch. 5. n. 15. & des ordres chap. 10. n. 33* vbi ait: *Le mesme Constantin, qui inuenta les patrices, ayant transferé l' Empire Romain en Grece, nation encor plus vaine, & ambitieuse que l' Italienne, se voulant à ceste resolution, accommoder à l' humeur de ce nouueau païs, inuenta encor la dignité de Comte, dont il honora ceux, qui l' auoient accompagné à ce changement de contrée, & dont, à succession de temps, furent communement honorés, les*

les Courtisans, ou principaux de la suitte des Empereurs, comme aussi le mot Comites, *estant referé à l'Empereur, signifie proprement ceux de la suitte, & compagnie, que nous appellons Courtisans, à cause que nous appellons la compagnie du Prince, de la Cour, que les Latins disent* comitatum Principis. (Cum Imperatores sæpius iter susciperent ad defendendum tam late extensum Imperium, aulicos suos appellabant Comites, quoniam illorum erant in comitatu, iisque inseruiebant. Ita tunc Comitatus ac Comites, proprie erant, quod nunc dicimus Curiam, atque Curiales, aulam, & aulicos. Idem Constantinus, qui introduxit patriciorum ordinem, postquam transtulisset Imperium Romanum in Græciam, cuius natio adhuc vanior erat & ambitiosior, quam Italica, in animo habens eorum moribus se conformare, inuenit etiam dignitatem Comitis, qua honorabat illos, qui eum secuti fuerant vsque ad nouam Imperii sedem, quaque postea communiter dotati fuerunt Aulici, aut præcipui ex illis, qui in comitatu Imperatoris erant. Sic, quando dicimus Comites respectu Imperatoris, intelligimus proprie eos, qui sunt in illius comitatu, quos nostra lingua *Courtisans* appellamus, quia familiam Regis dicimus Curiam, quam latini nominant comitatum Principis.)

c) *Pource qu'en la maison & suitte de l'Empereur, il y auoit des personnes de diuers merites, & qualités, les Comtes, ou Courtisans furent distribués en trois rangs, ou ordres, estans appellés,* Comites primi, secundi, & tertii ordinis; *& toutesfois, faut noter, qu'ordinairement le titre de Comte enoncé simplement, signifie, par excellence, les Comtes du premier rang*: Loyseau *des ordres d. ch. 10. n. 35. adde.* Wesenbec. *ad lit. C. de officio Comit. sacrar. largition.*

d) *Ceux cy estoient, entre autres, les Chefs d'office de la maison de l'Empereur, appellés* præpositi, seu tribuni scholarum. *Car les compagnies ou bandes des menus officiers domestiques de l'Empereur, estoient nommées,* scholæ: Loyseau *d. ch. 10. n. 36.*

e) Horum respectu, Comes quasi idem significat, quod Gallicum *Intendant de telle ou telle charge*: Loyseau *d. l. n. 37.*

f) *Les Conseillers d'Estat estoient les vrais, & comme il est à croire, les premiers Comtes,* Comites Consistoriani dicti: Idem *d. l. n. 38.*

g) *Les Comtes du second rang, estoient certains moindres officiers de la Cour, qui auoient des chefs par dessus eux, dont est faict mention in l. 2. C. de Comit. dispos. eod. in C. & alibi*: Loyseau *d. l. n. 43.*

h) *Ceux du troisiesme rang, estoient encor de plus basse estoffe, & en est parlé in l. 9. & 10. de suar. & suscept. ac in l. 127. de Decurion. C. Theodos. & d. l. 17. de proxim. Comit. disp.* Loyseau *d. l. n. 44.*

i) *Les qualités de Comtes du second, & troisiesme rang, furent en fin tellement mesprisées, qu'elles s'abolirent d'elles-mesmes, de sorte qu'il n'en est parlé dans le Code de Iustinian*: Loyseau *d. n. 44.*

k) Exemplum nobis suppeditat *l. vn. C. de professor. qui in vrbe Con-*

*stantinopol.lib.*12.cuius dispositionem ad aliorum locorum professores, qui in illis viginti per annos docuerunt, alii nimis licentiose extendunt: Vide me *de iure publ.lib.*8.*c.*3.*n.*42.& 43. Quibus quod Franciam attinet, contradicit Loyseau *des ordres d. chap.* 10. cum nec dignitates Imperii Græci similes sint dignitatibus Franciæ, nec leges, atque consuetudines, eiusdem Imperii Franciam obligent.

l) Les Courtisans, & Gentilshommes, qui estoient pris de la suitte des Empereurs, pour aller gouuerner les prouinces, prindrent semblablement en plusieurs endroits le titre de Comte : Comme nous voyons estre fait assés frequente mention des Comtes de la Marche d'Orient. Et petit à petit ce nom s'espandit de telle façon, qu'il n'y auoit ville, qui n'eust son Comte pour iuge : voulant chaque iuge rapporter sa grandeur, comme s'il eust esté tiré de la suitte & compagnie des Empereurs. De là vint, que les François, arriuans aux Gaules, y trouuerent presque ceste generale police plantée, laquelle ils ne voulurent changer, non plus, que plusieurs autres.: Estienne Pasquier *liu.* 2. *des recherch. de la France ch.* 12. *in pr.* (Aulici, & Nobiles, qui ex comitatu Imperatoris mittebantur ad regendas prouincias, similiter in multis locis sibi attribuebant titulum Comitis, vt videmus satis frequenter mentionem fieri Comitum Marchiæ Orientalis. Ac pedetentim hoc nomen adeo extensum fuit, vt nulla esset ciuitas, quæ non haberet Comitem suum, hoc est, iudicem : quandoquidem quilibet Iudex volebat haberi pro eo, qui ex Comitatu Imperatoris ad hoc officium peruenisset. Hinc cum Franci intrassent Gallias, & fere vbique hunc ordinem in vsu esse conspexissent, eum noluerunt immutare, vt nec pluta alia.)

m) De Comitibus, qui prouincias regunt, agit titulus XIV. libri XII C.& lex eiusdem vnica. Quod notatu dignum censet Loyseau *d. ch.* 10. *n.* 40. *pource que c'est de là, qu'est venu, qu'à succession de temps la plus-part des gouuerneurs des prouinces ont esté appellés Comtes.*

n) Comites fuerunt Iudices ab Imperatoribus designati, præfectiq; ciuitati certæ, aut regioni : Petr. Pizatus *lib.* 3. *histor. Genuens. pag.* 64.

o) Les Capitulaires de Charlemagne nous font foy, que chaque ville auoit son Comte. Vnicuique fere ciuitati (ait Beatus Rhenanus, *in lib. rer. German.*) Comes præsidebat. *Et ce Comte estoit pareillement & Iuge, & Gouuerneur de sa ville*, ideoque *& pacem & iustitiam facere* dicitur, *lib.* 2. *Capitul. art.* 6. & dicitur *placitum habere. lib.* 3. *artic.* 38. *& artic.* 60. *addit. lib.* 3. *& in legibus Ripuariis* dicitur, *si quis iudicem fiscalem occiderit, quem Comitem vocant. Ac lib.* 4. *LL. Francic. Comites non se excusent à iustitia facienda, eo quod resident in maritima custodia, sed ibi placitum teneant, & iustitiam faciant.*

p) Les Ducs, & Marquis, estoient en l'Empire Romain, & en ce Royaume de France, anciennement vrais officiers, voire mesme ils estoient reuocables à la volonté du Prince. Mais il y auoit ceste difference entre les Ducs & Comtes de l'Empire Romain, & ceux de France, que ceux de l'Empire n'estoient que simples officiers, non plus que les Proconsuls, & Pre-

sidens des prouinces. & auoient pour leur entretien certains droits, ou coustumes, à prendre sur le peuple, dont Cassiodore faict mention. Mais ceux de France auoient la Seigneurie de leur territoire vnie à leur office, tenuë neantmoins en fief à vie; de sorte qu'ils estoient & officiers & vassaux tout ensemble; qui est ce que nous appellons Seigneurs. Mais ces Seigneuries n'estoient ni hereditaires, ni patrimoniales, du commencement, comme elles ont esté depuis: Loyseau *des Seigneur. d. ch. 5. n. 34. & 35.* (Duces, Marchiones, ac Comites in Imperio Romano, ac in Regno Franciæ, antiquitus erant veri officiarii, & præterea reuocabiles, prout Principi placeret. Verum inter Duces ac Comites Imperii Romani, & Regni Franciæ, hæc erat differentia, quod illi essent tantum officiarii simplices, quemadmodum etiam erant Proconsules atque Præsides prouinciarum; ac pro sustentatione sua exigebant à populo, iure, vel consuetudine, pecuniam, vt Cassiodorus tradit. In Francia autem Dominatus territorii vnitus erat cum officio, & tenebatur in feudum vsque ad mortem, ita vt essent simul officiarii, & vasalli, quales nos appellamus *Seigneurs* (dominos). At in initio illi Dominatus non erant hereditarii, aut patrimoniales, vt postea facti sunt.)

q) Vide supra *hoc libro 4. c. 6. lit. e. f. g. h. i. & seqq.*

r) Vide *d. cap 6. lit. r.*

s) Les Comtés de Flandre, & de Bourgogne, aprés auoir longuement branslé, ont esté en fin distraicts tout à fait de la Couronne, par le malheur de la prison du Roy François I. Loyseau *d. ch. 5. n. 59.*

t) Supra *dicto cap. 6. lit. y.*

u) Les Comtes ne portent pas la couronne en teste, à present qu'ils ne sont plus que simples Seigneurs suzerains, ne leur estant aussi plus concedée à present en leur inuestiture: & partant ils ne l'ont plus qu'en peinture, au timbre de leurs armoiries: Loyseau *d. ch. 5. n. 55. auec le manteau Comtal, & la deuise*: Idem *des ordres ch. 6. n. 76.*

x) Est autem corona Comitis *perlée, c'est à dire, que le dessus du diademe, ou bandeau, est faict de perles, sans aucuns fleurons eminents*: Loyseau *d. ch. 5. n. 49.*

y) Le Comte estoit inuesti auec vn anneau de diamant: ex Antoine de la Sale, Loyseau *d. ch. 5. n. 51.* (annulo cum adamantis gemma)

z) Vide supra *c. 6. lit. cc.* Edicto Regio Gallico XVII. August. anno M. D LXXIX. cautum monet Tholosanus *Syntag. iur. vniuers. lib. 6. cap. 9. n. 14.* ne in titulum Comitis quis transeat, nisi habeat duas Baronias, & tres Castellanias, aut saltem vnam Baroniam, & sex Castellanias vnitas, & nomine feudi possessas, & inuestitus à Rege sub vno titulo.

aa) Vide supra *cap. 6. lit. x.*

Maintenant

bb) *Maintenant il n'y a plus en France de Comtes de prouinces*: Loyseau *d. ch. 5. n. 33.*

cc) *Le titre de Comte Palatin ne fut pas donné aux Comtes de Champagne, en France, ains en la Cour de l'Empereur d'Allemagne, auquel Thibaut, second de ce nom, Comte de Champagne, se donna, pour l'inimitié qu'il conceut contre le Roy de France Henry. I.* Loyseau *du droit des offices liu. 4. ch. 3. n. 7.* (Titulus Comitis Palatini Comitibus Campaniæ non fuit datus in Francia, sed in aula Imperatoris Germaniæ, cui se submisit Theobaldus, secundus huius nominis, Comes Campaniæ, propter inimicitiam, quā prosequebatur Regem Franciæ, Henricum I.)

dd). *La puissance de creer Comtes Palatins n'a onc esté receuë en France, ains reiettée par tous nos ancestres, comme abusiue, tant pour le regard de ceux de l'Empereur, és prouinces mesmes, qui retiennent entre nous le nom de l'Empire, que pour le regard de creés par le Pape, que les Canonistes aussi tiennent n'estre pas proprement Comtes: & de ma part, ie ne pense point, qu'il se puisse remarquer aucun tel Comte Palatin fait par nos Roys, depuis Charle le Chauue, si non que quelqu'vn se vueille arrester à ce, que Glaber appelle en son latin Comte du Palais vn Hugue de Beauuois*: Pet. Pithœus *des Comtes de Champagne & Brie, liu. 1. inter opera pag. 485.* (Potestas creandi Comites Palatinos, in Gallia nunquam fuit recepta, sed ab omnibus maioribus nostris explosa, tamquam abusiua, non solum illos quod attinet, qui ab Imperatore facti sunt, etiam ipsis illis in prouinciis, quæ apud nos Imperii nomen retinent; verum etiam quod illos concernit, qui à Pontifice facti, quos Canonistæ itidem proprie Comites esse negant. Quantum ad me, non arbitror, vllum eiusmodi Comitem creatum à nostris Regibus, post Carolum Caluum, nisi aliud nobis imponat Glaber, qui Latino nomine Comitis Palatini appellat quendam Hugenem de Beauuois.)

ee) *Cuens en ancien langage François signifie Comte*: Coquille *en l'histoire du païs & Duché de Niuernois, pag. 55.*

ff) *Quand les Bretons estoient encores en la grande Bretagne, ils appelloient la dignité de Comtes* Consules, *en leur latin; & depuis estant la langue Françoise aucunement establie, les appellerent* Queux, *ou* Kens, *comme on trouue par toutes les vieilles histoires, mesmes des guerres de la terre saincte, où les vieils escriuains n'vsent d'autre langage*: Bernard d'Argentré *en l'histoire de Bretaigne, liu. 1. ch. 9. fol. 11. lit. c.* (Cum Britanni adhuc degerent in magna Britannia, Comitum dignitatem latine, suo more, exprimebant vocabulo Consulis, ac postea, vbi lingua Francica aliquo modo stabilita erat, Comites appellarunt *Queux*, aut *Kens*; vt reperire licet in omnibus antiquis historiis, etiam in descriptione bellorum

 gestorum

gestorum in terra sancta, in quibus veteres Scriptores non alio vtuntur prædicato.)

gg) Le tiltre de Duc, & de Comte estoit esgal & indifferent anciennement, se trouuant plusieurs lettres anciennes, par lesquelles, le mesme Prince s'appelle Duc en vn endroit, & en l'autre Comte: Idem Argentré *d. tr. liu. 3. ch. 1. fol.* 149 *lit. c & chap. 64. fol.* 199. (Titulus Ducis, & Comitis, erat olim æqualis, & indifferens; reperiuntur enim multæ literæ antiquæ, in quibus idem Dynasta, vno in paragrapho appellatur Dux, in altero vero Comes.)

hh) Tous les titres, qui sont au iour d'huy en Duchés, ont commencé par le titre de Comte, comme premier & plus-ancien, lequel mesme, selon l'aduis de plusieurs, semble auoir esté au vieil temps plus-honorable, & eminent, que de Duc, ainsi que l'on peut iuger par quelques actes, & instrumens, & principalement du Concile VIII. *de Tolete, en la subscription duquel se void, que ceste qualité de Comte precede le Duc, en ceste sorte*: Adulphus Comes Scanciarum, & Dux; Ella Comes, & Dux; Venedarius Comes Scanciarum, & Dux. Fandila Comes & Dux. (Omnes tituli qui hodie sunt Ducatuum, inceperunt à titulo Comitis, tanquam primo, & antiquiori: quique secundum nonnullorum opinionem, videtur olim fuisse honorabilior, ac eminentior titulo Ducis, vt colligere licet ex aliquot actis, atque instrumentis, & maxime ex subscriptione octaui Concilii Toletani, in qua titulus Comitis præcedit titulum Ducis, hac forma: *Adulphus &c.*) Idem Argentré *d. l. liu. 3. chap. 1. fol.* 149. *lit. d.* & ex Vassæi *Chronic. Hispan.* Iacobus Marchantius *in descript. Flandriæ, lib. 2, pag.* 180.

CAPVT IX.

De Principibus.

DE nomine Principis alibi (*a*) egimus, hic ergo tantum videbimus, quibus illud in Gallia attribuatur, & quo sensu ad propositum nostrum faciat. Obseruare autem licet, in Francia Principem dici Regem ipsum (*b*), recte quidem, (& eo respectu, quo quilibet, qui superiorem non recognoscit (*c*), Princeps appellari potest) sed raro, & infrequenter. Antiquo more etiam Princeps vocabatur Dux, vel Comes, aut prouinciæ Dominus (*d*). Cæterum eius Regni, hodierni Principes, nomen illud obtinuerunt, vel ob familiam, ex qua prognati, vel propter ter-

ras quas possident *(e)*. Propter familiam Principes dicuntur, non solum qui sanguinis Regii sunt (f); verum etiam illi, qui ex familia exterorum Principum, superiorem non recognoscentium, in Galliam concesserunt *(g)*, adhuc tamen ius succedendi in Principatum familiæ, eueniente casu, habent. Denique & illi Principes dicuntur, qui de terra, cui titulus & honos principatus collatus, inuestiti sunt *(h)*: Atque de his, quorum dignitas Comite minor, sed Vicecomite, & Barone maior est, tantum hoc capite agimus: de cæteris, locis congruis *(i)* diximus. Tales primum fuerunt illi, qui cum nec titulo Ducis, nec Comitis clari essent, non minus tamen ac hi, in territoriis quibus præfecti, iura superioritatis sibi arrogauerant *(k)*; quo nomine etiam, posteaquam iterum in ordinem coacti, insigniti permanserunt *(l)*. At vero, postquam dicti Principatus, æque ac Ducatus & Comitatus antiqui Coronæ aduniti fuerunt, Regibus, vel motu proprio, vel ad instantiam aliorum, visum fuit, nouos eiusmodi Principatus instituere *(m)*, sicut variis exemplis docemur *(n)*. Vsu etiam inualuit, nomen principis attribuere ioco, in ciuitate Suessionensi, vni ex iuuenibus, qui cæterorum sit caput, & princeps in ludicris *(o)*.

Testes & Testimonia.

a) *In lib. 4. de iure publ. Imper. Romanogerman. cap. 2.*

b) *Quand nous parlons indefinement du Prince, nous entendons le Roy, ainsi que font les loix Romaines:* Loyseau *des Seigneuries, ch. 3. n. 88.* (Quoties indefinite Principis mentionem facimus, Regem intellectum volumus, quomodo etiam in legibus Romanis fieri solet.)

c) *A proprement parler, il n' y a en France autre Prince, que le Roy, qui seul a toute souueraineté:* Loyseau *d. tr. ch. 5. n. 76.* (Si proprie loqui velimus, in Francia non datur alius Princeps, præter Regem, qui solus omnem superioritatem obtinet.)

d) *D' autant que la plus part de coustumes de France, ont esté ou redigées, ou par le moins establies, du temps, que les Ducs & Comtes des prouinces se qualifioient Princes, & iouissoient par effect des droicts de souueraineté, quand en icelles il est parlé du Prince, ce n' est pas le Roy, qui*

qui est entendu, ains le Duc, ou Comte, de la prouince; de sorte que quand elles parlent des droicts du Prince, ce n'est pas des droits du Roy, ains des droicts du Duc. Que si la Duché appartenoit au Roy lors de la reduction d'icelles, elles s'entendent parler des droits du Roy, non en tant que Roy, mais entant que Duc, & Seigneur de la prouince: Loyseau *d. tr. chap 3. n. 89.* (Quoniam pleræque consuetudines Franciæ, vel cœperunt, vel annotatæ fuerunt temporibus illis, in quibus Duces vtebantur titulo Principis, & in effectu iuribus superioritatis, quoties in iisdem fit mentio Principis, non accipiendæ sunt de Rege, sed de Duce, aut Comite prouinciæ; itaque quando loquuntur de iuribus Principis, non debet intelligi de iuribus Regis, sed Ducis, vel Comitis. Quod si vero consuetudines illæ in literas relatæ fuerunt, quando Ducatus vel Comitatus adcreuerat Regi, tunc verba intelligi debent de iuribus Regis, non quatenus Rex, sed quatenus est Dominus prouinciæ.)

e) *Il y a Princes de race, & Princes à cause de leurs terres, erigées en principauté*: Loyseau *d. tr. ch. 5. n. 77.*

f) *Pour honorer la race des Roys, on a appellé ceux, qui en sont issus, Princes, pour autant mesmes, qu'à leur tour ils sont capables d'estre Rois, & ceux-là sont les Princes du sang*: Loyseau *d. ch. 5. n. 76.*

g) *On s'est estendu d'appeller pareillement Princes, tous ceux, qui sont issus des Princes souuerains estrangers, & qui sont capables par race, de succeder à leurs Estats.* (Eo peruentum, vt Principes etiam dicantur omnes, qui à Principibus exteris, superiores non recognoscentibus, nati fuerunt, atque iure sanguinis succedere possunt in parentis ditionem.) Loyseau *d. n. 76. & in tr. des ordres ch. 7. n. 93.* vbi ita scribit: *La bonté, & accortise de nos Rois, a laissé installer en l'ordre des Princes, les descendus des souuerainetés estrangeres: Ce qui s'est pratiqué bien à propos. Car il en reuient beaucoup d'honneur, d'asseurance, & d'accroissement, à ce Royaume. Honneur, en ce qu'on voit en la Cour de France, comme vn recueil & amas des maisons souueraines de la Chrestienté. Asseurance, entant que ces Princes estrangers nous sont comme des ostages volontaires, & perpetuels, des alliances, que nous auons auec le Chef de leurs maisons. Accroissement aussi, pource que, ils apportent en France leurs moyens, leur creance, & leurs amis, & sur tout, leurs genereuses personnes, qui sont autant de Capitaines au besoin. Et de verité, il faut aduoüer, qu'ils ont fait de signalés seruices au Royaume. Aussi en sont ils bien recompensés: Car en la grandeur, & opulence de la France, ils n'y demeurent gueres, qu'ils ne soient appointés des principales Seigneuries, & qu'ils n'y trouuent des mariages auantageux: de sorte, qu'on ne peut nier, que ils n'y soient aduancés beaucoup plus, qu'ils ne pourroient estre en leur païs.*

(Boni-

(Bonitas,ac prudentia nostrorum Regum, permisit in ordinem Principum referri eos, qui prognati sunt ex sanguine exterorum Principum, superiorem non recognoscentium, quod non sine causa factum; id enim Regno parit honorem, securitatem, & augmentum. Honor in eo vertitur, quod aula Regis videatur esse theatrum, in quo apparent omnes quasi familiæ Principum supremorum Christiani orbis. Securitas inde est, quod isti Principes exteri nobis sint loco obsidum voluntariorum, ac perpetuorum respectu fœderis, quod cum capite familiæ, vnde orti, contraximus. Augmentum etiam, cum secum in Franciam afferant diuitias suas, existimationem, atque amicos, & vltra hæc, generosos spiritus suos, vt tempore, quo opus est, tot habeamus Capitaneos, quot sunt personæ illorum. Verum sane est, illos Regno egregia præstitisse seruitia, non tamen sine digna remuneratione. Etenim, magnitudo, & opulentia Franciæ mox eos vocat ad primaria officia, ac mactat principalibus dynastiis, beatque matrimoniis maxime commodis, plane vt dici debeat, illos in Francia opimioris esse conditionis, quam in patria sua esse possint.)

h) *Il y a encor vne autre dignité feodale, qui, à mon aduis, doit estre mise au rang des grandes seigneuries; sçauoir est la Principauté, entant que c'est le titre, & le nom d'vne certaine Seigneurie, que du Tillet dit estre moindre que le Comté; mais plus grande que la Baronnie, & Vicomté*: Loyseau *des Seigneur. d. ch. 5. n. 72.*

i) De Principibus sanguinis actum supra *lib. 2. cap. 23.* cæteri eo iure censentur, quo vel Ducatus vel Comitatus in Gallia tenent.

k) *Ceste espece de Seigneuries (dictes Principautés) est extraordinaire, & extrauagante, estant venuë, à mon aduis, de ce, que les Ducs, & Comtes, s'estans faicts Princes, par l'vsurpation des droits de souueraineté, à leur exemple les autres grands Seigneurs, vassaux de la Couronne, qui ne auoient tiltre ny des Ducs, ny de Comtes, ayans pareillement vsurpé les droits de souueraineté dans leur Seigneurie & distroit; se sont par consequent titrés, & qualifiés du nom general de Princes, n'ayans point de titre particulier de dignité, & afin d'estre distingués des simples Seigneurs, qui n'auoient, comme eux, l'exercice de la souueraineté: tout ainsi qu'il se void aux liures des fiefs, que* maiores valuatores *se sont faits en fin appeller* Capitaneos Regis, aut Regni: Loyseau, *des Seigneur. d. ch. 5 n. 73.* (Hæc species Principatus est extraordinaria, & extrauagans, tunc, vt arbitror, orta, quando Duces ac Comites vsurpantes iura summæ dominationis, facti sunt Principes, atque ad eorum exemplum cæteri Magnates, Vasalli Coronæ, qui neque habebant titulum Ducis, neque Comitis, similiter sibi attribuentes

iura supremæ potestatis in ditiones suas, per consequens assumpserunt etiam nomen generale Principis, non habentes peculiarem titulum dignitatis, vt ita distinguerentur à simplicibus Dynastis, qui non vtebantur iuribus summi imperii, eodem plane modo, vt videmus in libris feudorum, quod maiores valuasores denique assumpserunt nomen Capitaneorum Regis, vel Regni.)

l) *Ce qui ayant* (pergit loqui Loyseau *n. 74.*) *eu cours, lors que les grands Seigneurs de France auoient les droits de souueraineté, a continué aprés qu'ils en ont esté despoüillés, par le moyen de ce, qu'à l'exemple des anciennes principautés, reünies depuis à la Couronne, (aussi bien, & encor plus facilement que les Duchés, & Comtés anciens) les Roys en ont erigé d'autres, pour gratifier leurs fauoris, qui ont affecté ce tiltre excellent de Princes.* (Hoc cum in vsu fuisset, eo tempore, quo magnates Franciæ habuerant iura summi imperii, idem continuatum postea fuit, cum illis erant priuati, quando ad exemplum antiquorum principatuum, postea cum Corona reunitorum, (non minus, ac facilius quoque, quam antiquorum Ducatuum ac Comitatuum) Reges instituerunt alios, in fauorem ambientium hunc titulum excellentem Principis, quos sua complectebantur gratia.)

m) *L'equiuoque d'entre les Princes, & les Seigneurs de principauté, ou, pour mieux dire, d'entre les Princes de race, & les Princes à cause de leur terre erigée en principauté, est cause, que plusieurs Princes, qui craignent qu'on reuoque en doute leur qualité, & plusieurs grands Seigneurs, qui desirent estre tenus pour Princes, sont curieux de faire eriger vne de leurs terres en principauté: dont par aprés ils baillent volontiers le tiltre à leur fils aisné; à l'imitation de ce, que la plus-part des Roys de la Chrestienté font appeller leur aisné le Prince indefiniement:* Loyseau *d. chap. 5. n. 77.* (Æquiuocatio inter nomen Principum, & Dominos principatuum, aut, vt rectius dicam, inter Principes ex familia Principum prognatos, & Principes, qui hoc vtuntur titulo propter principatum quem possident, in causa est, quod multi Principes, qui metuunt ne qualitas sua reuocetur in dubium, ac multi ex magnatibus, qui volunt haberi pro Principibus, procurent vnum ex Dominatibus suis erigi in principatum, cuius titulum postea, vt plurimum, dant filio primogenito, in hoc imitantes Reges Christiani orbis, qui maxima ex parte suos primogenitos faciunt indefinite appellari Principes.)

n) Huius generis Principes, septem aut octo enumerat Choppinus *ad consuetud. Andium tit. de la preuention du Prince*, & si recte memin-

memini, tres (nempe, Chabanois, Talemont, Carency) Coquille, *sur les coustumes des Niuernois, chap. 1. de iustice, & droit d'scelle, art. 9. pag. 33.*

o) De tout temps & ancienneté, il y a eu en la ville de Soisson vn Prince de la ieunesse, lequel a ce droit, confirmé par l'authorité d'vne suitte de temps infini, que pendant le mois de May il se peut promener par la ville, assisté de ses supports, tous ieunes hommes non mariés, faire ses monstres auec les trompettes, tambour sonnant, & enseignes desployés, tenir ses estats, pouruoir ses officiers; & si quelque ieune homme, aprés le cry publiquement fait par les carrefours, manque à son deuoir, de venir trouuer le Prince, soit pour l'assister, ou proposer excuse valable, le Prince le condamne à auoir la teste tranchée d'vn seau d'eau: Laurens Bouchel, *en sa bibliotheque, ou thresor, du droit François, tom. 2. pag. 1126.* (Longissimo à tempore, cuius non extat memoria, in ciuitate Suessionensi fuit princeps iuuentutis, qui ius habet, antiquitate confirmatum, vt durante mense Maio possit deambulare per ciuitatem stipatus sodalibus suis, iuuenibus nondum maritatis, delectum agere, adhibitis, clangore buccinæ, pulsu tympani, ac vexillo expanso, agere conuentus, atque distribuere officia. Quod si quidam istorum iuuenum, post conuocationem in compitis publice factam, non comparet coram hoc suo Principe, vt ei assistat, vel proponat excusationem iustam, Princeps eum condemnat, vt, instar amputationis capitis, perfundatur situla aquæ.)

CAPVT X.

De prærogatiuis, & singularibus, prædictarum dignitatum maiorum.

COmmunes maiorum istarum feudalium dignitatum prærogatiuæ sunt; I. quod à nullo, præterquam à Rege, conferantur, & accipiantur (*a*), imo vero eius naturæ sint, vt immediate à Corona ipsa accipi deberent (*b*). Inde est, quod si terræ, quæ ab alio in feudum recognoscuntur, fortassis à Rege erigantur in Marchionatum, Comitatum, Principatumve eius-

modi erectiones stricto iure nullæ sint, sed, respectu potestatis Regiæ, tolerentur quidem, at haud alio modo, quam vt habeantur pro simplici tantum titulo honorario, saluo iure domini feudi, vel senioris (c). II. Quod quodammodo, & in nonnullis, participantes sint honorum absolutorum dominiorum (d), *des Seigneuries souueraines*: vt in nomine (e), vsu coronarum in insigniis (f), & compellatione, qua à Rege nominantur cognati, vel consanguinei (g). III. Quod non possint diuidi (h). Et hoc quidem antiquo tempore commune illis fuit cum cæteris feudis, quæ omnia in Francia aliquandiu diuisionem non admiserunt (i). Hodie, maiorum istarum dignitatum feuda, hoc sensu adhuc indiuisibilia sunt, vt corpus integrum permaneat, diuisibilia autem respectu æstimationis (k). Nempe, maior natu in totum illud feudum succedit, minoribus autem natu quasi in vicem portionis debitæ, tenetur præstare compensationem. In quo differunt ab aliis minorum dignitatum feudis (l), quæ respectu corporis, diuidi possunt, sed non omnino in omnibus (m). IV. quod illi, qui eiusmodi feuda tenent, possint ex iisdem aliquam portionem aliis in feudum concedere, vel vectigalem dare, propria autoritate (n), etiam in ipsius Regis præiudicium (o); quod in feudis à Rege in apanagium datis non obtinet (p), vt nec etiam in aliis minoribus (q). An autem illi, qui maiora istarum dignitatum feuda tenent, sicut possunt subfeuda constituere, possint etiam iudicia inferiora constituere, atque sua quasi diuidere, citra Regis permissionem? quæstionis est. Affirmatiua vsu inualuit (r), negatiua tamen rationibus non caret (s). V. Etiam hoc feudis illis maiorum dignitatum commune est, quod si ante annum M D LXVI. instituta fuerint, transeant non solum in acquirentis legitimam prolem masculam, sed etiam fœminini sexus, atque heredes collaterales (t). Quod si vero post illud tempus, quo edictum de Domanio latum, instituta, mortuo primo acquirente, sine prole legitima; sunt caduca, & applicantur Regno (u). Quamquam vero hoc

ita

ita fieri Edictum iubet, nec derogationi locum concedit, Reges tamen alio vtuntur iure, ac plerumque primi acquirentes hic suis quoque vigilare solent (x).

Testes & Testimonia.

a) La premiere prerogatiue de ces grandes Seigneuries, à sçauoir, des Duchés, Marquisats, Comtés & Principautés, est, qu' elles ne releuent que du Roy, encor que de leur nature elles deuroient releuer immediatement de la Couronne. C' est pourquoy les Feudistes les appellent feuda regalia, seu regales dignitates: *tit. de feudo March. & tit. qui dicatur Dux &c. non pas* actiue, *pour entendre qu' elles participent aux honneurs des souuerainetés: mais* passiue, *pour autant qu' elles sont vrais fiefs du Royaume, ne pouuans releuer d' autre seigneurie:* Loyseau *des Seigneur. chap. 6. n.* 1. (Primaria prærogatiua maiorum horum dominatuum, nempe Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, & Principatuum, est, quod à nullo, præterquam à Rege, conferantur clientelari lege, quamquam natura sua debebant immediate à Corona dependere. Vnde feudistis dicuntur feuda Regalia, seu regales dignitates; non quidem actiue, quasi participent de iuribus Regiis, seu absoluti imperii: sed passiue; quoniam sunt vera feuda Regni, & non dependentia ab aliquo Domino non-summo.)

b) Quand ie dis releuer directement de la Couronne, ie n' entens pas releuer simplement du Roy, à cause de quelque Duché, ou Comté, reüni à la Couronne; mais i' entens, qu' il faudroit en bonne Iurisprudence, que les grandes seigneuries releuassent du Roy, à cause de sa couronne. En quoy il y a notable difference. Car les vassaux de la Couronne ne peuuent rendre les hommages, & adueux, qu' en la Chambre des Comptes à Paris, qui est le vray thresor des Chartres de la Couronne: mais les hommages, & adueux des Seigneurs releuans du Roy, à cause de ses Duchés, & Comtés, peuuent estre rendus pardeuant les officiers des lieux, dont ils releuent. Sur quoy on me dira, qu' il y a la plus-part des Duchés & Comtés d' à present, qui ne releuent que des anciens, vnis maintenant à la Couronne. Mais ie respons, qu' ils ont esté erigés par le Roy, par plus-part, depuis la reünion de ces anciens, & primitifs, qui tous releuoient nuëment de la Couronne, au modele d' iceux, & pour iouir des mesmes dignités, preeminences, & prerogatiues qu' iceux, fors seulement les droits de souueraineté, que lors d' icelles erections ont tousiours esté reserués par exprés; qui est vn point fort à noter. Que s' il s' en

trouue d'erigés auparauant, & par autre que le Roy, ç'a esté du temps, que les Ducs & Comtes auoient vsurpé les droits de souueraineté: Loyseau *d. chap. 6. nomb. 7. & 8.* (Quando dico, directe, vel immediate dependere à Corona, non intellectum volo, simpliciter conferri à Rege, respectu alicuius Ducatus, aut Comitatus, reuniti cum corona; sed hoc indicare volo, quod, iuridice loquendo, magni illi Dominatus dependeant, & conferantur à Rege, respectu Coronæ vel Regni, inter quæ magna est differentia. Etenim, vasalli Coronæ non possunt fidelitatem, & clientelarem professionem bonorum, alibi facere, quam Lutetiæ in Camera Computorum, vbi est thesaurus monumentorum Regni. Iuramenta vero fidelitatis, & professio clientelaris bonorum eorum magnatum, qui sunt vasalli Regis, respectu Ducatuum & Comitatum, ad Regnum reuersorum, possunt fieri coram officiariis Regis, illorum Ducatuum, & Comitatuum. Obiici quidem potest, quod maxima pars Ducatuum, & Comitatuum modernorum, dependeat ab antiquis, & postea reunitis cum Corona. Verum respondeo, quod maxima pars horum feudorum fuerit instituta post factam reunionem antiquorum, & primitiuorum illorum feudorum, quæ omnia immediate suscipiebantur à Corona, ad formam illorum, vt iisdem gaudeant dignitatibus, prærogatiuis & præeminentiis, cum illis, exceptis solis iuribus summi imperii, seu superioritatis, quæ à tempore, quo primum illa feuda instituta, semper expresse excepta, & Regi reseruata fuit; quod maxime notandum. Quod si vero reperiantur, quæ antea instituta, ac ab alio, quam à Rege collata, id referendum est ad tempus, quo Duces ac Comites, vsurparunt iura superioritatis.)

c) Si quelquesfois arriue, que le Roy erige en tiltre de Comtés, Marquisats, ou Principautés, des terres, qui releuent d'vn autre Seigneur, telles erections sont nulles de soy; & neantmoins, pource qu'on ne peut imposer loy à la volonté du souuerain, on les tolere pour simples tiltres honoraires seulement. Ainsi le Comté de Lude a esté declaré simple Comté honoraire, pource qu'il releue du Duché de Beaumont, par arrest du VI. Aoust, & V. Decembre, M D XLVI. rapportés par M. Choppin, sur la coustume d'Aniou; & au liure de domanio, *il rapporte vn autre arrest de l'an M D LXV. par lequel vn Comté releuant d'vne Baronnie, fut declaré simplement honoraire. Ainsi par arrest du XX. Aoust M D LXX. la Baronnie de Lucé fut declaré simple titre honoraire, pource qu'elle releue de la Seigneurie de chasteau du Loir. Ce qu'importe, qu'alors ces dignités honoraires n'ont autres droits, que ceux, qui consistent en l'honneur*: Loyseau *d. chap. n. 9.*

n.9. (Si aliquando contingat, Regem feuda, quæ ab alio Domino dependent, erigere in Comitatum, Marchionatum, aut Principatum, erectiones illæ per se nullæ sunt; quoniam vero voluntati supremi Principis lex præscribi nequit, tolerantur, ac habentur tantummodo pro simplicibus titulis honorariis. Sic Comitatus Ludensis, arresto VI. August. & V. Decemb. anno M D XLVI, declaratus fuit simplex Comitatus honorarius, quoniam est feudum Ducatus Bellomontani, vt refert Choppinus, *ad consuetud. Andegauenses*: ac in tractatu *de domanio* addit aliud arrestum, latum anno M. D LXV. quo Comitatus quidam, feudum certi Baronatus, simpliciter dictus fuit honorarius. Ita arresto, lato die XX. Augusti M D LXX. Baronatus Lucensis iudicatus fuit gaudere simplici titulo honorario, quod esset feudum Dynastiæ Castri *du Loir*. Atque hoc eius est effectus, vt illo casu, istæ dignitates honorariæ non habeant alia iura, quam quæ consistunt in honore.)

d) La seconde prerogatiue, de ces grandes Seigneuries, est, qu'elles participent aux honneurs des Seigneuries souueraines, voire mesme on peut dire, que ce sont comme des souuerainetés honoraires: Loyseau *d. chap. n.* 10. (Secunda prærogatiua magnorum istorum dominatuum est, quod participent de honoribus Dynastiarum supremarum; imo dici potest, eos esse quasi supremas, sed honorarias tantum.)

e) Elles ont vn tiltre de dignité, capable de souueraineté, & qui leur est commun auec plusieurs Princes souuerains: Idem *d. l. & num.* (Habent titulum dignitatis capacem summæ potestatis; & qui ipsis communis est cum multis Principibus absolutis.)

f) Ceux qui en sont inuestis, portent leurs armoiries couronnées au timbre, à sçauoir, les Ducs d'vne couronne fleuronnee; les Comtes, d'vne couronne perlée; les Marquis d'vne couronne meslée; & les Seigneurs de principauté, d'vn simple diadesme, ou cercle d'or sans aucun dessus: Loyseau *d. ch. n.* 11. (Qui de eiusmodi dynastiis sunt inuestiti, in insigniis vtuntur galea coronata: Duces quidem, in iisdem exhibent coronam cum floribus aureis; Comites coronam vnionibus exornatam; Marchiones mixtam; Domini principatuum, simplex diadema, aut circulum aureum.)

g) Les Rois, en consequence de ceste participation aux honneurs de la souueraineté, les appellent leurs parents, & Cousins: Loyseau *au dict chap. nomb.* 11.

h) La troisiesme prerogatiue, qui prouient de la mesme consideration, est, qu'elles sont impartables, & indiuisibles, tout ainsi que les souuerainetés, & aussi comme les offices. Ducatus, Marchia, aut Comitatus, de cætero non diuidantur, aliud autem feudum, si consortes volue-

voluerint, diuidatur: 2. *Feud. 55. §. firmiter. Ce que l' antique Poëte Guntherus a enoncé en ces vers (lib. 8. v. 637.)*

Marchia, seu Comitis possessio, siue Ducatus,
Integra permaneant; feudalia cætera multis
Participanda patent, Domino dum quisque fidele
Spondeat obsequium, iurandaque fœdera præstet.

Où il ne se faut estonner, qu' il ne soit faict mention des Principautés, pource que c' est vne Seigneurie extrauagante, qui n' estoit alors cognuë: mais puis qu' elles releuent immediatement de la Couronne, i' estime, qu' elles doiuent iouïr en tout, & par tout, des priuileges des grandes Seigneuries: Loyseau *d. chap. n. 12. & 13.* (Tertia prærogatiua, quæ ex eadem ratione prouenit, est, quod illa feuda sint indiuisibilia, ad exemplum Dynastiarum supremarum, ac officiorum &c. vbi admirandum non est, quod nulla fiat mentio Principatuum; sunt enim dynastiæ extrauagantes, quæ tunc nondum fuerunt cognitæ; verum, quoniam immediate conferuntur à Corona, puto illos vbique omnibus priuilegiis maiorum Dynastiarum frui debere.)

i) *C' est bien sans doute, que toutes les Seigneuries estoient anciennement impartables, ainsi que les offices, mesme les simples fiefs estoient indiuisibles, par leur ancien droit, & l' ont esté long temps en France, depuis qu' en Lombardie on en a permis la diuision. Tesmoing nos anciennes coustumes prohibitiues du despie & esclichement de fief. Mais, depuis que les fiefs ont esté faits patrimoniaux tout à faict, on a toleré la diuision aux simples fiefs; de laquelle neantmoins prouiennent plusieurs inuolutions en nostre vsage. Et quant aux Seigneuries, qui ont vn office annexé, c' est chose remarquable, que plus, ou moins elles retiennent de la nature de l' office, plus ou moins aussi sont-elles indiuisibles:* Loyseau *d. chap. n. 14. & 15.* (Extra dubium est, omnes dynastias antiquitus fuisse indiuisibiles, æque vt officia; imo & simplicia feuda erant indiuisibilia, iure suo antiquo: & talia fuerunt in Francia longum per tempus, etiam postea quam in Lombardia admiserant diuisionem. Testantur hoc nostræ consuetudines antiquæ, quæ prohibent feudorum diuisionem. At cum postea feuda omnino facta fuerint patrimonialia, admissa fuit diuisio in feudis simplicibus. Quodque attinet dynastias, quibus officium annexum, notatu dignum est, quod secundum id quo plus vel minus retinent ex natura officii, plus, vel minus etiam, sunt indiuisibiles.)

k) *Les grandes Seigneuries sont indiuisibles en leur corps: mais comme les offices venaux sont diuisibles par estimation, combien qu' ils soient indiui-*

indiuisibles en leur propre espece, tout de mesme ces grandes Seigneuries, qui tombent pareillement en commerce & estimation, sont iugées en France diuisibles, & partables par estimation, ó recompense seulement. C' est à dire, qu' en succession, l' aisné masle prend le Duché, Marquisat, ou Comté, tout entier, mais il est tenu bailler aux puisnés, en autres corps hereditaires, l' estimation, ou recompense de leur portion, telle qu' ils l' auroient en espece aux simples fiefs: Loyseau *d.ch.n.*17. (Magnæ Dynastiæ sunt indiuisibiles, respectu massæ, vel corporis totius, verum, quemadmodum officia venalia sunt diuisibilia per æstimationem, licet sint indiuisibilia in sua specie; ita etiam magnæ illæ Dynastiæ, quæ propter commercium, à quo exemptæ non sunt, & æstimationem quam patiuntur, iudicantur in Francia esse diuisibiles, per æstimationem & compensationem: hoc est, in successione primogenitus accipit totum Ducatum, Marchionatum, aut Comitatum; obligatur vero postea natis dare alia bona hereditaria, in vicem æstimationis ac hostimenti portionis illorum, qualem acciperent, si esset quæstio de successione in feudis simplicibus.)

l) *Les autres moindres Seigneuries, qui participent moins de la nature des offices, sont partageables en leur propre corps, & espece; comme il fut iugé par arrest solennel de la Pentecoste*, M D XIX. *touchant la Seigneurie de Montmorency, à present Duché, & Pairie, & lors simple Baronnie, qu' on disoit estre la premiere Baronnie de France: & toutesfois, pource que ces diuisions sont tousiours incommodes, les Commissaires, appellés à faire les partages des grandes maisons, doiuent les euiter, tant qu' ils peuuent, à fin de ne tomber au prouerbe, σῦκα μερίζειν*: Loyseau *d.ch.n.*18. *&* 19. (Reliquæ Dynastiæ minores, quæ minus participant de natura officiorum, admittunt diuisionem in corpore, & specie sua, vt iudicatum fuit arresto solemni, anno M D XIX. circa Pentecosten, concernente Dynastiam Montismorantii, quæ nunc est Ducatus, ac Pariatus, tunc autem erat primus Baronatus Franciæ. Quoniam vero illæ diuisiones semper laborant incommoditate, Commissarii, qui vocantur ad diuidenda bona illustrium familiarum, eas debent euitare quantum possunt, ne incidant in prouerbium, *ficos diuidere.*)

m) *Il faut remarquer en ces moindres Seigneuries, que combien que le domaine, & mesme les droicts feodaux d' icelles puissent estre partagés actuellement, & par diuis, neantmoins la dignité de Seigneur n' est partable par diuis; en sorte, que d' vne Baronnie, ou Chastelainie, on en puisse faire deux, ou plusieurs, & pareillement la iustice, en*

laquelle principalement consiste la Seigneurie, ne peut estre partagée, que par indiuis, & pour en iouir successiuement, l' vn apres l' autre, pour certain temps; ou bien, s' accordant d' vn mesme iuge, & comme il est porté par l' article 25. de l' ordonnance de Rousillon: & non pas en faisant plusieurs iustices separées, au lieu d' vne. Non est enim admittenda multiplicatio tribunalium, sed quæque iurisdictio debet remanere & exerceri præcise in illa forma, & in illis terminis, in quibus concessa fuit à superiore, *dit du Moulin, sur le x. article de la coustume*: Loyseau *d. chap. n.* 20. & 21. (Notandum est de his minoribus Dynastiis, quod licet illarum domanium, ac iura feudalia possint diuidi actu; attamen dignitatem non posse diuidi, ita vt ex vno Baronatu, aut Castellaneatu non possint fieri duo, aut plures. Similiter iurisdictio, in qua potissimum consistit dominatus, non admittit diuisionem, sed eadem ita potest assignari pluribus, vt vnus post alterum per certum tempus eam exerceat, aut vt omnes in vnum consentiant iudicem, qui eam exerceat, & vnusquisque ex illis accipiat portionem suam ex compendiis iudiciariis: vt legitur in articulo xxv. Edicti Rosilonienfis. Non autem ita diuidi potest, vt ex una iurisdictione fiant duæ. Non est enim admittenda &c.)

n) La quatriesme prerogatiue des grandes Seigneuries, qui est d' vne notable importance, & toutesfois mal-maintenuë en nostre vsage, est, que ceux qui les ont, & non autres, peuuent creer des fiefs, & des censiues, c' est à dire, qu' ils peuuent conceder vne partie de leur domaine à tiltre de fief, ou de cens, au preiudice du Roy, attendu qu' a esté dit tout au commencement du 1. liure des Fiefs, qu' il n' y a que les vassaux du Roy, qui feuda dare possint: *Ce qu' il faut entendre, qu' il n' y a qu' eux, qui les puissent conceder de leur propre authorité, & sans permission du souuerain, & en telle sorte, qu' ils soient distraicts de sa tenure immediate, & soient faicts arriere fiefs, ou cens infeodés*: Loyseau *d. ch. n.* 22. (Quarta prærogatiua magnarum Dynastiarum, quæ notabilis consequentiæ, & tamen male apud nos obseruatur, est, quod illi, qui eas tenent, non vero alii, possint constituere feuda, & vectigalia prædia; hoc est, possint partem sui domanii concedere titulo feudali, aut vectigali, in præiudicium Regis. Etenim *in initio libri primi de feudis* legitur, nullos nisi vasallos Regis feuda dare posse, quod ita intelligi debet, illos tantummodo feuda dare posse, propria autoritate, & sine permissione Regis, ac ita efficere, vt amplius immediate ab eo non dependeant, atque fiant subfeuda, aut vectigalia prædia feudata.)

o) Ce que i' enten à l' esgard du Roy mesme, & à son preiudice, sans qu' ad-

qu'aduenant ouuerture de leur fief, le Roy puisse comprendre en la saisie d'iceluy,les terres ainsi sousinfeodées, ou accensiuees: ni pareillement en la taxe de son relief: bref, sans que le vassal du Roy soit tenu les rachepter en domaine.Ce qui prouient de ce, que tout au commencement, que la Monarchie Françoise fut establie, on distribua les territoires tous entiers aux Capitaines du Royaume, à la charge expresse, d'en faire part à leurs soldats, à titre de fief,& d'en laisser quelque partie aux naturels du païs, à tiltre de cens: Loyseau *d.chap.6. n.* 24. (Quod accipi velim etiam quoad Regem ipsum,& in illius præiudicium,& sic, licet feudum fiat apertum, Rex tamen non possit cum illo simul apprehendere fundos datos in subfeudum, aut vectigales; nec etiam referre in taxam pretii initæ possessionis: breuiter,vasallus Regis non tenebitur illa subfeuda, & agros vectigales redimere. Hoc inde procedit, quod, vt Monarchia Francica primum fuit constituta, integra territoria fuerint assignata Capitaneis Regni, cum conditione expressa, vt militibus particulas quasdam ex iisdem darent in feudum,ac nonnihil relinquerent indigenis, titulo prædiorum vectigalium.)

p) I'estime, que quand les Duchés, & Comtés d'appanage,retournent à la Couronne, les sousinfeodations, & accensiuemens, faits depuis la concession de l'appanage,doiuent estre aneantis, par la regle de la loy, lex vectigali, ff. de pignoribus: pource que la raison de la decision generale cesse en ce cas, n'ayans les appanages esté concedés aux enfans de France, pour en faire part à leurs soldats,& à leur peuple: ainsi que le Roy mesme, s'estant par l'ordonnance du domaine osté le pouuoir d'infeoder, ou accensiuer,les terres de son domaine, à plus forte raison ses appanages ne le doiuent auoir. Mais au contraire, i'estime, que les Ducs, Marquis & Comtes, de nouueau erigés,ores qu'ils ne releuent que du Roy, & non de la couronne, doiuent iouir de ceste faculté de sousinfeoder, & accensiuer, pource que ceste raison particuliere,qui concerne seulement le domaine de la Couronne, n'a lieu à leur esgard. Et combien que leur erection n'ait esté faicte à ceste condition expresse,de pouuoir sousinfeoder & accensiuer,si est ce,qu'elle y est sousentenduë,en ce qu'elle est faicte pour en iouir auec les droits, & prerogatiues des anciens Ducs,& Comtes, dont ceste-cy est l'vne des principales: Loyseau *d.chap.n.*25.& 26.(Quando Ducatus & Comitatus, qui concessi fuerant in apanagium, reuertuntur ad Coronam, meo iudicio subinfeudationes, atque concessiones agrorum vectigalium, factæ post collationem apanagii, debent annullari, autoritate *legis, lex vectigali* 31. *ff. de pignor.* quandoquidem ratio decisionis generalis cessat in hoc casu, cum apanagia non fuerint concessa liberis Regum Franciæ, vt partem illorum

rum conferrent militibus, aut plebi. Et cum Rex ipse constitutione de domanio, sibi ademerit potestatem infeudandi, ac pro solario vectigali concedendi terras domanii sui, apanagia, quæ dedit, non debent esse liberioris conditionis, quam ipse, qui ea concessit. Contra vero arbitror, Duces, Marchiones & Comites, nouiter creatos, quando immediati Regis, non autem Coronæ, sunt vasalli, habere facultatem subinfeudandi, & agrum pro solario vectigali concedendi, quoniam ratio illa particularis, quæ tantum concernit Domanium Coronæ, illos non tangit. Licet autem isti Ducatus, Marchionatus ac Comitatus, cum hac conditione expressim erecti non fuerint, quod possint subinfeudare, aut pro solario vectigali agros conferre, attamen illa subintelligitur, quoniam facta est, vt liceat illorum causa vti iuribus, ac prærogatiuis antiquorum Ducatuum, & Comitatuum, ex quibus hæc est vna ex principalioribus.)

q) *C' est sans doute, que les autres moindres Seigneuries, soit qu' ils releuent du Roy, ou d' autres, ne peuuent sousinfeoder, ni accensiuer, au preiudice du Seigneur dont ils releuent. Et encor que telle sousinfeodation, ou accensiuement, tienne, à l' esgard de ceux qui l' ont faicte, & qui partant ne peuuent venir contre leur propre acte; neantmoins ne fait preiudice aux Seigneurs superieurs, mesme à leur esgard est de nulle valeur, & reputé comme non faict; de sorte qu' ils peuuent, aduenant ouuerture du fief de leur vassal, comprendre en leur saisie feodale, & en liquidation de leur rachapt, le domaine ainsi sousinfeodé, ou accensiué*: Loyseau *d. chap. nomb.* 25. (Extra dubium est, cæteras minores Dynastias, siue à Rege dentur in feudum, siue ab aliis, non habere annexam potestatem subinfeudandi, aut pro solario vectigali agros concedendi, in præiudicium Domini feudi. Ac quamuis subinfeudatio ista valeat respectu illorum, à quibus facta, cum non possint contra proprios venire actus; non tamen præiudicat Dominis superioribus, sed quoad illos est nulla, & habetur pro non facta, ita, vt cum feudo vasalli sui, quod apertum factum, possint simul apprehendere, ac in taxam receptionis referre, agros in subfeudum, vel pro solario vectigali concessos.)

r) *C' est chose toute notoire, en l' vsage, que mesme les Chastellains, voire encor les simples hauts-iusticiers, erigent tous les iours Iustices inferieures, & qu' il y a plusieurs coustumes, qui donnent ce pouuoir aux simples Chastellains*: Loyseau *d. chap. n.* 30. (Res est plane notoria in vsu, quod etiam Castellani, imo quoque illi, qui simplicem tantum iustitiam altam habent, quotidie erigant iudicia inferiora, ac multæ sint consuetudines, quæ hoc permittant simplicibus Castellanis.)

Neant

s) *Neantmoins* (pergit loqui Loyseau *n.31.*) *le contraire est tres-veritable en bonne iurisprudence.* (Nihilo minus tamen contrarium, si ad normam Iurisprudentiæ exigatur, verissimum est.) Nempe per rationes, quas adducit Idem *n.32.& seqq.*

t) *En France les appanages des fils du Roy sont reuersibles à la Couronne, en defaut de posterité masculine: mais les autres Duchés, Marquisats, & Comtés, erigés auparauant ceste Ordonannce,*(*de l'an* M D LXVI. vide supra *h.lib.capite 6. lit.x.*) *sont transmissibles, & aux filles, & aux heritiers collateraux du premier vassal, comme les autres fiefs, sans auoir esgard, ny au sexe, ny a la distinction du droit Lombard, d'entre le fief ancien, & le nouueau, si ce n'est, que la concession fust par exprés limitée aux descendans masles, ou qu'en defaut d'iceux, la reuersion fust stipulée*: Loyseau *d. chap. n.* 41. (Apanagia filiorum Regis, in Francia sunt reuersibilia ad coronam, deficiente prole mascula apanagiati; at cæteri Ducatus, Marchionatus, atque Comitatus, qui erecti fuerunt ante constitutionem factam anno M D LXVI. sunt transmissibiles etiam in filias, ac collaterales primi acquirentis, æque vt cætera feuda, nullo habito respectu siue sexus, siue distinctionis iuris Longobardorum inter feudum antiquum & nouum, nisi expresse successio restricta fuerit ad descendentes masculos, aut, illis deficientibus reuersioni locum esse debere, stipulatio interposita.)

u) *Par l'ordonnance de l'an* M D LXVI. *appellée l'ordonnance du Domaine, les Duchés, Marquisats & Comtés, erigées depuis icelle, sont declarés reuersibles à la Couronne, en defaut d'hoir masle, descendant de celuy pour qui l'erection est faicte*: Loyseau *d. chap. n.* 40. (Constitutione facta anno M D LXVI. quæ appellatur Constitutio de Domanio, Ducatus, Marchionatus & Comitatus, qui post illam erecti fuerunt, declarantur esse reuersibiles ad coronam, propter defectum heredum masculorum, descendentium ab illo, cuius gratia erectio facta.)

x) *Quant aux Duchés, Marquisats, & Comtés, erigés depuis ceste ordonnance, c'est chose notoire, qu'ordinairement par leur erection on n'oublie gueres de deroger expresément à icelle; & combien qu'elle porte, qu'il n'y pourra estre derogé, neantmoins il est certain, que la puissance souueraine ne peut estre bornée; C'est pourquoy, quand sa Maiesté y deroge, elle adiouste à ses lettres la clause derogatoire au derogatoire d'icelle, & si on adiouste encore, que sans ces clauses l'impetrant n'eust accepté l'erection.*

 C'est

C'est pourquoy il n'y a nulle apparence, qu'aduenant le defaut de masles, il perde sa Seigneurie: Vray est, qu'il y a apparence, que la qualité de Duché, Marquisat, ou Comté, doit estre esteinte en ce cas; ce que mesme souuent le Parlement ordonne, en verifiant telles erections: Loyseau *audict chap. n. 42.* (Quod attinet Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, erectos post dictam constitutionem, ordinarie in erectione constitutioni expresse solet derogari: ac licet eadem prohibeat derogationem fieri, certum tamen est, absolutam potestatem non admittere limites. Inde, quando Regia Maiestas constitutioni derogat, literis suis inserit clausulam derogantem derogatoriæ illius; item addi solet, absque his clausulis impetrantem noluisse acceptare erectionem. Itaque non videtur, ob defectum masculorum illam Dynastiam reuerti ad Regem; verum tamen est, videri statuendum, hoc casu qualitatem Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, debere extingui; quod sæpe Parlamentum constituit, dum eiusmodi erectiones approbat.)

CAPVT XI.

De feudis mediocrium dignitatum, & in specie de Vicecomite, qui Gallis Vicomte *dicitur.*

NOn solum Romæ, sed etiam in Francia, maiores Magistratus, quibus arma & iustitia commendata, cum plerumque magis illam, quam hanc exercere docti, minora iustitiæ negotia expedienda dabant vicariis, & suis locum tenentibus (*a*), quos in Francia *Vicomtes* (*b*), *Preuosts* (*c*), *Viguiers* (*d*), *vel Chastellains* (*e*), appellatos fuisse traditur. Vicecomites quod attinet, videntur eo nomine appellati, qui in ciuitatibus loco Comitis constituti erant, siue quando ciuitas Comitem nullum habebat, siue quando Comes in eadem sedem ordinariam non tenebat (*f*). Constitutos dico, vel à Ducibus siue à Comitibus prouinciæ, siue à Rege ipso (*g*). Atque illis temporibus Vicecomites simplices erant officiarii (*h*), talesque esse continuarunt vsque ad Hugonis Capeti ætatem. Postquam enim ille Regnum occupauisset, & ad eiusdem quoque exemplum Duces atque Comi-

tes sibi prospexissent (*i*), horum locum-tenentes, & inter eosdem plerique Vicecomites,& Castellani in pagis, officia sua in Dominia conuertere conati sunt (*k*): Nonnullos fortuna adiuuit ex asse,alios ex parte tantum (*l*). Vicecomitum, qui ex officiariis facti sunt domini,tres,aut *quatuor* sunt species. *Primum* locum occupant illi, qui Vicecomitatum suum à Corona in feudum tenent,siue à Rege in locum Comitum olim collocati, siue à Comitibus ciuitatum, quos postea eiecerunt; siue à Ducibus,& Comitibus prouinciarum, à quorum obedientia se liberarunt,non alium recognoscere parati,nisi Regem (*m*). Et hi quidem,quoniam feudum Vicecomitatus immediate à Corona suscipiunt, merentur accenseri illis, qui maioris dignitatis feuda tenent,de quibus *in antecedentibus capitibus* à nobis actum fuit. *Secundi* sunt Vicecomites illi, qui à Rege inuestiuntur de Vicecomitatu, respectu Comitatuum, qui nunc cum Corona coaluerunt: quæ species est omnium magis communis (*n*). *Tertii*,qui inuestiuntur non à Rege, sed à Comite aliquo Regni. Vtrique horum, tanquam subfeudales Coronæ, illis accensentur,qui mediocria dignitatum feuda tenent (*o*). *Quarto* loco veniunt, qui olim Vicecomites, hodie autem dicuntur *Seigneurs Vicomtiers* (*p*).

Testes & Testimonia.

a) *C'est chose,qui de toute antiquité a esté obseruée, & à Rome, & en France,que les principaux Magistrats, ayans tous ensemble la charge des armes,& de la iustice,& neantmoins estans plus gens d'espée, que de lettres,se deschargeoient des menus affaires de la iustice sur des Lieutenans*: Loyseau *des Seigneuries d.ch.7.n.31.*

b) Quasi Comitum vicem gerentes: Loyseau *d. l.*

c) Quasi præpositi iuri dicundo: Loyseau *d l.*

d) Quasi vicarii: Tholosan. *Syntagm. iur. vniu.libr.* 47. *c.* 33. *n.* 16. Loyseau *d.loc.*

e) Quasi castrorum custodes: Loyseau *d. loc.*

f) *Il y a grande apparence, que ceux-là estoient appellés Vicomtes, qui*

qui estoient mis dans les villes, au lieu des Comtes; soit que ces villes n' eussent point de Comtes, soit que les Comtes n' y fissent leur demeurance ordinaire. Et ceux-là partant tenoient rang des Comtes, & estoient plus que simples Vicaires, ou Lieutenans, comme les Viceroys sont plus que Lieutenans de Roy: Loyseau *d. chap. n.* 5.

g) Ie dis, mis dans les villes au lieu des Comtes, soit qu' ils y fussent mis par les Ducs, ou Comtes de la prouince, (comme en toutes les villes de Normandie il y eut des Vicomtes, establis par les Ducs) soit qu' ils y fussent mis par le Roy mesme, comme gardiens des Comtes, en attendant, qu' il y eust mis des Comtes en tiltre: Loyseau *d. ch. n.* 6.

h) Il est bien certain, que les Vicomtes estoient de leur premiere origine simples officiers: mesme encor à present en Normandie, les Iuges primitifs des villes sont appellés Vicomtes, & ces Vicomtes de Normandie ont toute la mesme charge, que ceux, qui au cœur de la France sont appellés Preuosts; en Languedoc, Viguiers; & Chastellains, en Poictou: Loyseau *d. chap. n.* 10.

i) Il est à presumer, qu' au mesme temps, que Huë Capet de Maire du Palais, de Duc des Ducs, qu' il estoit, se fist Roy de France, & qu' au pareil les Ducs, & les Comtes, vsurperent la proprieté de leur charges: Loyseau *d. chap. n.* 17.

k) A leur exemple (Loyseau *d. ch. n.* 18.) *aucuns de leurs Lieutenans firent de mesme, notamment la plus part des Vicomtes, & des Chastellains des villages: pource que ceux-là n' auoient pas leur superieur prés d' eux, & aussi qu' ils auoient la charge tant des armes, que de la iustice: mais les Preuosts, Viguiers, & Chastellains des villes n' en peurent faire autant, ains sont tousiours demeurés simples officiers: pource qu' ils auoient leurs Chefs presens, & n' auoient, possible, la charge des armes:* Loyseau *d. ch. n.* 17. & 18.

l) Il y eut quelques vns des Vicomtes, qui ne se peurent non plus faire seigneurs, ains sont aussi demeurés simples officiers; comme, entre autres, ceux de Normandie: d' autres aussi, combien qu' ils ayent changé leur office en fief, n' ont peu pourtant vsurper la proprieté de la iustice, ains seulement certaine part des amendes, & autres profits casuels d' icelles. Ainsi que il se void au procés verbal de la Coust. de Berry, sur le 8. artic. du 2. chap. que les Vicomtes de Bourges, de Cologne, de Villemenart, de S. Georges, & de Fussi pretendent le tiers des profits de la iustice Royale: qui est la part, que les Vicomtes, estans Officiers, auoient accoustumé de prendre en la iustice de Comtes, comme a prouué Guilelmus, Camdenus *in sua Britannia, cap. de ordinibus Angliæ.* (Nonnullis Vicecomitum haud data fuit occasio, ad domina-

minatum adscendendi, sed permanserunt simplices officiarii, vt, inter alios, sunt Vicecomites in Normannia. Alii quoque, licet officia sua conuerterint in feuda, non tamen potuerunt sibi proprietatem iurisdictionis attribuere, sed tantum partem aliquam mulctarum, atque alia eiusdem compendia casualia. Quemadmodum videre licet *in processu verbali consuetudinis Bituricensis ad articulum* 8. *capitis* 2. Vicecomites, Bituricensem, Coloniensem, Villemenartensem, Sanctogeorgianum, & Fussianum, prætendere tertiam partem emolumenti Iustitiæ Regiæ. Hanc enim partem Vicecomites, tanquam officiarios accipere solitos in Iustitia Comitum, probauit Guil. Cambdenus &c. Loyseau *d.ch.n.19.& 20.*

m) Des Vicomtes, qui se sont faits Seigneurs, il y en a de trois, ou quatre sortes Sçauoir, en premier lieu, ceux qui releuent de la Couronne, soit pour auoir esté establis par les Roys au lieu des Comtes, ainsi qu'on dit du Vicomte de Turenne: soit que les Vicomtes, ayant esté establis par les Comtes des villes, les ayent par aprés chassés; comme il me souuient d'auoir leu, que les Vicomtes de Milan vsurperent la Seigneurie sur les Archeuesques, qui en estoyent Comtes: soit, finalement, qu'ayans esté establis par les Ducs, & Comtes, des villes, ils ayent, aprés leur vsurpation, secoüé le ioug de leur obeïssance, ne voulans recognoistre que le Roy. Et tous ces Vicomtes doiuent, sans doute, estre mis au rang des grandes Seigneuries, puis qu'ils sont fiefs, immediats de la Couronne: Loyseau *d.ch.n.21.& 22.*

n) Secondement, il y a d'autres Vicomtes, qui releuent du Roy, à cause des Comtés de present reünis à la Couronne, qui est l'espece la plus-commune de toutes: Loyseau *d.ch.n.23.*

o) En troisiesme lieu, il y en a, qui releuent des Comtés non Royaux, lesquelles deux dernieres especes sont du rang des mediocres Seigneuries, estans arriere-fiefs de la couronne: Loyseau *d.ch.n.24.*

p) Il y a encor vne quatriesme espece, moindre que les trois precedentes, à sçauoir de ceux, qui n'ont peu vsurper la haute iustice, ains sont demeurés simplement moyens iusticiers; qui toutesfois ne sont pas auiourd'huy qualifiés Vicomtes, ains, à la difference des autres, sont seulement appellés Seigneurs Vicomtiers: Loyseau *d.ch.n.25.* (Est etiam quarta species, minor tribus præcedentibus, nempe eorum, qui non potuerunt sibi parare superiorem iurisdictionem, sed permanserunt in simplici media; quibus tamen hodie non adscribitur titulus Vicecomitum, sed, ad differentiam cæterorum, nominantur tantum *Seigneurs Vicomtiers.)*

CAPVT XII.

De Vicedominis, qui Gallis dicuntur Vidames.

D*Ame*, quod à latino *dominus* & *domnus* (*a*) originem habet, antiquo loquendi Francorum more *Dominum* (*b*) significabat, hodie *dominam* (*c*). *Damoiſel* (*d*), diminutiuum à *Dame*, *dominulum*, *Damoiſelle*, *dominulam* (*e*); *Vidame*, vicedominum. Quod itaque reſpectu Comitis eſt Vicecomes, id reſpectu Epiſcopi, qui per excellentiam Dominus, vel Domnus, dicebatur, eſt Vicedominus (*f*), hoc eſt, ille, qui vice Epiſcopi fungitur, in temporalibus (*g*), potiſſimum in adminiſtratione iuſtitiæ: ac, quemadmodum Vicecomites ex officiariis facti ſunt Domini, ita quoque Vicedomini; dum officium ſuum conuerterunt in feudum, quod ab Epiſcopo recognoſcunt (*h*). In eo autem differunt, quod plures ſub vno Comite Vicecomites eſſe poterant, vnius autem Epiſcopi vnus Vicedominus (*i*), qui merum imperium, & temporalem iuſtitiam adminiſtraret, quod Epiſcopum, tamquam clericum, facere non decebat (*k*). Vicedominus autem licet non omnis ſedem ſuam teneat in ciuitate Epiſcopali, huius tamen nomine vtitur, hoc modo; Vicedominus Rhemenſis, Vicedominus Ambianus, Vicedominus Cenomanenſis, Vicedominus Carnutenſis (*l*).

Teſtes; & Teſtimonia.

a) *Lors que le langage latin commença de ſe corrompre, nos anciens dirent* domnus, *pour* dominus: Eſtienne Pasquier, *liur 6. des recherches de la France ch. 3. fol. mihi 299. lit. b.* Quod recto vſu Latini *Dominum* dixere vocabulum, id in blanditias flectentes communiſſimas, Septentrionales populi irrumpentes Romanum imperium, *Domnum* dixere. Cuius rei in ſcriptis æui illius mentio creberrima &c. Quod ne vitio typographi

graphico aut scriptorio accidisse putetur, in Poëtis etiam *Domnus* hexametrum orditur: Barthius *Aduerſ. lib 29.c.19.p* 1393.

b) *Dame dieu*, antiquis erat, Dominus Deus. Adhuc hodie appellantur *Dams*, in nonnullis monasteriis, (*les Religieux, qui sont constitués en dignités, par dessus les autres.*) Monachi, qui in dignitate supra reliquos constituti sunt: Pasquier *d.l.* Et putat Loisel, *és Memoires des païs de Beauuais*, etiamnum hodie *Dame* dici pro Domino. *Nous vsons*, inquit, *communément de ce mot Dame, pour* dominus, *quasi sans y penser, quand parlans les vns aux autres, nous disons, dame voire, dame ouy.*

c) *Le mot de Dame, anciennement en France estoit comme le* Dominus *latin, approprié aux hommes: mais le temps a voulu, qu' il soit en fin abouty aux femmes seulement, tout ainsi que celuy de Donna, aux Italiens. Et n' en sçaurois rendre autre raison, si non, que les femmes commandent naturellement aux hommes, non obstant quelque superiorité, que par nos loix nous nous soyons donnée sur elles*: Pasquier *d.loc.lit.e.* (Vocabulum *Dame*, olim in Francia erat, quod latinis *Dominus*, titulus masculorum; at temporis imperio illud postea ad solas fœminas deuolutum est, sicuti in Italia *Donna*. Cuius haud aliam reddere possum rationem, quam, quod fœminæ naturaliter imperent masculis, non obstante illa superioritate, quam nobis nostris legibus in illas adscripsimus.)

d) *Nous fismes en France du mot de Dame, deux diminutifs, l' vn de Damoisel, pour les hommes; & Damoiselle, pour les femmes. Quant au Damoisel masculin, nous en vsasmes quelquesfois pour Seigneur.* (A voce *Dame* duo fecimus diminutiua, *Damoisel*, pro viris, & *Damoiselle*, pro fœminis. Quantum ad masculinum *Damoisel* attinet, eo interdum pro Domino vsi sumus.) Pasquier *d.l. lit.f.* vel, si credimus Faucheto *de l' origine des Cheualiers, ch.1. pag.12.* (*le nom de Damoisel n' appartenoit qu' aux ieunes adolescens de grande maison, & n' estoit pas commun. Car il ne se trouue gueres auoir esté porté pour titre de Seigneurie, que par celuy de Commarchis, place, & grand fief, assis entre la Champagne & Lorraine.*) Nonnisi ex illustri familia natis adolescentibus attribuebatur appellatio *Damoisel*, vt quæ non erat communis. Vix enim reperiis hoc vocabulum loco tituli Dominatus adhibitum fuisse, præterquam illi de Commarchis, loco & feudo magno inter Campaniam & Lotharingiam sito.

e) Ex *Dominus*, & *Domina*, factum est *Domnus*, & *Domna*, ac *domnulus*, & *domnula* blandientium voces. Sic apud Saluianum, *epistol.4.* Palladia ad parentes: *Aduoluor vestris ô parentes charißimi pedibus, illa ego vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula, cum qua hus tot vocabulis quondam indulgentißima pietate lusistis.*

f) Ce qu' est le Vicomté, à l' esgard du Comte, le Vidame l' est à le esgard de l' Euesque, qui Dominus, vel Domnus, per excellentiam dicitur, in sua Ecclesia, vt cum ei occinitur; *Iube Domine benedicere*: Loyseau *d. chap. 7. nomb. 27.*

g) Le Vidame est celuy, qui represente, & tient la place de l' Euesque, en tant que Seigneur temporel: can. volumus, & can. seq. dist. 89. *can. Saluator*, 1. *quæst.* 3. Loyseau *d. l. Vidame* (ait Pasquier, *d. l. fol.* 299. *lit. c*) *de sa premiere institution estoit le iuge temporel des Eueschés, & colleges Ecclesiastics, que nos ancestres appellerent en latin* Vicedominum.

h) Tout ainsi que nos Rois firent de leurs Comtes iuges des vassaux, aussi firent le semblable les Ecclesiastics de leurs Vidames: & de la est, que nous voyons les Vidames de Chartres, d' Amiens, & Rheims, estre tres-riches & amples Seigneuries, que l' on releue des Euesques. (Quemadmodum nostri Reges ex Comitibus suis, qui erant iudices, fecerunt vasallos: ita etiam Ecclesiastici ex suis Vicedominis. Et hinc videmus Vicedominatus, Carnutensem, Ambianum, & Rhemensem, esse perquam opulenta, & ampla dominia, quæ ab Episcopis tenentur in feuda.) Pasquier *d. l. lit. d.* Vel, vt scribit Loyseau, *d. ch. n.* 28. *Comme les Vicomtes, de simples officiers qu' ils estoient, se sont faits Seigneurs, aussi ont fait les Vidames, changeans leur office en vn fief, releuant de leurs Euesques. Et de faict, il n' y a point, que ie sçache, de Vidame en France, qui ne releue d' vn Euesque, ou bien, qui ne soit annexé, & reüni au temporel d' vn Eueschè, comme est le Vidame de Beauuais, appellé maintenant le Vidame de Gerberoy, qui a esté reuni à l' Eueschè de Beauuais.*

i) Il ne peut auoir, qu' vn Vidame en vn Eueschè, ayant l' intendance de toute sa iustice temporelle, combien qu' il puisse bien auoir plusieurs Vicomtes sous vn Duc, ou Comte, establis en diuerses villes, ainsi qu' il se void en Normandie: Loyseau *d. ch. n.* 30.

k) Les Vidames ont les mesmes droits, que les Vicomtes, si non qu' ils ont la haute iustice à plus-iuste titre que les Vicomtes, qui ne l' ont euë que par vsurpation, au lieu que les Vidames l' ont euë du propre droit de leur office, pource que les Euesques ne la pouuans exercer en propre personne, à cause de leur clericature, estoient forcés la commettre aux Vidames; dont s' ensuit, que les Vidames sont du rang des mediocres Seigneurs, puis qu' ils releuent des Euesques: Loyseau *d. chap. nomb.* 31. (Vicedominis eadem competunt iura, quæ Vicecomitibus, nisi quod habeant altam iurisdictionem, seu merum imperium, meliori titulo quam Vicecomites, qui eam per vsurpationem sibi attribuerunt, cum Vicedomini

domini eam habuerint iure proprio officii sui. Episcopi enim, tanquam Clerici, non poterant ipsimet eam exercere, ideoque necesse habebant illam committere Vicedominis; vnde sequitur, Vicedominos esse ex numero mediocrium Dynastarum, quoniam feudum suũ recognoscunt ab Episcopo.)

l) Comme les Viçomtes, aussi les Vidames, ont pris le nom des villes des Comtes, ou des Eueques, combien que leurs Seigneuries en soient quelquesfois fort esloignées: Comme nous voyons des Vidames de Rheims, de Amiens, du Mans, de Chartres, & autres semblables: Loyseau *d. chap. nomb. 29.*

CAPVT XIII.

De Baronibus.

BAronis nomen, vt varii est significatus, ita à variis deducitur originibus (*a*). In Gallia æquiuocum est; in Picardia vxores maritos suos Barones appellant (*b*); in nonnullis prouinciis filius natu maior Domini vici, vel pagi, Baro appellatur (*c*): per totum autem Regnum Baro dicitur, qui de Baronatu inuestitus, vel à Rege Baro codicillaris, sine re, & latifundiis, factus est. Olim generaliter *les Barons de France*, aliquando nominabantur omnes immediati vasalli coronæ, maiores etiam, siue Ducum, siue Comitum, siue Marchionum, siue Principum, peculiari titulo gauderent (*d*). Hic loquendi modus amplius popularis non est; vt nec ille quoque, quo Baro dicebatur omnis, qui habebat summam iurisdictionem, & ius appellatorii iudicii (*e*). Vnde vero, & quo in sensu primum nomina *Ber* (*f*), *& Baron* (*g*), (hæc enim vniuoca) in Franciam introducta fuerint, adhuc disceptatur: peregrina esse certum est. Nonnullis videntur Germanicæ originis (*h*), aliis aliud placet (*i*). Olim Barones creati à Rege, vel à Ducibus & Comitibus (*k*); & hoc eo quidem tempore, quo Duces atque Comites iura superioritatis vsurpabant. Hinc alii,

 qui

qui immediate à Regno (*l*), alii qui à Rege, tanquam Duce &c. inuestiuntur. Sed postquam omnes istos antiquos Ducatus & Comitatus, Regum industria cum Corona consolidauit (*m*), hodie statuendum videtur, solum Regem Barones, & Baronatus facere, non alios, nisi permittente, vel confirmante Rege (*n*). Cæterum Barones, qui à Rege creantur, sunt vel titulares (*o*) tantum, vel cum re, & Baronatu, de quo à Rege inuestiti (*p*). Nam si Rex feudum, quod quis ab alio tenet, Baronatus dignitate exornet, videtur potius personæ honorem, quam rei auxisse (*q*). Vbi rem spectamus, sciendum est, edicto Regio, cuius aliquoties (*r*) hoc ipso libro mentionem fecimus, anno M D LXXIX. sancitum fuisse, ne aliud corpus Baronia dicatur, quam quod compositum sit, vel habeat sub se tres Castellanias ad minimum (*s*), quæ ita vniantur inuicem, vt vno sub titulo Baronatus à Rege suscipiantur in feudum. Sunt quidem & particularia alia, quæ pro notis Baronatus habentur (*t*); verum, cum aut non satis certa sint, aut confundantur, aut aliis etiam quam Baronatibus adsint, de illis hic prolixi non erimus; eo contenti, illa vel ad aptitudinem Baronatus conferendi facere, vel ad probationem iuste vsurpati tituli, etiam citra erectionem Regis, virtute possessionis immemorialis (*u*). In consuetudinibus Franciæ, secundum morem cuiusque prouinciæ, iura Baronum diuersa sunt, vel fuerunt; alibi insignia omnimodæ iurisdictionis ampliora, alibi restrictiora (*x*); alibi aucupium determinatum (*y*), alibi alia expressa (*z*). Quod autem Barones antiqui, Comites nouiter creatos aliquando præcedere tentarunt, id ex imaginario potius iure, quam vero originem traxit (*aa*). Sunt enim etiam Vicecomitibus, certo respectu, minores (*bb*), ante Castellanos tamen, non gradu solum (*cc*), sed etiam certis prærogatiuis (*dd*), iustitiam, & ciuitatis securitatem (*ee*) concernentibus.

Testes & Testimonia.

a) Quo de multa dixi *lib.4.iur.publ.c.5.n.1. & seqq.* quibus adde Ragueau *en l'indice des droicts Royaux,pag.97.*

b) *Les femmes de Picardie appellent leurs maris, mon Baron, pour mon homme, mon mary*: Fauchet *és origines des dignités, & Magistrats de France liu.2.ch.5.pag 55. En l'ancienne* Chronique *de Flandres, & en plusieurs coustumes de Picardie, il est dit, que la femme a son mary à Baron, c'est à dire*, est in manu potestateque viri: *d'où vient, qu'encor auiourd'huy les femmes de Picardie appellent les maris leurs Barons, ce qui est conforme à l'interpretation de Suidas, disant*, βάρο ἐςὶν ἀνὴρ: Loyseau *des Seign.d.ch.7.n.42. Ce que baron aime, Femme a en haine*: prouerbium est, quod alicubi legere memini.

c) *En plusieurs prouinces de France, le fils aisné du Seigneur, du village, est appellé le Baron*: Loyseau *d.l.n.43.*

d) *Il y a deux significations de Baron, l'vne generale; comme quand on dit, les Barons de France, qui signifie les vassaux immediats de la Couronne, n'ayans les droits de souueraineté, soient Dues, Marquis, Comtes, ou Seigneurs de principauté.* (vide du Tillet, *au recueil des rangs des grands de France, chap. des Barons & Pairs de France, pag.* 341.) *L'autre particuliere, pour signifier particulierement les Seigneurs des terres erigées en tiltre de Baronnie*: Loyseau *d. ch. n. 33. qui est vne dignité feodale plus-grande; que celle du Seigneur Chastellain, & moindre que celle du Comte*: Ragueau, *en l'indice des droits Royaux, pag.98.*

e) *Parmy la confusion, qu'apporta l'ambition, & vsurpation des Seigneurs de France, le titre de Baron fut rendu si commun, que tous les hauts iusticiers se sont autresfois appellés Barons, principalement ceux, qui auoient vsurpé les droicts de ressort: tesmoing ce qu'adiouste le grand coustumier, liu.2.chap.27. Aucuns, dit il, veulent dire, que tout homme qui a haute Iustice, & ressort en icelle, se peut nommer Baron. D'où vient la definition, que Balde donne du Baron*, quicunq; habet merum & mixtum imperium, concessione Principis; Loyseau *d.chap. n.40.* Ex Hottomanni descriptione, *in verbis feudalib.* Baro iure Gallico dicitur, qui in suo territorio summæ, mediæ & infimæ coërcitionis, atque etiam nundinarum ius habet; veluti, virgis cædendi, suspendendi, exilio mulctandi, ceruicis amputandæ, cremandi, notæ inurendæ. Itaque patibuli quatuor tignis erigendi potestatem habet; vt est apud Iohannem Butilerium, *in summa rurali.*

f) *Les anciens prenoient ces mots de Ber, & Baron, pour vn mesme, comme il se void au vieil liure de Bouteiller, appelle la Somme rurale, auquel il y a vn chapitre du Ber, ou Baron:* Argentré, *en l'histoire de Bretaigne. li. 1. cap 22. fol.* 78. (Antiqui vocibus *Ber* & *Baron* pro vno eodemque vtebantur, vt videre est in veteri libro Butilerii, qui summa Ruralis inscribitur, vbi caput est, quod du Ber, vel du Baron agit.) Sic etiam *Bernage,* idem est quod *Baronage. Au liuret, du Iugement d'amour, composé du temps de S. Louys, il est dit: de Courtoisie, & de Bernage, ot il asés en son courage, (où Bernage est pris pour noblesse, & franchise de cœur) Encores dans les vieux coustumiers, de Paris, d'Orleans & de Baronies, le Ber ordinairement est pris pour tout Seigneur, comme Baron:* Bouchel, *en la bibliotheque, ou thresor du droit François tom. 1. pag.* 369. Inde etiam *Haut Bert, & Haut Baron, sont confondus, comme Synonymes. Et de là, sans doute, originairement a esté dict le fief de hautber. Mais, pource que le haut ber, ou Seigneur du fief de hautber, estoit tenu seruir le Roy en guerre auec armes pleines, dit la vieille coustume de* Normandie, *chap.* 85. *c'est à dire, armé de toutes pieces, & consequemment, auec l'arme du corps, qui estoit lors la cotte de mailles, de là est venu, que ceste arme a esté appellée Hauber, ou Haubergeon; dont à succession de temps est aduenu, que le fief de hauber a esté pris pour toute espece de fief, duquel le Seigneur est tenu seruir le Roy, auec le hauber, ou haubergeon:* Loyseau *d. ch. n,* 47. & 48. *Fief de Haubert ou Hautbert, vaut autant à dire, que Haut Baron, Fief entier, cheual capital, grand & qui contient la Iustice du lieu vnie au Fief appellé de Haubert, à cause que le tenant le sert par pleines armes. sçauoir par le cheual, le haubert, l'escu, l'espée, & le heaume, qu'il doit porter en l'arriere-ban du Roy:* P. Matth. *hist. de Henry IV. liu. 2. narr. 1. n. 8. tom. 1. p. 218. in margine.*

g) *Quant aux Barons, c'est chose entenduë de peu de gens; plusieurs, voire hommes doctes, comme Alciat, ont recherché l'Etymologie de ce mot par les liures, & parmi les langues, disans quelques vns des deductions, & etymologies, assés ineptes pour faire rire, & les cherchent absurdement en la langue latine; c'est en effect vn mot barbare apporté des langues estrangeres ie ne sçay pas quelles, & introduit long temps aprés les Comtes; & voici comment. Ces Seigneurs Comtes, par succession de temps, laisserent plusieurs heritiers, lesquels lors partagerent autrement, qu'ils ne firent depuis, assise de Comte Geoffroy, (comme le texte de l'assise mesme tesmoigne) & baillerent à leurs puinés, plusieurs heritages, mais ils ne leur voulurent pas permettre de prendre le tiltre primitif de Comte, combien qu'ils en fussent puinés, se trouuans encores, qu'aucuns ne vouloient pas, que leurs puinés prinsent le surnom des aisnés, & principaux tiges de leurs maisons, leur faisant*

faisant prendre le surnom des terres, qu' ils leur bailloient en appanage. Ces puisnés donc, ausquels on ne souffroit prendre le titre de primitif, le mot de Baron estant suruenu en vsage des païs estranges, s' appellerent, par diminution du degré de Comte, Barons, & leurs terres, Baronies: lequel mot de Baron, n' emportoit, de son commencement, signification commune d' aucune dignité determinée, & ne valoit rien plus ce mot de Baron, que qui eust dit, Noble & puissant; ayant plusieurs vassaux, descendus toutesfois des Comtes; comme qui diroit en latin, primores, aut proceres. *Et par tous les vieux Romans, voire iusques au temps de Messire Bertrand, & Oliuier Guesclin, parlans de quelque puissant, ils disent en ces mots; le Ber Bertrand, ou, tant ot Baronye; c' estoit à dire en ce temps-là, tant eut de grandeur & puissance*: Argentré *d. liu. 1. ch. 22. fol.* 78. (Quod originem nominis Baronis attinet, ea paucis cognita est. Multi, & cum illis viri docti, vt Alciatus quoque, inquisiuerunt in etymologiam huius vocabuli, variis in libris linguisque, sed à nonnullis tales afferuntur, quæ risum merentur, inepteque ex lingua Latina petuntur. Est certe vocabulum barbarum, mutuo sumptum à linguis peregrinis, nescio quibus, ac longo tempore postquam Comitis titulus in vsu esse cœpit, hac vt puto occasione. Comites hi, temporis tractu multos post se relinquebant liberos, qui tunc aliter diuidebant hereditatem paternam, quam post conuentum, habitum à Comite Godofredo, (vt ex actis istius conuentus apparet) atque assignabant fratribus suis natu minoribus, multa bona hereditaria, sed nolebant illis permittere vti titulo primitiuo Comitis. Reperitur etiamnum, nonnullos illis noluisse permittere vsum nominis gentilitii, (quem sibi reseruabat primogenitus, tanquam principalis eius stirpis) sed voluisse, vt vterentur cognomine tracto à fundo, quem illis assignabant in apanagium. Hi itaque minores natu, cum, vt diximus, non possent vti titulo primitiuo, postquam nomen Baronis, ab exteris petitum, vsu inualuisset, se appellarunt Barones, & terras suas Baronatus, quo innuerent, sese Comitibus esse inferiores. Hoc autem nomen Baronis in initio non designabat dignitatem aliquam certam, & specificam, neque significabat aliud, quam Nobilem & potentem, habentem multos vasallos, qui ante à Comitatu dependissent; quasi latine diceres, primores aut proceres &c.)

b) *Quant aux Barons, ce mot est emprunté, & apporté en vsage, du vieil Allemand.* (Baronis nomen petitum, & mutuo sumptum est ab antiqua lingua Germanica.) Idem Argentré *d. liu. 1. chap. 9. fol. 11. lit. c. & chap. 22. fol. 76. lit. e. Les anciennes loix Françoises, ou Allemandes,*

monstrent bien, que le mot de Baron vient du Septentrion, & signifie Seigneur: Bouchel *d.tom.1.pag.369*. (Veteres leges Francorum, seu Germanorum, satis docent, Baronis nomen à Septentrione profectum esse, & significare Dominum.)

i) En Espagne, encores auiourd'huy, le mot Varon retient vne merueilleuse energie, & excellence, par dessus cest autre mot Espagnol Hombre, tout ainsi que vir *par dessus* homo, *enuers les Latins, & enuers les Grecs,* ἀνὴρ *par dessus* ἄνθρωπος; *& signifie vn homme courageux, viril, hardi, de grand cœur, & de haut affaire. Ce qu' a peu, parauanture, estre cause, qu' ayant pris ce mot, ou les Espagnols de nous, ou nous d'eux, ou tous deux du Grec, ou du Latin dessusdict, nos bisayeuls en ont vsé pour tous gentilshommes: parce que en eux consistoit la deffense, & force du Royaume*: Nicod, *au grand dictionaire François-latin. voce, Baron.* (In Hispania etiamnum hodie vocabulum *varon* maioris est energiæ & excellentiæ, quam vocabulum *hombre*, (æque vt apud Latinos appellatio *viri* præ *homine*, ac apud Græcos ἀνὴρ, quam ἄνθρωπος) atque significat hominem audacem, virilem, animosum, generosum, ad magna negotia conficienda aptum. Hoc fortasse causam dedit, cum Hispani hoc nomen vel à nobis accepissent, aut nos ab illis, aut vtrique à Græcis, vel à Latinis, vt maiores nostri eo vsi fuerint pro nobili, cum apud nobiles tuitio, atque robur Regni esset.)

k) Comme les anciens Barons de France, releuans immediatement de la Couronne, auoient, de la propre nature, & primitiue institution de leurs Seigneuries, toute iustice, voire mesme tout commandement, tant au faict de la iustice, que des armes; comme estans les vrais, & naturels Capitaines du Royaume, aussi les Barons, erigés à leur modelle, par les Ducs & Comtes, lors qu'ils iouïssoient des droits de souueraineté, eurent dés lors de leur institution toute iustice, plein territoire, & tout commandement, comme representans ceux, qui, és liures des fiefs, sont appellés Capitaines, simplement, que la commune des interpretes estime auoir esté ceux, qui releuoient des vassaux immediats de la Couronne: Loyseau *d. chap. n.50.* (Quemadmodum veteres Barones Franciæ, vasalli immediati Coronæ, habebant, ex natura propria, & primitiua institutione suarum dynastiarum, omnimodam iurisdictionem, imo & totum imperium, tam respectu iustitiæ, quam armorum, tanquam veri, & naturales Capitanei Regni: ita etiam Barones, qui ad exemplum, & formam illorum, à Ducibus & Comitibus, tunc, quando vtebantur iuribus superioritatis,

rioritatis, instituebantur, accipiebant omnem iurisdictionem, plenum territorium, & omne imperium, cum repræsentarent illos, qui in libris feudorum simpliciter appellantur Capitanei, quos interpretes communiter tradunt fuisse illos, qui feudum tenebant ab immediatis vasallis Coronæ.)

(l) *Proprement, & originairement, les Baronies releuoient de la Couronne, & non pas simplement du Roy, à cause des Duchés, & Comtés reünis, & que les Barons, releuans des Duchés, & Comtés reünis, ne sont pas vrais Barons du Royaume*, nec dici possunt Capitanei Regni. *C'est pourquoy l'autheur du grand Coustumier, liu. 2. chap. 27. dict, que de son temps il n'y auoit en France, que trois Baronies, Bourbon, Coucy & Beauieu; & autant en dit l'autheur du Guidon des practiciens, au tilt. des fiefs. Car tous les anciens Barons, releuans nuëment de la Couronne, ou se sont laissés assuiettir aux Ducs, & aux Comtes, n'estans bastans de se maintenir contre eux, au temps de l'vsurpation, comme mesmement la plus part des Comtes des villes furent assuiettis par les Ducs, & Comtes des prouinces: ou bien, les anciens Barons, qui se sont maintenus, & mesme les trois, que ie vien de nommer, ont esté erigés, à succession de temps, en Duchés, Marquisats, ou Comtés; de sorte, qu'à present ie ne cognoy vn seul de ces anciens Barons de la premiere note. Mais lors, que les Ducs, & Comtes, eurent empieté les droits de souueraineté, ils se licentierent d'eriger d'autres Baronies sous eux, voulans auoir leurs Barons ainsi que le Roy: tesmoing nos anciennes histoires, qui font tant de fois mention des Barons de Champagne, de Bourgogne, de Bretaigne, & autres semblables*: Loyseau *d. chap. n. 36. 37. & 38.* (Baronatus proprie, & originaliter, dabantur in feuda à Corona, & non simpliciter à Rege, respectu Ducatuum, aut Comitatuum reunitorum cum domanio; ac Barones, qui sunt vasalli Ducatuum, aut Comitatuum reunitorum, non sunt veri Barones Regni, neque dici possunt Capitanei Regni: Vnde Autor, qui *Codicem Consuetudinum* scripsit, *lib. 2. cap. 27.* inquit, suo tempore in Francia tantum tres fuisse Baronatus, Borbonicum, Couceum, & Belloieum. Idem quoque docet Autor *Manuductoris practicantium, in tit. de feudis.* Omnes enim veteres Barones, qui immediate Baronatus suos suscipiebant à Corona, aut se passi sunt subiici Ducibus, & Comitibus, quoniam tempore vsurpationis tantas non habebant vires, quibus se defenderent: quemadmodum etiam Duces & Comites prouinciarum sibi subiecerunt Comites ciuitatum: Aut

certe antiqui Baronatus, qui se defenderunt, ac quoque tres illi, quos modo nominauimus, temporis progressu facti sunt Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus; ita, vt hodie non supersit vllus Baronatus, quem ego nouerim, antiquæ notæ. Verum, postquam Duces & Comites sibi attribuerant iura superioritatis, solebant erigere nouos Baronatus, non minus quam Rex. Testantur hoc antiquæ historiæ nostræ, quæ sæpius mentionem faciunt Baronum Campaniæ, Burgundiæ, Britanniæ, & aliorum similium.)

m) *A present, que tous ces anciens Duchés, & Comtés, sont reünis à la Couronne, ces mesmes Barons, qui maintenant releuent du Roy, ont encor plus de subiect de se qualifier Barons, & n' y en a plus gueres de autres en France*: Loyseau *d. ch.* 39. (Postquam nunc omnes isti veteres Ducatus, & Comitatus, sunt reuniti cum corona, Barones, qui hodie à Rege inuestiuntur, maiorem habent rationem vtendi titulo Baronis, & non sunt fere alii in Francia.)

n) C' *est chose toute certaine, qu' autre que le Roy ne peut faire telles erections*: Loyseau *des Seigneuries chap.* 4. *n.* 74. & *chap.* 8. *n.* 21. ait: *Nos Seigneuries mediocres, outre qu' elles ont tiltre de dignité, releuent toutes des fiefs immediats de la Couronne, & si faut, que ce soient anciens fiefs, erigés de temps immemorial, à ce qu' elles soient presumées auoir esté erigées, pendant que l' vsurpation duroit. Car si, de nouueau les Ducs, ou Comtes, vouloient eriger des Vicomtés, Baronies, ou Chastellainies, ils ne le pourroient sans speciale permission, ou confirmation du Roy, estant sans doute vne dependance de la souueraineté, d' eriger des fiefs de dignités.* (Nostræ Dynastiæ mediocres, præterquam quod annexum habeant titulum dignitatis, omnes dependent à feudis immediatis Coronæ; ac necesse est, vt sint feuda antiqua, erecta ante tempus immemoriale, qui præsumantur fuisse constituta tempore vsurpationis. Etenim si Duces, aut Comites, vellent nouos erigere Vicecomitatus, Baronatus, aut Castellionatus, non liceret id illis facere sine speciali permissione, aut confirmatione Regis: Nam, sine dubio, erectio feudorum, quæ dignitatem annexam habent, pertinet ad ius superioritatis.)

o) Quales sunt ciues Bituricenses. *Il y a quelques villes priuilegiées, comme Bourges entre autres, dont les bourgeois se qualifient Barons, ainsi que Camdenus a remarqué, qu' en Angleterre ceux de Londres, Varuic, & autres villes, auoient le droit de se qualifier Barons*: Loyseau *d. chap.* 7. *n.* 44. (Sunt quædam ciuitates priuilegiatæ, vt Bituricensis, quarum ciues

ciues se nominant Barones; quomodo etiam Camdenus annotauit, in Anglia Londinenses, Varuicenses, & aliarum ciuitatum incolas, vsos fuisse iure appellandi sese Barones.)

p) Vide supra *hoc capite lit. d.*

q) *Il y a de simples Seigneuries honoraires, à sçauoir les Comtés, & Baronies modernes, erigées par lettres du Roy, & qui neantmoins releuent d'autre que du Roy, notamment, qui releuent de Seigneurie de moindre titre. Comme, par exemple, la Baronie de Luce, a esté iugée simple Baronie honoraire, par l'arrest de verifications des lettres de son erection, de l'an* M D XL. *pource qu'elle releue de la Seigneurie du Chasteau de Loir; comme nous atteste Choppin sur la Coustume d'Aniou*: Loyseau *des ordres ch.11.n.28.* (Dantur simplices Dynastiæ honorariæ, nempe Comitatus, & Baronatus moderni, erecti literis Regis, qui tamen ab alio quam Rege recipiuntur in feudum, ac notabiliter, à Dynastia minoris tituli. Exempli loco sit Baronatus Lucensis, vt declaratum fuit arresto super literis erectionis lato anno M D XL. illum esse simplicem Baronatum honorarium, quoniam dependeret à Dynastia castri *de Loir*: teste Choppino, *ad Constitut. Andegauenses.*)

r) Supra *hoc libro, cap.6. lit. cc. cap.7. lit. y. cap.8. lit. z.* Tholosan. *in Syntagm. iur. vniuersi, lib.6. c.10. n.2.*

s) Consuetudines Andium, *tit. des droicts de Baron, artic.47.* Cenomanenses, *tit. des Seigneuries, & Barons, artic.51. & 55.* requirunt tres Castellanias; Turoniæ vero, *artic.47.* ad minimum duas.

t) *Il y a des marques particulieres pour les Baronies, & Chastellainies, rapportées par les coustumes, à sçauoir, d'auoir forest, college, ou Eglise Collegiale, Abbaye, ou Prieuré conuentuel, Hospital, ou maladerie, foires, ou marchés, ville close, ou chasteau, peage, ou trauers, & scel à contract. En quoy toutesfois il faut distinguer les marques d'auec les droicts, & encores marques equiuoques, & incertaines; mais les autres sont plus tost droicts que marques, combien qu'ils puissent estre l'vn & l'autre tout ensemble*: Loyseau *des Seigneuries ch.4. n.70.* (Consuetudines assignant Baronatibus & Castellionatibus, pro particularibus notis, syluam, collegium, vel Ecclesiam collegialem, Abbatiam, aut Cœnobium, xenodochium, vel nosodochium, nundinas vel mercatus, ciuitatem clausam, vel castrum, portorium directæ, aut transuersæ vecturæ, & sigillum ad confirmandos contractus. In quibus tamen distingui debent

 notæ

notæ à iuribus, nec non veræ notæ, à dubiis: Cætera potius iura sunt, quam notæ, licet vtrumque repræsentare simul possint.)

u) Comme ces marques se rencontrans de nouueau en vne Seigneurie, seruent pour la rendre capable, d'estre erigée par le Roy en la dignité, que elles designent: Aussi se verifiant, que du temps immemorial elles ont esté en vne Seigneurie, elles seruent pour luy acquerir son tiltre sans erection du Roy, en vertu de la possession immemoriale: Loyseau *d. chap.4. nomb.73.* (Quemadmodum hæ notæ, vbi nouiter in aliqua dynastia concurrunt, eam aptam reddunt, vt à Rege erigatur in dignitatem, quam designant; ita etiam, vbi probatur, quod quædam Dynastia easdem habuerit à tempore immemoriali, ei ad hoc prosunt, vt sibi acquirat dignitatem sine collatione Regis, virtute possessionis immemorialis.)

x) Le gibet du haut Iusticier est ordinairement à deux piliers, celuy de Chastellain à trois, du Baron à quatre &c. en quoy toutesfois & les coustumes, & les anciens liures, sont fort variables, si selon la diuersité des Seigneurs, les gibets doiuent estre liés par dedans, ou par dehors, pattes, en festes, ou sur festes. Loyseau *d. chap.4. n.68.* (Patibulum altæ iurisdictionis domini, regulariter habet duas columnas; Castellani, tres; Baronis, quatuor &c. quamquam in hoc consuetudines & libri antiqui non conueniunt, an, secundum diuersitatem dynastiarum, patibula intra, vel extra, ligata esse debeant, plana, vel culmine aut super fastigio ornata.)

y) Iohannes Butelerius *in summa rurali, tit. du droit du Baron,* cautum ait, ne Barone minor ausit capere falcones seu accipitres, astorgios, *autours*, lanarios, *laniers*, gyrefalcos, *gerfauts*, absque permissu Baronis: neve ardeolæ, *heron*, moliatur insidias quisquam, nisi auium quibus capiuntur aucupio, excepto Barone. Thols *d. lib. c. 10. n.9.*

z) In consuetudinibus Andium, *tit. de Baronibus, l'espaue du faulcon, & du cheual d'estrier, qui est cheual de guerre, coursier, ou de lance, appartient au droict de Baron.* Vocat *espaue*, errantem sine domino falconem, vel equum militarem: Tholosanus *d. n.9.*

aa) Ie sçay, que les anciens Barons ne se sont voulu laisser preceder par les nouueaux Comtes, s'y estans opposés. Ie ne veux pas dire, combien vaudroient telles oppositions en termes de raison, & droit escrit: Car tout ainsi qu'vn President du iour d'huy receu en vne Cour souueraine, precede tous Conseillers de quelque temps qu'ils soyent receus, pour n'estre leurs estats de pareil tiltre; tout ainsi le Comte de ce iour erigé, precede tous les Barons: Argentré *d. tr. de l'histoire de Bretaigne liu.1. ch. 22. fol. 83. lit. e.* (Non ignoro, veteres Barones noluisse nouis Comitibus concedere locum anteriorem. Equidem non declarabo, quantum rationis, aut iuris habeat hæc oppositio; nam quemadmodum Præses hodie in Parlamentum receptus, præcedit omnes Consiliarios, quandocunque ante ipsum receptos,

ptos, cum statu & titulo illi inferiores sint; ita etiam Comes hodie creatus, præcedit omnes Barones.)

bb) L'inscription du chap. grandi, de suppl. neglig. prælator. nomme les Barons auant les Comtes: Mais il faut prendre garde, qu'en cest endroit les Barons sont mis en leur generale signification, pour signifier les vassaux de la Couronne, & non en la particuliere, pour signifier les Seigneurs des terres erigées en tiltre de Baronie. Aussi faut-il tenir auec du Tillet, que le Vicomte precede le Baron releuant de Seigneurie esgale: & la raison est, que le Vicomte est lieutenant, & la seconde personne aprés le Comte, & partant preferable à tous Barons releuans de luy. C'est pourquoy ie suppose notamment, que le Vicomte, & le Baron, contendans la preseance, releuent d'vne Seigneurie esgale. Car s'il se trouuoit vne Baronie releuant de la Couronne, comme il y en auoit iadis, elle seroit, sans doute, du nombre des grandes Seigneuries, & partant preferable à toutes les mediocres Seigneuries. Pareillement ie tien pour certain, que celle, qui releueroit d'vn Comté Royal, seroit plus honorable, que la Vicomté releuant d'vn Comte non Royal. Car en fin c'est vne reigle infallible en matiere de Seigneuries, que plus elles approchent prés du Roy, duquel tout honneur procede, plus elles sont honorables: Loyseau *d. tr. des Seigneuries chap. 7. n. 69. & 70.* Inscriptio *cap. grandi, de suppl. neglig. prælat. in 6.* ponit Barones ante Comites: Sed hic Baronum mentio fit in generali significatu, quo denotantur vasalli coronæ, non in particulari, quo intelliguntur domini terrarum, quæ erectæ sunt in Baronatum. Quapropter cum Tilleto tenendum est, Vicecomitem præcedere Baronem, ab æquali Domino dependentem. Ratio est, quod Vicecomes sit locum-tenens, & secunda persona à Comite, ac propterea præferendus omnibus Baronibus à Comite inuestitis. Hoc enim omnino præsuppono, Vicecomitem ac Baronem contendentes de præcedentia, inuestitos esse ab æquali Domino. Nam si Baronatus esset feudum Coronæ, vt olim nonnulli erant, sine dubio accenseretur magnis dynastiis, adeoque præferendus omnibus mediocribus Dynastiis. Similiter pro certo habeo, Baronatum, feudum Comitis, à Rege inuestiti, præferendum esse Vicecomitatui, feudo Comitis, ab alio quam à Rege de Comitatu inuestiti. Est enim, dynastias quod attinet, certissima regula, *quo proximiores sunt Regi, à quo omnis dignitas procedit, eo sunt honore maiores.)*

cc) Il n'y a nulle doute, que les Chastellains ne soient moindres que les Barons, veu qu'il y a des Chastellains, qui releuent des Barons, soit à tort, ou à droict, & qu'en plusieurs pais les Barons sont appellés grands Chastellains, comme Balde nous apprend, sur le chap. 1. qui feuda dare poss. in vsib. feudor. & sur le chap. vno delegatorum, extr. de suppl. neglig. Prælat: Loyseau *d. chap. 7. n. 71.* (Extra dubium versatur, Castellanos minores esse Baronibus; quoniam dantur Castellani, qui sunt vasalli Baronum, iure ansecus, modo

modo non dicam: ac multis in prouinciis Barones appellantur magni Castellani, vt docet Baldus.&c.)

dd) Les Barons ont deux prerogatiues notables par dessus les Chastellains; l'vne, que les Preuosts, & Iuges de leur iustice ordinaire, ont sans difficulté, haute iustice; pource que les Seigneurs Barons ont esté erigés au moule des anciens Barons de France, qui estoient les Magistrats ordinaires, au lieu, que ceux des Chastellains, ne deuroient auoir que basse iustice, qui estoit celle, qui leur fut attribuée dés leur premiere institution, comme il est decidé és coustumes de Blois, Aniou, le Maine: Loyseau *d chap.* 7. *nomb.* 72. (Barones habent duas prærogatiuas notabiles præ Castellanis; primo, præpositi ac Iudices ordinarii iudiciorum ordinariorum, quæ Baronibus competunt, sine dubio habent iurisdictionem supremam; quia Domini Barones fuerunt creati ad formam antiquorum Baronum Franciæ, qui erant Magistratus ordinarii: è contrario vero tales iudices Castellanorum non debent habere aliam, quam inferiorem iurisdictionem, quæ est illa, quam obtinuerunt quo tempore primum constituti; vt decisum legitur in consuetudinibus, Blœsensibus, Andegauensibus, Cenomanensibus.)

ee) L'autre est, que les Barons ont droit de ville close, comme plusieurs coustumes ont decidé, voire mesme, qu'elles rapportent le droict de ville close pour la principale marque de la Baronie. C'est pourquoy du Moulin sur le 54. article de la Coustume du Maine, tient, que le Baron peut faire clorre le principal village de sa Baronie, & le munir de tours, & pont leuis, sans lettres particulieres du Prince: neantmoins, pour les diuerses opinions, qu'il y a en ce point, i'estime auec Choppin, sur la Coustume d'Aniou, que c'est le plus-seur, d'en obtenir lettres du Roy, quand ce ne seroit que pour la leuée de deniers, qui, sans doute, ne peut estre faicte sans speciale permission. Et faut noter, en passant, qu'en consequence de ce droit, les Barons, ou leurs officiers en leur absence, ont la garde des clefs des portes de leurs villes, priuatiuement aux Escheuins d'icelles, & ont droit d'installer en leursdites villes vn Capitaine, en temps perilleux seulement, du consentement toutesfois des habitans; & ont encor ce droit, que lesdits habitans de leur ville, ne peuuent faire assemblées sans leur congé, ou du Roy à leur refus, s'ils n'ont droict d'Escheuinage, c'est à dire, corps & communauté de ville: comme le tout est expressément porté en l'arrest du Dorat, rapporté par le mesme Choppin, sur le 46. article de la Coustume d'Aniou. Mais les Chastellains n'ont pas ce droit de ville close, ains seulement ont droit de Chasteau, ou maison forte. Et semble, que ce soit la principale

cipale, & plus-remarquable difference des Barons & Chastellains, que ceux-là sont les Seigneurs des villes closes, & ceux-cy des bourgs non fermés: Loyseau *d. chap. 7. n. 73. 74. & 75.* (Secundo, Barones habent ius vrbis clausæ, quemadmodum plurimæ consuetudines deciderunt, imo id ius volunt esse principaliorem notam Baronatus. Idcirco Molinæus *ad articul. 54. consuetud. Cenomanens.* tradit, Baronem posse muris cingere primarium pagum Baronatus sui, eumque munire turribus, ac ponte subductario, sine speciali concessione Regis. Nihilo minus tamen propter diuersas opiniones, quæ hac de re leguntur, arbitror, cum Choppino *ad consuetud. Andegauens.* multo tutius esse, si concessio Regis impetretur, saltem propter collectas, & subuentiones, quas imponere & erigere haud licet, nisi expressa permissione Regis. Obiter hic notari debet, quod vi & consequentia huius iuris, Barones, aut ipsis absentibus eorum officiarii, habeant custodiam clauium portarum ciuitatis, exclusis Scabinis illius, ac ius præficiendi Capitaneum, tantum tempore periculoso, consensu tamen ciuium. Præterea Barones hoc ius habent, quod ciues, & inquilini vrbis istius, nisi ius Consulatus, hoc est, corporis & communitatis ciuilis habeant, non possint conuentus agere sine ipsorum consensu, aut Regis permissione, casu, quo Barones dissentiant: quemadmodum expresse dicitur in Arresto, relato à Choppino &c. Castellani vero non habent hoc ius muris cingendi vrbem, vel pagum, sed tantum habendi castrum, aut domum munitam: Et videtur, hanc esse præcipuam ac maxime notabilem differentiam inter Barones & Castellanos, quod illi sint domini ciuitatum muris cinctarum, ac clausarum; hi vero oppidulorum patentium.)

CAPVT XIV.

De Castellanis.

A Castello (*a*) Castellanus dicitur, duplici significatu; vno, quilibet, qui castellum inhabitat (*b*); altero, ille cui castelli custodia data est (*c*); quo sensu cum feudis *gastaldia* vel *guardia*, Castellanias conuenire nonnullorum fert opinio (*d*). His præter custodiam castelli, vsu Galliæ, etiam administratio iustitiæ competebat; imo & aliquando Castellani nomen pro iudice vsurpatum (*e*). Erant autem castrorum isti custodes, & iudices,

iudices, simplices officiarii, constituti à Ducibus, & Comitibus, quibus amplum erat territorium, vt principalioribus, atque remotioribus castris præessent (*f*). Postea vero ipsimet cœperunt sibi attribuere, & vsurpare, dominium illorum castrorum, atque officii; vnde factum, vt hodie, fere vbique, nomen Castellani pro domino castri enuncietur, paucis exceptis locis, vbi adhuc simplices sunt officiarii (*g*). Sic itaque Castellania proprie est species quædam dominatus, vel potentatus, (Gallis *Seigneurie*) quæ ab alio quam à Rege, aut à Corona directo dependet, & confertur, iustitiamq; annexam habet: Iustitia inquam, non, vt olim, infima, vel inferior, sed omnimoda (*h*). Quod si nouus Castellaneatus erigatur, hodie id sine speciali Regis indultu fieri nequit (*i*). Licet vero qui Baronibus minores sunt, non videantur mereri titulum Capitanei Regis, vel Regni, nec gradum maioris nobilitatis; attamen propter magnam conuenientiam, & affinitatem, quæ Castellaneorum est cum Baronibus, (sic vt Baro dici possit magnus Castellaneus, & Castellaneus paruus Baro) nec non, quod in dignitatum materia, temporis tractu adscensus fiat potius, quam descensus; Castellanei hoc obtinuerunt, vt maioris nobilitatis membra esse censeantur (*k*). Ad iura (*l*) Castellaneatus alii referunt patibulum trium columnarum, aliaque, quæ non omnia tamen his peculiaria, sed cum Baronibus nonnulla communia sunt (*m*). Edictum Regium quid ad erectionem Castellaniæ requirat, supra indicauimus (*n*).

Testes & Testimonia.

a) Castella sunt *bourgs, ou gros villages, où il y a chasteau, forteresse, ou retranchement; d'où vient, que* ciuitates & castella *sont assemblés in l. 2. §. interea* 14. C. *de offic. præf. Afric. & en la constitution de Federic, de pace tenenda; §. illicitas. (in vsib. feudor.) & mesme en plus de six endroicts des Euangiles.* Vici, *dit Isidore*, castella & pagi sunt, qui nulla dignitate ciuitatis ornantur, sed vulgari hominum conuentu incoluntur, & propter paucitatem sui maioribus ciuitatibus attribuuntur: Loyseau *des Seigneur. c. 6. n. 7.*

d.ch.7.n.53. Castellum significat vicum, villam, pagum, sed & propugnaculum, præsidii causa, ad propulsandas hostium incursiones & impetus; forte, vt appellatur, *forteresse*: Ragueau *en l'indice des droits Royaux, p.160.*

b) Sallustius *in bello Iugurthino c.92. Iter castellanorum angustum admodum, vtrimque præcisum.* Liuius *lib.34.c.27. Decem millia popularium, cum castellanis agrestibus, in armis habuit.*

c) Castellani, nostro more loquendi (*sont ceux, qui ont la garde des bourgs, ou chasteaux, & forteresses d'iceux, & quand & quand y rendoient iadis la iustice, pource que la iustice suiuoit iadis le Gouuernemēt. Ce que Petrus de Vinea lib.3.epistol.88. nous apprend auoir lieu en Sicile, ainsi qu'en France. Et pour ceste cause, en Pologne, où il y a peu de villes closes, les principaux Seigneurs du Royaume sont appellés Chastellains; comme Choppin rapporte sur la coustume d'Aniou. Pareillement, les annales de Castille nous enseignent, que le païs de Castille fut ainsi appellé* à Castellorum præfectis, *qui en auoient le souuerain gouuernement, auparauant qu'il fust occupé par les Comtes, qui depuis se nommerent Rois*: Loyseau *d.ch.7.n.54.& seqq.*) illi sunt, qui custodiunt villas, aut castella & arces illarum, olim simul reddebant ius, quoniam tunc hoc erat munus gubernatoris, vt ex Petro de Vinea *lib. 3.epistol.88.* discimus, idem in Sicilia, æque ac Francia, fuisse vsitatum. Eandem ob causam in Polonia, vbi raræ sunt villæ muris cinctæ, clausæque, principales Regni Dynastæ appellantur Castellani, teste Choppino *ad consuetud. Andegauens.* Similiter *ex annalibus Castellaniis* constat, prouinciam nomen [illegible]um accepisse à Castellorum præfectis, qui eam summo regebant imperio, antequam occuparetur à Comitibus, qui postea sibi attribuerunt nomen Regum.

d) Il y a grande apparence en l'opinion du moderne Gregoire (Tholosan) liu.6.Syntagm. cap.3. que les Chastellenies soient celles, qui aux liures des fiefs sont appellées feuda gastaldiæ, vel guardiæ, *qui sont fiefs impropres, & plus tost offices, que fiefs, dit Cuias. Aussi, en quelque païs nos Chastellenies sont appellées Chastellenies, & gardes; voire c'est la verité, que nos Chastellains sont demeurés simples officiers long temps, que les autres offices ont esté conuertis en Seigneuries; mesme y a encor plusieurs Chastellains, qui ne sont qu'officiers*: Loyseau *d.ch.n.51. & 52.* (Vero perquam similis videtur moderni Gregorii Tholosani opinio, (*Syntagm. iur. vniuers. lib.6.c.3.n.12.*) Castellanias esse, quæ *in libris feudorum* vocantur feuda gastaldiæ, vel guardiæ, quæ sunt feuda impropria, ac potius officia, quam feuda, secundum Cuiacium. Sic in nonnullis locis nostræ Castellaniæ dicuntur Castellaniæ & guardiæ; imo res ita se habet, quod nostri Castellani permanserint simplices officiarii multo postquam cætera

tera officia conuersa fuerant in dominia; & adhuc plurimi dantur Castellani, qui tantùm sunt officiarii.)

e) Encore aujourd'huy il y a des Iuges au païs de Forests, appellés Chastellains, qui n'ont iustice, que iusques à soixante sols: ex Paponio, *lib. 7. arrest. tit. 7. art. 32.* Loyseau *d. chap. n. 60. Vray est, qu'en quelques contrées, les Iuges, establis par les grands Seigneurs, en leur ville capitale, furent appellés Chastellains, soit, pource qu'ils estoiént Capitaines des chasteaux, qu'ils y auoient; ou pource, qu'ils rendoient la iustice à la porte, ou en la bassecourt d'iceux Chasteaux*: Loyseau *d. chap. n. 61.* (Etiam adhuc hodie reperiuntur Iudices in prouincia Segusiana, dicti Castellani, qui ius dicunt non nisi de summa, quæ non excedit sexaginta asses. Certum est, in nonnullis prouinciis iudices constitutos à magnatibus, in ciuitate principali ditionis, appellatos fuisse Castellanos, vel, quod erant Capitanei castelli in illa ciuitate siti, vel, quod ius dicebant ad portam, aut in atrio castelli.)

f) Les Ducs, & Comtes, ayans ample territoire, estoient contraincts mettre des Chastellains ès principales, & plus-esloignées, bourgades d'iceluy, & pour les maintenir en leur obeïssance, & pour y rendre la iustice sur le lieu. Lesquels Chastellains estoient aussi de leur origine simples officiers: Loyseau *d. chap. n. 58.* (Duces & Comites, quibus magnum erat territorium, necesse habebant mittere Castellanos in eiusdem principalia & remotiora oppidula, vt ea conseruarent in obedientia, atque incolis ibidem ius dicerent. Hi Castellani, originem si spectemus, etiam erant simplices officiarii.)

g) Il fut bien aisé aux Chastellains des villages, ayans la force en main, & estans loing de leur Seigneur, d'vsurper la proprieté de leur charge, & la Seigneurie de leur distroit: de sorte qu'à present, presque par tout, le terme de Chastellain est vn nom de Seigneurie, & non pas d'office, fors aux païs d'Auuergne, de Poictou, & de Dauphiné, où les Chastellains des villes sont encor simples officiers: Loyseau *d. chap. n. 62.* (Perfacile fuit Castellanis oppidulorum, cum potentia essent instructi, ac longe à Dominis suis remoti, vsurpare dominium loci & officii, cui fuerant præpositi. Ita hodie, quasi vbique, nomen Castellani est nomen dynastæ, non autem officiarii, excepta Aluernia, Pictauia, & Delphinatu, vbi Castellani ciuitatum adhuc sunt simplices officiarii.)

h) Chastellenie est proprement vne espece de Seigneurie, releuant de autre que du Roy, quoy que ce soit, qui ne releue pas directement de la Couronne, ayant iustice annexée. Laquelle iustice, de son origine, n'estoit que basse iustice, és villages; & moyenne, és villes. Neantmoins les Chastellains après

après s'estre faits Seigneurs, n'ont gueres tardé, en plusieurs endroits, de vsurper la haute iustice de leur territoire: voire mesme, ils ont vsurpé, en fin, double degré de iurisdiction, ainsi que les plus-grands Seigneurs: Loyseau *d.chap.n.63.& 64.* (Castellanatus est proprie species quædam dominatus, in feudum datus ab alio quam à Rege, maxime non immediate à Corona, cui adhæret iurisdictio, quæ origine sua erat in oppidulis inferior, in ciuitatibus autem media. Verum, quando Castellani sibi attribuerunt dominium, paulo post cœperunt multis in locis vsurpare iurisdictionem superiorem territorii, imo tandem constituerunt duos gradus iurisdictionis, ad exemplum maiorum Dynastarum.)

i) *Si de nouueau les Ducs, ou Comtes &c. vouloient eriger des Chastellenies, ils ne le pourroient sans speciale permission, ou confirmation du Roy, estant, sans doute, vne dependance de la souueraineté, d'eriger des fiefs de dignité*: Loyseau *des Seigneur.ch.8.n.21.* (Si Duces aut Comites vellent de nouo erigere Castellanias, non possent, nisi speciali permissione, vel confirmatione Regis accedente; quoniam erectio feudorum, dignitatem annexam habentium, sine dubio est effectus superioritatis.)

k) *Il semble, que les Seigneurs, qui sont au dessous des Barons, ne estant pas Capitaines, (arg.tit.1.F.1.§.1.) ne doiuent estre du rang de la haute noblesse; & toutesfois, pour la grande conuenance, & affinité, qu'ont les Chastellains auec les Barons, estans les Chastellains petits Barons, & les Barons grands Chastellains, & aussi qu'en matiere de dignité, on monte tousiours, à succession de temps, ils ont gaigné ce point, d'estre de la haute Noblesse*: Loyseau *des ordres ch.6.n.59.* Dynastæ, qui sunt infra Barones, cum non sint Capitanei, (*arg.tit.1.F.1.§.1.*) non videntur esse constituti in altiori gradu Nobilitatis; & nihilo minus tamen, propter magnam conuenientiam, quæ est inter Castellanos ac Barones: cum Castellani sint parui Barones, & Barones magni Castellani; quodque in materia dignitatum semper adscendimus: tractu temporis maiorem nobilitatis gradum occuparunt.)

l) *Les droits de Chastellenie sont d'auoir marque de iustice (gibet) à trois piliers; auoir seel authentique pour les contracts, auec pouuoir de creer Notaires, auoir en sa terre Prieuré, & maladerie, foires & marchés, droict de Bailliage, & ressort, pour les causes d'appel.* (Iura Castellanatus sunt, habere patibulum trium columnarum, sigillum authenticum, pro validandis contractibus, cum potestate creandi Notarios, habere in ditione sua Prioratum, & nosodochium, nundinas & mercatus, ius prætoriæ diœceseos, & tribunal, in quo iudicatur de causis per appellationem eo deuolutis.) Coquille *en l'histoire du païs & Duché de Niuernois pag.37. Et peut le Seigneur Chastellain empescher, qu'en la Chastellenie au-*

 tre

tre que luy fate forteresse: iugé pour le Comte de Sancerre és enquestes du Parlement de Toussainćts 1273. & contre luy à Chandeleur 1266. autre arrest à la Toussainćts 1268 Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 160. (Potest Castellanus impedire, ne in Castellionatu suo quisquam construat fortalitium, vt diuersis Arrestis Parlamenti iudicatum fuit.)

m) De quo videbimus *in capite sequenti.*

n) Supra *huius libri cap. 6 lit. cc.* nempe, *que la terre, qui sera erigée en Chastellenie, ait d'ancienneté iustice haute, moyenne, & basse, droit de foire, marché, preuosté, peage, & preeminence sur toutes Eglises estans au dedans de ladićte terre:* Loyseau *des Seign. chap.* 4. *n.* 72. Extat edićtum Regis Galliæ, (verba sunt Tholosani *lib. 6. Syntagm. iur. cap. 3. n.* 16.) XVII. mensis Augusti, anni M D LXXIX. publicatum in Armorico Senatu XXIII. Septemb. eiusdem anni, per quod, iuxta placitum secretioris, seu priuati Regii Consilii, x. Mart. anni M D LXXVIII. cautum, ne feudum, seu territorium, in Castellaniæ titulum erigatur, quin prius habeat, ab omni antiquitate, altam, mediam & infimam in subditos suos iurisdićtionem, & ius nundinarum, mercatus, præposituræ, *preuosté* vocant, pedagii, præeminentiæ, puta tutelæ in omnes sui territorii Ecclesias. Ragueau *en l'indice des droits Royaux d. pag.* 160. scribit, *pour faire Chastellenie, faut qu'il y ait Abbaye ou Prieuré conuentuel, four bannier, & autres choses, comme est narré en vn plaidoyé faićt en Parlement à Paris, le dernier iour d'Auril, &* XXVII. *Iuillet* M CCCC XLIV. (Ad constituendam Chastellionatum requiri, vt habeat Abbatiam vel Prioratum conuentualem, furnum indićtiuæ cośtionis, & alia plura, quæ Aduocatus quidam recensuit, in oratione habita in Parlamento Parisiensi die vltima Aprilis & vigesima septima Iulii anni M CCCC XLIV.)

CAPVT XV.

De Iuribus Vicecomitum, Baronum & Castellanorum.

IVra, quæ hactenus à nobis recensitis communia, excepto solo Vicedomino, cui ea omnia competere, vt cæteris, affirmare non audeo (*a*), esse referuntur: I. Quod insignia in forma quadrata exhibeant, quo distinguantur ab inferioribus, qui sua in forma scuti habent (*b*). Verum, vt non solum ab hoc iure consuetudo Pictauiensis Castellanum excludit (*c*), sed etiam Banneretis olim illud cum Vicecomitibus & Baronibus, respectu vexilli commune fuit (*d*); ita hodie neminem illius ordinis eadem

dem forma insignia, sed omnes in forma scuti exhibere, ocularis inspectio testatur (*e*); quamquam, quod illorum vxores spectat, forma quadrata illis non omnino infrequens. Est tamen hoc in vsu, vt quemadmodum Duces, Marchiones, Comites & Principes, corona galeas suas exornant, ita Vicecomites, Barones & Castellani suas deauratas, & fenestratas habeant. (*f*). II quod titulo honorario Equitis gaudeant (*g*). III. quod eiusmodi feuda, mediocris nobilitatis, peculiariter Nobilibus competant, non plebeiis (*h*), adeo quidem, vt si his conferantur (*i*), eos regulariter non nobilitent (*k*). IV. quod mediocres isti Domini ius habeant iuridicatus; Galli vocant *droit de Bailliage* (*l*), nomine deducto ab antiquo *Ballie*, quod protectionem (*m*) significat, licet & alias *Bailliage* prouinciam (*n*) notet. V. quod habeant ius ressortus, *droict de ressort* (*o*). VI ius notariatus, aut sigilli authentici pro contractibus (*p*). VII. Ius politiæ (*q*), seu edicti, regulæ, & constitutionis faciendæ, ad quietem, & commoditatem subditorum (*r*), modo illæ Regiis non sint contrariæ (*s*), necessariæ tamen, certas particulares & topicas ob causas. Vertitur autem hoc ius politiæ, potissimum, circa merces minutas, nempe taxam (*t*), aliaque, & inter hæc contingit pondera & mensuras (*u*); circa artificia, vel opificia (*x*), circa platearum & viarum (*y*) curam. In plerisque tamen horum Regii ministri non primas modo, sed absolutas fere sibi adscribere conantur partes (*z*). VIII. ius faciendi proclamata publica (*aa*), *de faire des bans* (*bb*) *ou proclamations publiques* (*cc*) IX. ius habendi castrum (*dd*), aut domum munitam, fossis, ponte versarili, turribus, & consimilibus aliis (*ee*); nec non impediendi (*ff*) facultatem, quo minus alius, etiamsi consensum Regis obtinuisset (*gg*), in eorum territorio domum munitam construat. X. ius tenendi mercatus, seu nundinas particulares (*hh*), non autem vniuersales, vel maiores (*ii*).

Testes & Testimonia.

a) Iura, de quibus hoc capite agimus (*sont communs à toutes les mediocres Seigneuries; sauf toutesfois que ie ne voudroy asseurer, que tous les droits,*

droits, cy-aprés deduits, appartinsent aux Vidames, attendu que ce sont Seigneuries extrauagantes, & hors le rang des autres: pour autant, qu'elles releuent de l'Eglise, & que leur teneure feodale est amortie. Mais quant aux Vicomtes, Barons, & Chastellains, ie les estime esgaux en droicts, & prerogatiues, hors la simple preseance. Car combien que les Chastellains ne deussent auoir les prerogatiues des Barons, si est ce qu'ils les ont vsurpées par le moyen de la grande conformité, & affinité, qu'il y a entre les vns & les autres: Loyleau *des Seigneuries ch* 8.*n*.1.& 2.) sunt communia omnibus dynastiis mediocribus, exceptis Vicedominis, quibus hæc omnia competere, asseuerare non ausim, quoniam Dynastia illorum est extrauagans, & extra ordinem cæterarum, tanquam feudum dependens ab Ecclesia, quæ caduci legibus exempta. Quod vero attinet Vicecomites, Barones atque Castellanos, eos iuribus & priuilegiis æquales esse existimo, excepta sola præcedentia. Quamuis enim Castellani non deberent vti prærogatiuis Baronum, attamen eas sibi attribuerunt, occasione magnæ conformitatis & affinitatis, quæ est inter vtrosque.

b) Aucuns attribuent aux Seigneurs mediocres le droict, de porter leurs armoiries en quarré, à la distinction des moindres qu'eux, qui les portent en escusson. Ce qui prouient de ce, que, comme les Escuyers, ou simples Gentilshommes, font peindre les diuises de leur famille (que nous appellons armoiries) sur leurs escus, ou bouclers, & partant les portent en escusson; aussi les Capitaines font peindre les leurs en leur baniere ou enseigne de leur compagnie, laquelle estoit anciennement quarrée, comme sont encor nos banieres d'Eglise: Loyseau *d.ch.n.*3. (Nonnulli asserunt, Dynastis mediocribus ius esse insignia sua repræsentare in forma quadrata, quo distinguantur ab aliis inferioris ordinis, qui sua exhibent in scuto tessetario. Hoc inde prouenit, quod, quemadmodum scutarii, aut simpliciter nobiles, insignia familiarum suarum appingi faciunt scuto, atque ita exhibent in forma scuti; sic Capitanei sua appingi curant cohortium suarum vexillis, quæ olim erant quadrata, qualia sunt adhuc hodie illa, quibus vtuntur Ecclesiæ in processionibus sacris.)

c) La coustume de Poictou au 1. *article: Le Comte, Vicomte, ou Baron, peut porter baniere, qui est à dire, qu'il peut en guerre, & en armoiries, porter ses armes en quarré; ce que ne peut le Seigneur Chastellain, qui seulement les peut porter en forme d'escusson.* (Consuetudo Pictauiensis *art.*1. Comes, Vicecomes, aut Baro habet ius gerendi vexilli, id est, potest in bello, ac in insigniis, vti vexillo quadrato, quod non licet Castellano, qui insignia sua exhibere potest duntaxat in forma scuti.)

d) Le droit de porter armoiries en quarré, appartient aussi aux Cheualiers Banerets, qui estoient ceux, ausquels le Roy auoit donné de leuer baniere,

ores

eres qu'ils ne fussent Vicomtes, Barons, ni Chastellains, ains possesseurs de fiefs sans dignité, pourueu seulement qu'ils eussent dix vassaux, & des moyens à suffire, pour maintenir vne troupe de gens de cheual. Partant, les Barons, pour distinguer leurs bannieres d'auec celles des Bannerets, adiousterent des pennons, & vne queuë au leur (dit Ragueau) qui est à present la forme ordinaire des Cornettes de Caualerie. (Ius, insignia repræsentandi in forma quadrata, competit etiam Equitibus Banneretis, qui erant illi, quibus Rex concesserat ius vexilli, licet non essent Vicecomites, Barones, nec Castellani, modo habeant decem vasallos, ac reditus sufficientes ad conseruandam turmam equitum. Propterea Barones, quo vexilla sua distinguerentur à vexillis Banneretorum, suis addiderunt acumina, & caudas, quæ forma hodie est ordinaria vexillorum equestrium militum, cornetas vulgo appellant.) Loyseau *d. chap. n. 6. & 7.* De Banneretis agens Petr. Gregor. Tholosanus *in syntagm. iuris vniuersi lib. 6. cap.* 10. *n.* 9. ait: Banneretus iure suæ dignitatis, antequam talis dici mereatur, nobilis esse debet genere in quarto gradu, possidens in ditione decem scutarios bachalarios armorum, (de quibus Loyseau *des ordres, chap. 6. n. 48. & seqq.*) id est, decem vasallos, habens sufficiens patrimonium, quo possit secum ducere quatuor aut quinque nobiles comites continuos, cum equitibus duodecim. Fit autem (fiebat potius) Bãneretus, cum Princeps huiusmodi personæ concedit vexilli ius, & ex vexillo peditum, in acie, vel extra, die solemni sacris peractis, adimit acumina, vocant *la queuë de pennon*, fitque labarum, id est, equitum vexillum, vocant *Cornette*, eumque Equitem facit, si iam non est. Quod si ditior hic fiat Banneretus, & habet vnam banneretam, aut sex Equites bachalarios, qui possideant singuli in censum sexcentas libras, ex eius ditione, seu fundo, tunc potest ex licentia Principis Baronis nomen sibi adsciscere.

e) *Ie ne voy point, que les Seigneurs, quelques grands qu'ils soyent, les portent auiourd'huy autrement, qu'en escusson; & partant l'vsage de porter armoiries en quarré n'a plus lieu, qu'en celles de leurs femmes, qui au moins les portent en lozenge, n'ayant autre remarque de leur qualité en leurs armoiries, que celle-là, au moins quant aux femmes des Vicomtes, Barons, & Chastellains:* Loyseau *d. chap.* 8. *n.* 9. (Non video hodie magnates, etiam qui sunt altioris gradus, insignia sua aliter exhibere quam in forma scuti, atque ita consuetudo, illa repræsentandi in forma quadrata, abolita est quoad ipsos; eorum autem vxores vtuntur vel obliquo, vel recto quadrangulo, non habentes aliam notam qualitatis suæ in insigniis, quam hanc formam, saltem si loquamur de vxoribus Vicecomitum, Baronum, & Castellanorum.)

f) *Comme les Ducs, Marquis, Comtes, & Princes, ont vne couronne en leur timbre; aussi les Vicomtes, Barons & Chastellains, ont au leur vn heaume doré, & ouuert. Doré, di-ie, comme Cheualiers, ausquels appartient de porter*

harnois doré, & ouuert comme Capitaines, qui doiuent auoir la visiere leuée, pou auoir l'œil sur leurs gendarmes: Car ie tien, qu'ils sont Capitaines, & Cheualiers nais. Ie dy Capitaines, tout ainsi que, selon la commune interpretation de liures des fiefs, les vassaux du second rang sont appellés Capitaines simplement, & ceux du premier, Capitaines du Roy, & du Royaume: aussi qu'en France, du temps que nostre milice estoit ordonnée selon les fiefs, ils estoient les Capitaines ordinaires, & menoient leurs vassaux en guerre. Ie dy aussi, Cheualiers, mais c'est à dire, Cheualiers honoraires, & sans ordre: Loyseau *d. chap. n.* 10. 11. 12. (Quemadmodum Duces, Marchiones, Comites & Principes, galeæ superimpositam habent coronam; ita Vicecomites, Barones & Castellani, galea vtuntur deaurata & aperta. Deaurata quidem, tanquam Equites, quibus competit vti armis deauratis; aperta vero, tanquam Capitanei, qui debent ocularium galeæ tegmen attollere, quo possint obseruare actiones suorum equitum, Arbitror autem eos esse Capitaneos & Equites natos: Capitaneos, inquam, ad exemplum vasallorum secundi ordinis, quos interpretes simpliciter Capitaneos *in libris feudorum* appellari tradunt, quemadmodum Capitaneos Regis, vel Regni eos, qui sunt primi ordinis. Eo tempore, quo in Francia militia à feudis obtinebat regulam, erant Capitanei ordinarii, atque vasallos suos ducebant in bellum. Equites dico, scilicet honorarios, & sine certo equestri ordine.)

g) *En France le tiltre de Cheualier est souuent vn simple tiltre d'honneur, qui est attribué aux grands officiers, soit de courte, ou de longue robbe, & aussi aux Seigneurs des grandes, & des mediocres Seigneuries, qui tous se peuuent qualifier Cheualiers, ainsi que les simples Gentilshommes se qualifient Escuyers*: Loyseau *d. ch. n.* 12. (Titulus Equitis sæpius in Francia est simplex titulus honoris, qui attribuitur magnis officiariis, tam togæ quam sagi, nec non dominis maiorum, vel mediocrium Dynastiarum, qui omnes vti possunt titulo Equitum, quemadmodum simpliciter nobiles vtuntur titulo Scutariorum.)

h) *Les mediocres Seigneuries sont particulierement affectées au Noblesse & il est bien raisonnable, de laisser à nostre Noblesse (qui a choisi bien à propos la demeure des champs, pour vacquer aux exercices, qui la fortifient aux armes) les Seigneuries & fiefs de dignité, par le moyen desquels elle se maintienne en l'honneur, & en la grandeur de courage, que sa profession requiert. C'est pourquoy aux Estats de Blois elle demanda au Roy, que les hautes iustices, & fiefs de haubert, luy fussent tous laissés*: Loyseau *d. ch. n.* 13. 18. & 19. (Mediocres dominatus specialiter addicti sunt nobilibus; ac rationi conueniens est relinquere nostræ Nobilitati (quæ optima ratione ruri degit, vt exercitiis vacare possit, quæ homines ad arma aptos faciunt) Dominatus & feuda dignitatum, vt habeant, quo magnificentiam & generositatem exercere possint, quæ illos decet. Et hanc ob rationem in comitiis Blœsensibus Nobilitas petiit à Rege, vt sibi altæ iurisdictiones, & omnia feuda loricata, assignarentur.) *i*) *Les*

i) Les fiefs nobles des Lombards ennoblissent la personne, dit le tiltre, quis dicatur Dux &c. Ce qui n'est pas en France, si non que l'inuestiture en ait sciemment esté faicte par le Roy à vn roturier, auquel cas il semble, que le Roy habilite à tenir le fief de dignité celuy, qu'il en inuestit; attendu que les bienfaits du Prince doiuent estre benignement interpretes, & estendus, tant que faire se peut: Loyseau *d. ch. n.* 22. (Feuda nobilia Longobardorum nobilitant, personas quibus conferuntur, vt legitur in titulo, *quis dicatur Dux, &c.* At non ita est in Francia, nisi eiusmodi feudum à Rege, conditionis personæ gnaro, collatum fuerit plebeio; quo casu Rex videtur eum reddere habilem ad tenendum illud feudum dignitatis: scilicet beneficia Principis benignam interpretationem admittunt, atque extendi debent, quousque possunt.)

k) Si le roturier est inuesti d'vn fief noble, par autre que par le Roy, quand mesme ce seroit par sa Chambre des Comptes, il n'est pourtant ennobli: ex Tiraquello *de Nobilitate, cap. 7. n. 19.* Loyseau *d. ch. n. 23.* (Quando plebeius inuestitus fuit ab alio quam Rege, licet id factum sit etiam ab ipsa Camera Computorum, de feudo nobili, non tamen inde adeptus est nobilitatem.)

l) Pour vne quatriesme prerogatiue, qui en comprend beaucoup d'autres, les Seigneurs des mediocres Seigneuries ont droict de Bailliage, c'est à dire, d'auoir vne Iustice, ou, pour mieux dire, vne seance superieure, à laquelle sont reseruées certaines grandes causes, qui n'appartiennent pas regulierement aux Iustices ordinaires. Et de ce droit de Bailliage est fait expresse mention en la Coustume de Meaux, art. 42. & 43. où ce droict est encor appellé droit de Chastellenie, d'autāt que il appartient aux Chastellains, & par cōsequent à tous autres plus-grāds Seigneurs, mais non pas aux moindres. Car c'est vne reigle en matiere de Seigneuries, que les droicts, qui appartiennent aux moindres, appartiennent aussi à plus-forte raison aux plus grandes: Loys. *d. ch. n. 27. & 28.* (Pro quarta prærogatiua, quæ alias multas complectitur, est, quod Domini dynastiarum mediocrium habeant ius Balliuiatus, hoc est, iurisdictionem prætoriam, vel tribunal superius, cui magnæ nonnullæ causæ reseruatæ sunt, quæ regulariter ordinariis tribunalibus non subiiciuntur. Huius iuris Balliuiatus mentio expressa fit in consuetudine Meldensi, *art.* 42. & 43. vbi idem quoque vocatur ius Castellionatus, quia competit Castellanis, ac consequenter omnibus aliis maioribus dynastis, non etiam minoribus. Est enim regula in materia dynastiarum: *Iura quæ competunt minoribus dynastiis, multo magis competunt maioribus.*)

m) Bailliage, ou Baillie, comme l'appelle Bouteiller, & l'ancienne coustume de Normandie, ne signifie pas simple Iustice, ains Iustice de protection: Car Baillie est vn vieil mot François, qui signifie protection: Loyseau *d. chap. n.* 29. (Balliuiatus, vel *Ballie*, vt Butelarius loquitur, ac vetus Normanniæ consuetudo, non significat simplicem iurisdictionem, sed protectionis: *baillie* enim est antiquum vocabulum Francicum, significans protectionem.)

souuerain, & où les particuliers n'ont point vsurpé la iustice: mais en France, où ceste vsurpation est establie de longue main, l'vsage est notoirement au contraire. Voire mesme nous practiquons, que le Roy ne peut mettre des Notaires-Royaux dans les terres des Seigneurs Chastellains, & autres, ayans ce droict de Notariat, ou Tabellionage; comme il a esté iugé par plusieurs arrests, rapportés par Bacquet: arrests qu'il faut limiter, à mon aduis, aux seuls Seigneurs Chastellains, ou autres plus-grands Seigneurs, ausquels le droict de Tabellionage appartient du propre droict de leur Seigneurie, & non pas les estendre aux simples hauts-Iusticiers, qui ont prescrit contre le Roy, de mettre des Notaires en leurs terres; car par telle prescription le Roy n'a pas perdu la faculté d'y en pouuoir aussi mettre de sa part, estant vne regle certaine des prescriptions, que tantum præscriptum, quantum possessum: *& que* ea quæ sunt meræ facultatis, non præscribuntur, nisi saltem à die contradictionis. *C'est pourquoy on void des Notaires Royaux en la plus part des hautes iustices des Seigneurs, & en aucunes s'y void des Notaires Royaux, & des subalternes tout ensemble auquel cas les Royaux emportent tout, à cause de l'execution parée, qu'ont indistinctement tous leurs contracts. Mais és terres des Seigneurs Chastellains, ou autres plus-grands Seigneurs, il ne se void gueres de Notaires Royaux*: Loyseau *audict chap. nomb. 86. & seqq.* (Quod Notariatum, atque sigillum authenticum, ad confirmandos contractus, attinet, certum est, non competere aliis quam Castellanis, ac aliis maioribus dynastis, non vero illis qui simplicem iurisdictionem altam habent, nisi titulo expresso hoc ius obtinuerint, aut per possessionem immemorialem, vel consuetudinem loci. Quæ res primo intuitu videtur esse admiratione digna, videlicet illos, qui habent iurisdictionem contentiosam, non habere iurisdictionem voluntariam. Verum, sciendum est, ius autoritatem conferendi contractibus, magis esse imperii, quam iurisdictionis. Molinæus *ad consuetud. Paris. art. 1. gloss. 5. num. 55.* docet, potestatem creandi Notarios publicos ad solum Regem spectare, atque esse de Regalibus. Hoc verum est de iure, atque obtinet in illo principatu, vbi Princeps solus summam habet potestatem, nec alii eam vsurpant; verum in Francia, vbi illa vsurpatio à longo tempore continuata fuit, notorie contrarium obtinet. Imo apud nos eo deuentum, vt Regi non liceat Notarios Regios constituere in territorio Castellani, & aliorum Dominorum, qui habent ius Notariatus, vel tabellionatus, vt aliquoties iudicatum fuit, teste Bacqueto. Quæ arresta limitationem, vt arbitror, admittunt, vt solos concernant Castellanos, aut alios maiores Dynastas, quibus ius tabellionatus competit iure proprio dynastiæ, nec extendi debeant ad simplices altæ iustitiæ dominos, qui præscriptione contra Regem sibi acquisiuerunt ius constituendi Notarios in terris suis. Etenim eiusmodi præscriptio Regi non ademit facul-

tatem, ibi etiam suo nomine constituendi Notarios, propter certam præscriptionis regulam, *quod tantum sit præscriptum quantum possessum*: & *quod ea, quæ sunt meræ facultatis, non præscribantur, nisi tantum à die contradictionis.* Hinc in quam plurimis dynastarum Iudiciis superioribus reperiuntur notarii Regii, atque in nonnullis existunt notarii Regii, cum notariis dynastarum: quo casu Regii præualent, propter executionem paratam, quam habent indistinctè omnes contractus ab ipsis annotati. Verum in territoriis Castellanorum, aut aliorum maiorum dynastarum, raro reperiuntur Notarii Regii.)

q) *Comme* πόλις *signifie la cité, aussi* πολιτεία, *que nous disons Police, signifie le reiglement de la cité*: Loyseau *des Seigneuries, chap. 9. nomb. 1.*

r) *Les Seigneurs médiocres ont conserué, à l'exclusion des hauts-Iusticiers, le droict de police, qui consiste proprement à faire des reiglemens, concernans le repos, & commodité du peuple, qui est certes vn degré de puissance par dessus l'administration ordinaire de la Iustice*: Loyseau *des Seigneuries, chap. 8. n. 9.* (Dynastæ mediocres sibi priuatiue, exclusis dominis maiorem iurisdictionem habentibus, conseruarunt ius politiæ, quod proprie consistit in præscribendis regulis, concernentibus quietem & commoditatem populi, estque maior potestas, quam ordinaria administratio iustitiæ.)

s) *Comme le Seigneur souuerain peut faire des loix generales, aussi le subalterne, ayant l'entier commandement, peut faire des reiglemens particuliers pour ses iusticiables. Mais au pareil, comme le Seigneur subalterne doit luy mesme obeïr aux loix de son souuerain, aussi, en premier lieu, ses reiglemens particuliers doiuent estre accordans, quoy que ce soit, non repugnans aux loix du Prince. Secondement, ils doiuent estre fondés sur quelque consideration, qui soit particulier au lieu, où ils se font: pource qu'autrement c'est au Prince souuerain, de pouruoir par loix generales aux necessités communes de son Estat, tant à l'occasion, que cela depend de son authorité, qu'à cause, que ce seroit vn desordre & discordance en vn Royaume, si chacune ville auoit diuerses obseruances*: Loyseu *d. chap. 9. n. 7.* (Quemadmodum summus Princeps potest ferre leges generales; ita subalternus, cui compet it imperium in suos subditos, potest constituere regulas particulares, quas illi sequantur. Verum vt hic subalternus, tanquam ab alio dependens, debet præstare obedientiam legibus superioris sui, sic quoque, primum, eius ordinationes particulares debent conuenire, aut certe non repugnare legibus sui Principis summi. Secundo, debent habere pro fundamento rationem aliquam particularem, concernentem locum illum, cui præscribuntur: etenim alias summi Principis est cura, legibus generalibus consulere vtilitati communi principatus sui, non solum, cum hoc ab eius autoritate dependeat, sed etiam quod indecorum, & incon-

incongruum esset, si ciuitates vnius eiusdemque Regni diuersis vterentur legibus, nec moribus conuenirent.)

t) *La police consiste principalement en trois points, sçauoir est, aux denrées, aux mestiers, & aux ruës ou chemins. Quant aux denrées, c'est à dire, la menuë marchandise, (car la grosse concerne le reiglement general du Royaume, qui appartient au Roy seul) qui sont les victuailles, & autres petites commoditez, pour l'entretien, & vsage iournalier du peuple, les Iuges de police y peuuent mettre taux, & faire tout autre reiglement pour empescher les monopoles, & autres abus, mesme pour faire fournir les bourgeois auant le marchand, qui les veut reuendre*: Loyseau *d. ch.9.n. 16.& 17.* (Politia potissimum tria concernit, nempe merces, opificia, & plateas seu vias. Quantum ad merces, id est, quæ minutim venduntur ac exiguæ sunt, (nam solidarum & magnarum cura concernit generalem Regni politiam, & sic soli Regi incumbit) vt cibaria, & aliæ res minores, ad sustentationem & vsum quotidianum populi facientes, iudices politiæ illis pretium assignare possunt, ac alias præscribere regulas, quibus impediuntur monopolia, ac cæteri abusus, & vt ciues prius sibi & ante mercatores, qui quod emunt reuendere solent, prospiciant.).

u) *De cest article dependent les poids, & mesures, pource qu'en vain y mettroit-on le prix, si le poids, & mesure n'y estoyent certains & iustes. Mais il eust esté fort à propos, que les Seigneurs de France n'eussent point eu ce droit, pour le desordre & confusion qui en est arriuée, en ce, que chacun a voulu auoir des mesures toutes dissemblables: à quoy on n'a peu trouuer remede, quoy qu'il y ait eu plusieurs Edicts de nos Roys, (comme de Philippe le Long, Louys XI. François I. Henry II.* Loyseau *d.ch.9.n.33.) portans, que toutes ces mesures seroient reduictes à vne, ce qui n'a peu estre executé*: Loyseau *d. chap. 9. n. 18. 20.* Habent autem Barones & Castellani in Francia *le droit de poids & mesures, tant grandes, que petites*: Loyseau *d. ch. n.37. Le droict de grands poids consiste à auoir seul en sa ville droict de poiser pour autruy, à grandes balances, & poids, au dessus de vingt cinq liures, estant neantmoins permis aux bourgeois d'en auoir pour soy en sa maison; & pource appartient au Seigneur douze deniers pour cent liures des marchandises, qu'on poise à son poids; lequel droict il peut bailler à ferme, & partant est tenu auoir continuellement de bonnes & fortes balances, & de poids de toutes sortes*: Loyseau *d. ch. n. 39. Du droict des petits poids & mesures depend d'auoir vn estalon, patron, ou eschantillon public de tous poids, & mesures de toutes sortes; & droict d'adiust sur iceluy, de tous poids & mesures faictes, ou venduës, ou gardées, en son territoire, qui doiuent estre marquées par celuy, qui est proposé pour les adiuster, à fin que le peuple n'y puisse estre deceu*: Loyseau *audict chap. n. 42.* Notari autem debet in hac ponderum materia: (1.) *qu'on s'aide de la balance, & non pas de la Romaine, ou crochet, à cause principalement, que les differences des poids, marquées sur le long de la verge, ont leurs interualles, & distances de l'vne*

l'vne à l'autre trop courtes, pour y pouuoir facilement recognoistre, sur le peu de longueur qu'elles ont, toutes les diuisions du poids iusques aux grains. (2.) *que les deux moitiés du fleau de la balance soient esgales, tant en grosseur, qu'en longueur, autrement si pour rendre, non obstant ce defaut, la balance esgale, on change le bassin du costé que le fleau est trop foible, il y aura de la tromperie au poids: Car quoy que par ce moyen la balance demeure entre deux fers, & que par là il semble, que les poids soient esgaux, neantmoins celuy, qui sera du costé que la branche du fleau est foible, sera tousiours plus-pesant que l'autre.* (3.) *Il est besoing pareillement, que les cordes, ausquels les bassins sont attachés, soyent de mesme longueur: car si cela n'estoit, quand on viendroit à leuer de terre, ou de dessus la table, la balance, le poids du costé, que les cordons seroient trop grands, se trouueroit plus pesant que l'autre: encore qu'en effect il fut de quelque peu plus leger, principalement si le clou, qui doit estre situé au milieu du fleau, estoit vn peu bas.* (4.) *Ce clou ne doit estre rond par le dessous, ains à angle aigu, ou quarré, à fin que la balance en soit plus fine; c'est à dire, qu'elle tresbuche plus-facilement, & auec moins de trait, ou de poids. Car si le clou estoit rond & gros, principalement par le dessous, les balances en seroient d'autant plus sourdes, c'est à dire, qu'il faudroit d'auantage de traict, ou de poids, pour le faire tresbucher. Par exemple, encore que l'vn des poids fust plus-leger quelque peu que l'autre, la balance pour cela ne tresbucheroit pas du costé que le poids seroit vn peu plus-pesant, ains demeureroit entre deux fers:* Louys Sauot, *en ses discours sur les medailles antiques, parte 3. chap. 31. pag. 265. & seq.* Cæterum, quod attinet *la visitation des poids, & des mesures, & punition des delinquans, soit marchands, ou autres, cela ne depend pas proprement du droict de Police, ains de la iustice; pource que les reiglemens de Police estant faits par le Iuge de Baron, ou Chastellain, auquel la police appartient, c'est desormais aux Iuges primetifs de lieux, à les faire obseruer en leur distroict: C'est pourquoy ceste visitation, & coërcition, n'appartient pas seulement aux Barons & Chastellains, mais aussi aux hauts-iusticiers, voire mesme aux moyens:* Loyseau *d. chap. 9. n. 43.* (Ab hoc articulo dependent pondera & mensuræ, quoniam frustra rebus venalibus præfigeretur pretium, nisi prius pondera & mensuræ certæ, iustæque essent. At melius fuisset, si Dynastæ in Francia nunquam hoc ius habuissent, propter confusionem quæ inde orta, dum vnusquisque mensuras proprias, cum cæterorum mensuris non conuenientes, sibi elegit; quod impediri nullo potuit remedio, licet Reges nostri diuersis edictis, omnes istas mensuras ad vnam reduci iusserint; quod tamen executione caruit. Habent autem Barones & Castellani in Francia ius ponderum & mensurarum, tam maiorum, quam minorum. Ius maiorum consistit in eo, quod soli Domino in ciuitate sua competat ius ponderandi pro aliis, maioribus trutinis & ponderibus,

merces

merces excedentes viginti quinque libras, (permissum tamen est etiam ciuibus, habendi trutinas in domibus suis, ad vsum priuatum) ac exigendi duodecim denarios pro centenis libris mercium ibi trutinatarum; & potest hoc ius alteri locare, debetque semper instructus esse bonis ac fortibus trutinis, ac ponderibus omnis generis. A iure minorum ponderum, & mensurarum, dependet facultas habendi omnium mensurarum & ponderum archetypum publicum, ac ius secundum hunc probare omnia pondera & mensuras factas, & quæ venum exponuntur, aut asseruantur in territorio suo, quæ debent certo notari signo, ab illo, qui huic negotio probationis est præfectus, ne populus decipiatur. In hac autem ponderum materia notari debet, I. quod vtamur bilance, non Romana statera: nam hac non exacte pondus probatur, potissimum ideo, quoniam interualla ponderum, quæ in virgula repræsentantur, nimis sunt vicina & arcta, adeo vt omnes diuisiones ponderum, vsque ad grana, facile obseruari nequeant. II. quod brachia libræ debeant esse æqualia, tam crassitie quam longitudine: alias si inæqualia sint, velimus tamen non obstante hoc defectu, bilancem corrigere, ac lancem ab eo latere, quo brachium, vel iugum, laborat debilitate, ad alterum transferre, fraus committeetur in pondere. Licet enim hoc medio lingulatus canon libræ non inclinet vllam in partem, & sic pondus vtrumque videatur esse æquale, nihilo minus illud quod est à latere, vbi iugum est debilius, semper erit ponderosius. III. necesse etiam est, vt funiculi, à quibus dependent lances, longitudine inter se conueniant; alias enim, quando bilancem attolleremus, pondus eius lateris, vbi funiculus esset longior, videretur maius, licet reuera esset aliquantulum minus, præcipue si clauus, qui in medio iugi positus esse debet, paululum inferius positus extaret. IV. hic clauus non debet inferius esse rotundus, sed ad angulos acutos, vel quadratos factus, quo libra sit magis exacta, hoc est, vt maius pondus facilius lancem suam degrauet. Etenim si clauus esset rotundus, & crassus, potissimum inferiori ex parte, bilances essent magis surdæ, id est, requireretur maior vis, aut maius pondus, quo lanx deprimeretur. Atque sic posset euenire, vt licet vnum pondus esset aliquantulum minus altero, lanx tamen, quæ maius pondus contineret, non inclinaret, sed vtraque staret in æquilibrio. Cæterum quod attinet visitationem ponderum & mensurarum, ac punitionem delinquentium, siue sint mercatores, vel alii, illa propriæ non dependent à iure politiæ, sed iustitiæ: quoniam postquam constitutiones de politia factæ sunt à Iudice Baronis, vel Castellani, cui ius politiæ competit, iudici loci primario incumbit curare, vt illæ in suæ iurisdictionis districtu obseruentur. Hinc isthæc visitatio, ac coërcitio, non solum competit Baronibus, & Castellanis, sed etiam illis, qui altam habent iurisdictionem: imo etiam illis, qui habent mediam.)

x) *La police des mestiers, quant au Baron. & Chastellain, depend d'auoir corps de mestiers en sa ville, d'y faire eslire chacun an des iurés, visiteurs, & gardes de chacun mestier, qui soyent tenus par certain temps rapporter, & affermer deuant le Iuge ordinaire les visitations, qu'ils auront faictes chés chacun maistre de leur mestier, & en faire rapport. Et sur tout il appartient au Baron, à l'exclusion du haut-iusticier, de faire des statuts & reiglemens de chacun mestier*: Loyseau *d. chap. n.* 49. & 50. (Politia officiorum, quatenus Baroni & Castellano competit, consistit in facultate habendi collegia opificum in ciuitate sua, singulis annis curare vt eligantur iurati visitatores, & custodes vniuscuiusque opificii, qui teneantur per certa temporis interualla iudicem ordinarium certiorem facere de visitationibus à se factis apud quemlibet sui opificii magistrum. Ac præcipue ad Baronem pertinet, excluso altæ iurisdictionis domino, condere statuta & regulas in singulis opificiis obseruandas.)

y) *La police, & iustice ordinaire de tous les grands chemins, tendant à la conseruation, & manutention d'iceux, appartient aux Iuges ordinaires des lieux, du moins à ceux, qui ont droict de Bailliage, & Chastellenie, & partant c'est à eux de cognoistre de la reparation d'iceux, & des entreprises, qui s'y font. Mais quant à la superintendance, & police generale d'iceux, sans doute elle appartient au Roy seul, priuatiuement à ses propres officiers; comme, d'abolir, de changer, de croistre, ou diminuer les chemins; voire mesmes, c'est vn cas Royal de cognoistre, si vn chemin est public, ou non*: Loyseau *audict chap. nomb.* 76. & 77. (Politia & iurisdictio in vias maiores, quæ concernit earum conseruationem, spectat ad iudices ordinarios locorum, ad minimum ad illos, qui habent ius prætoriæ diœceseos, & Castellionatus: hinc ad eosdem pertinet earum reparatio, ac custodia. Verum superior inspectio & politia generalis in iisdem, sine dubio soli Regi priuatiue competit, etiam exclusis officiariis eius propriis, vt abolere, mutare, augere aut diminuere vias; imo est casus Regius cognoscere, an via sit publica, vel non.)

z) *Les officiers Royaux pretendent, en quelques endroits, la cognoissance des poids, & mesures, disans que c'est vn droict de la Couronne*: Loyseau *d. chap. n.* 19. & *n.* 35. ait: *Comme le Roy a les mains longues, ses officiers ont inuenté vne distinction pour retrancher le droict des Seigneurs, dont iamais on n'auoit oüi parler, disans, que comme le Roy seul a la police de la marchandise en gros, aussi les grands poids & mesures appartiennent à luy seul.* & *n.* 72. *Il y a des officiers Royaux, qui se font à croire, que & des chemins Royaux, & de tous autres chemins publics, non seulement la garde, & superintendance, mais aussi la police entiere, & iustice ordinaire, & encor, qui plus est, la cognoissance des delicts commis en iceux, leur appartient, ores qu'ils soyent situés dans*

dans le territoire des Seigneurs Chastellains. (Officiarii Regis prætendunt, in nonnullis locis, ad se pertinere cognitionem de ponderibus & mensuris, dicentes id esse ius Coronæ. Cum Rex longas habeat manus, eius officiarii inuenerunt distinctionem, qua imminutum eunt ius Dynastarum, antea plane inauditam, dicentes, vt soli Regi competit politia mercaturæ maioris, sic etiam eidem competunt maiora pondera & mensuræ. Et reperiuntur nonnulli officiarii Regis, qui affirmant sibi competere non solum viarum Regiarum. sed etiam omnium aliarum publicarum custodiam, & inspectionem superiorem, omnemque politiam integram, ac iurisdictionem ordinariam, &, quod magis, cognitionem de delictis in iisdem commissis, etiamsi viæ illæ sitæ sint in territorio Castellani.)

aa) Ce droict est expressément attribué aux Barons & Chastellains, (à l'exclusion des hauts-iusticiers) par les coustumes d'Aniou, Touraine. & celle de Maine: & dont y a aussi vne belle remarque en l' article 65. de la Coustume de Paris, où il est dit, que les Barons & Chastellains peuuent faire publier leurs hommages à son de trompe, & les autres moindres Seigneurs au prosne de la paroisse, ou par signification particuliere seulement: Loyseau *d. tr. des Seigneur. chap. 8. n. 91.* (Hoc ius expresse attributum est Baronibus & Castellanis, excluso altæ iustitiæ domino, in consuetudinibus Andegauensibus, Turonensibus, ac Meduanensibus. Atque eiusdem egregium indicium reperitur *in articulo 65. Consuetudinis Parisiensis*, quando dicitur; Barones, & Castellanos, posse sonitu tubæ publice conuocare suos ad præstandum homagium, cæteros vero minores Dynastas id curare indicari post præconium Curionis in diœcesi, die Dominica, aut particulari alia indictione.)

bb) De voce *ban*, & eius significatione, agit Pasquier *liu. 6. des recherches de la France, chap. 35.*

cc) Il y a deux sortes de publications, vne qui se faict à son de trompe, & cri public, voce præconis; *l'autre par affiches, appellées en Grec,* προγράμματα, *en latin* Edicta: *Nouell. 112. chap. 3, laquelle contient vne tres-belle distinction (in fine principii) en ceste matiere; dont on peut colliger, que les Chastellains, & autres plus-grands Seigneurs, qui sont comme les Magistrats ordinaires, ayans plein territoire, & commandement entier, peuuent seuls vser de cri public: (aussi gardons-nous qu'ils peuuent seuls auoir vn trompette, ou crieur iuré) mais les simples Iusticiers, qui de leur origine estoient comme des mandataires de iurisdiction, ne peuuent vser que d' affiches. Que si en quelques expeditions, pendantes deuant eux, ils ont besoing de faire des adiournemens, ou autres publications à son de trompe, ils en doiuent demander la permission à leur superieur, ayant puissance, & encor les faire faire sous le nom & authorité d'iceluy, & par son crieur, ou trompette*: Loyseau *d. chap. 8. n. 94. & 95.* (Duobus modis fit publicatio, vno, per tubam, & clamorem publicum voce præconis; altero, per programbbb 2

grammata, vel edicta: *Nouellæ* 112. *cap.* 3. vbi *in fine principii* egregia legitur distinctio, ad hanc rem pertinens; vnde colligere licet, Castellanos, aliosque maiores Dynastas, qui sunt instar Magistratuum ordinariorum, habentes plenum territorium, & imperium, solos posse vti voce præconis; (ita sane apud nos obseruatum) illos vero, qui tantum simplicem habent iurisdictionem, & primum origine sua habebant quasi mandatam iurisdictionem; non posse alio vti publicationis modo, quam qui expeditur programmate, vel edicto. Quodsi in nonnullis negotiis, quæ coram illis ventilantur, opus est fieri citationem, aut alias publicationes sonitu tubæ, debent petere permissionem à suo superiore, cui hoc agere licet, ac eam perficere nomine, ac opera tubicinis eius.)

dd) *Les vrais chasteaux anciens auoient pour marques de grandeur, basse-court, chastel, & donion; la basse-court fortifiée à part, pour y receuoir les subiects, & leurs biens à sauueté. Le chastel, auquel estoit la demeurance du Seigneur, ayant sa fortification à part; & au dedans le chastel estoit le donion, qui estoit vne grosse tour ronde, ou carrée, ayant aussi forteresse à part. Le moulin à bras estoit le dernier refuge, quand la basse-court, & le chastel estoient pris*: Coquille *sur les coustumes de Niuernois chap.* 1. *artic.* 25. *pag.* 59. (Vera castella antiqua pro nota magnificentiæ habebant atrium, castellum & arcem. Atrium erat particulariter munitum, ad securitatem subditorum atque receptionem bonorum. Castellum, in quo consistebat Dominus, erat specialiter munitum, atque in illo erat turris crassa, rotunda vel quadra, similiter munita. Molendinum quod brachiis agitabatur, regulariter erat in turri, atque ad hanc vltimum dabatur perfugium, quando atrium, & arx erant ab hoste occupata.)

ee) *Les Chastellains, (& autres Seigneurs des mediocres Seigneuries) comme leur nom porte, ont droict d'auoir chasteau, ou maison forte, c'est à dire, munie de fossés, pont leuis, tours, & autres semblables fortifications, pour raison de quoy ils n'ont besoing des lettres du Roy. Droict que les moindres Seigneurs n'ont pas, & mesme les Chastellains ne peuuent pas bailler à leurs vassaux permission, d'en edifier en leur distroit, sans lettres du Roy, non plus que d'eux-mesmes ils ne peuuent faire leurs vassaux Chastellains*: Loyseau *audict chap.* 8. *n.* 98.) (Castellani, (aliique mediocrium dynastiarum domini) vt eorum nomen indicat, gaudent iure habendi castellum, aut arcem munitam, nempe fossis ac ponte ductario, turribus, aliisque eiuscemodi munitionibus; itaque ad hæc opus non habent literis Regiis particularibus. Hoc ius minoribus Dynastis non competit, ac ne ipsi quidem Castellani possunt vasallis suis date licentiam hæc sua in ditione extruendi, sine literis Regis, quemadmodum etiam non possunt ex vasallis suis facere Castellanos.)

ff) *Le Sieur de Chant d'Oiseau S. Marthe, veut, que Titius son vassal abatte*

abatte des fortifications faites en sa maison, sans congé & permission, & le fait appeller au Palais à ceste fin. Titius dit, que pendant ces troubles il a fait bastir vn petit pauillon par vne gallerie haute, mais qu'il n'y a point de fossés, ny pont leuis. Par sentence des Requestes Titius condamné à demolir les forteresses. Appel. En cause d'appel le Sieur de Chant d'oiseau fait visiter le lieu, en vertu d'vne commission de la Cour. Par le procés verbal de la visitation il se trouue, qu'audit corps de logis neuf, y auoit des canonnieres bouchées à chaux & à sable, & qu'il y auoit des guerites, que ladite gallerie estoit pauée. Titius disoit, qu'on ne pouuoit appeller cela forteresse. Par arrest du Vendredy premier iour de Iuin MDCI. plaidans Amariton, & Saincte Marthe, l'appellation &c. & neantmoins defenses à Titius de bastir de fossés, ny pont leuis, sans la permission du Seigneur. Par cest arrest il semble que le mot de forteresse soit retraint aux fossés, & pont leuis: Bouchel *en la bibliotheque, ou thresor du droict François, tom. 2. pag. 103.*

gg) A plus forte raison ils ont droict d'empescher, qu'aucun ne bastisse maison forte en leur territoire, encor mesme qu'il y ait permission du Roy, qui tousiours est entendue sauf le droict d'autruy: Loyseau *audict chap. n. 99.* Quod de prohibitione dicitur, intelligi quoque debet de eo casu, quo, quod sine voluntate Baronis, vel Castellani, ædificatum fuit, destrui petitur, vt vidimus *lit. ff.*

hh) Plusieurs coustumes, & liures anciens de practique, portent, que les Seigneurs Chastellains, & par consequent les Barons, & Vicomtes, ont droict d'auoir marché en leur villages; mesmement ils ont ce droict, d'empescher non seulement ceux de leur distroit, mais aussi leurs voisins, d'en establir vn nouueau à trois, ou quatre lieuës de leur, ores qu'ils en eussent permission du Roy. Car les lettres de concession des marchés portent, selon l'ancien style de Chancellerie, la clause: Pourueu qu'à trois, ou quatre lieuës prés il n'y ait autre marché; & si elle n'y est, elle y doit estre sousentenduë: Loyseau *d. chap. nomb.* 102. (Multæ consuetudines, multique libri antiqui, docent, Castellanos ac per consequens Barones ac Vicecomites, habere ius tenendi mercatus in oppido suo, atque præterea ius impediendi, non tantum illos, qui sunt de eorum territorio, sed etiam vicinos suos, nouum mercatum instituere intra tres aut quatuor leucas à loco mercatus sui, licet à Rege obtinuerint potestatem instituendi mercatum, literæ enim eiusmodi, secundum antiquam Cancellariæ consuetudinem, dantur cum hac clausula: *Modo intra tres aut quatuor leucas non sit alius mercatus.* Quæ clausula si literis adscripta non fuit, subintelligenda est.)

ii) Aucuns adioustent droict de foire, vne ou deux fois l'an: Ce que ie n'estime pas, (inquit Loyseau *d. chap. n.* 103.) *si le Seigneur Chastellain n'en a tiltre particulier, ou prescription.* (Alii addunt ius habendi nundinas, semel

aut bis in anno; quod non admitto, nisi Castellanus illud ius speciali titulo, vel per præscriptionem obtinuerit.) *Attendu l'ancien arrest de la Pentecoste MCCLXIX. contre le Comte de Chasteaux-Roux, en Berry, & vn autre contre l'Euesque de Clermont, portant*, quod nullus in Regno potest facere feriam sine permissu domini Regis: quod conuenit cum *lege nundinis, ff. de nundinis*,



NOTI-

NOTITIAE REGNI FRANCIAE

LIBRI QVINTI,

De tertio Franciæ Statu, nec non de Academiis, eiusdem Regni,

CAPUT I.

De nomine, origine, & membris tertii Status Regni.

PRæter Ecclesiasticos, & Nobiles, qui status Regni dicuntur, adhuc est alius plebeiorum, *le Tiers Estat*, tertius status (*a*), qui tertium inter cæteros, & infimum locum obtinet (*b*). Hic olim inter Gallos nullius erat autoritatis, & nominis (*c*), quemadmodum etiam sub regno primæ, & secundæ familiæ Regum Franciæ ad comitia nunquam vocabatur; vocari autem ad hæc deinde ex parte cœpit, sub tertia demum Regum familia (*d*), sub qua & honoris, & autoritatis augmento inclaruit (*e*). Hic, qui respectu numeri personarum, omnium amplissimus est (*f*), varia hominum complectitur genera, prout innumeræ sunt functiones, conditiones, & vitæ genera diuersa. Loyseau (*g*) eos distinguit, in *gens de lettres*, literatos (*h*); *financiers*, quæstoriam exercentes (*i*); *practiciens*, proxenetas forenses (*k*); *marchands*, mercatores (*l*); *laboureurs*, agricolas (*m*); *ministres de iustice*, ministros iustitiæ, *& les gens de bras*, mercenarios, qui corpore, & manu, labores expediunt (*n*). Et idem alibi (*o*) concisius, in *gens de Lettres, de Finance, de Marchandise, de Mestier* (*p*), *de Labeur, & de Bras.*

Testes

Testes & Testimonia.

a) Vide supra *lib. 1. c. 7. lit. p.*

b) *En nos assemblees de trois Estats, non seulement on y appelle le menu peuple, auec le Clergé, & la Noblesse, mais, qui plus est, il en faict la plus-grande, & meilleure part: & comme tel, ceux qui mirent les premiers ceste inuention en auant, le voulurent reblandir d'vn mot plus-doux, & moins bas, que nous disons Tiers Estat:* Estienne Pasquier *liu. 2. des recherch. chap. 7. in pr.* (Ad nostra comitia trium Statuum, non solum vocantur plebeii vna cum Clericis ac nobilibus, verum etiam, quod magis æstimari debet, illi maiorem ibi faciunt partem. Ac tanquam tali, isti, qui prima huius inuentionis posuerunt fundamenta, voluerunt blandiri nomine magis benigne, & minus vili, tertii status.)

c) *Le tiers Estat, est l'vn des trois ordres, ou Estats generaux de France, qui neantmoins en l'antique Gaule n'estoit mis en compte, ny tenu en aucun respect, ou esgard, dit Cesar, au 6. liure de bello Gallico* (*cap. 13.*) In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero, & honore, genera sunt duo; alterum Druidum, alterum Equitum. Nam plebs pæne seruorum habetur loco, quæ per se nihil audet, nulliq; adhibetur concilio: Loyseau *des ordr. ch. 8. n. 2.*

d) Pasquier *d. l.* Loyseau *d. ch. 8. n. 3. Sous les deux premieres races de nos Roys, & bien auant dans la troisiesme, il n'y auoit que deux ordres du Royaume, qui composoient les assemblées des Estats generaux; à sçauoir, les Prelats & les Barons, ou Seigneurs, qui dependoient immediatement du Roy, lequel y presidoit: & pource que toutes les resolutions generales s'y prenoyent, notamment celles de la paix, & de la guerre, qui estoit l'vn des principaux emplois de nostre nation, ces Estats generaux se tenoyent non seulement tous les ans, mais souuent deux fois en vne année. Ce qui dura iusques à la prise du Roy S. Louys, par le Soldan d'Egypte, en la bataille de la Mazoure, lors de laquelle prise le Clergé, & Noblesse, n'ayans pas moyen de payer la rançon de ce bon Roy prisonnier, l'on eut recours aux Bourgeois: lesquels offrirent de la payer, moyennant qu'on les admist aux charges militaires, & aux offices de iudicature, dont ils estoient auparauant exclus, & qu'on leur donnast seance & voix deliberatiue ausdits Estats generaux, où ils n'estoient point aussi receus. Ce qui leur ayant esté accordé, ils y furent admis, sous le nom du Tiers Estat; estant iugé fort raisonnable, que ceux, qui composoient vn des plus nombreux ordres du Royaume, donnassent leurs aduis sur les affaires qui concernoient sa conseruation, & son maintien: Cette addition formant vne agreable, & vtile liaison entre toutes les parties de ce grand corps, & le peuple se rendant par la bien obeïssant, & plus-traitable à l'execution des resolutions, prises auec ceux de son corps, qu'il ne l'estoit auparauant.* Ita ille apud Nouellistam.

e) Pasquier *dict. loc.* Loyseau *d. l. n. 5.*

f) Le

f) *Le tiers Estat de France est de present en beaucoup plus grand pouuoir, & authorité, qu'il n'estoit iadis, pource que les Officiers de la Iustice, & des finances, en sont presque tous, depuis que la Noblesse a mesprise les lettres, & embrassé l'oisiueté. La noblesse, di-ie, du corps de laquelle estoient anciennement choisis les Iuges, & aussi les principaux officiers des finances.* Loyseau *d. ch.8. n.6.* (Tertius ordo Franciæ nunc maioris est potestatis ac autoritatis, quam olim fuit: quoniam officiarii Iustitiæ, atque quæsturæ (Duret *aux discours de la verité des causes, & effects des decadences &c. des Monarchies, chap. 20. pag 391.*) fere omnes, eiusdem sunt membra, postquam Nobiles cœperunt vilipendere artes liberales, atque se dare otio. Nobiles dico, ex quorum numero olim eligebantur iudices, & principales officiarii quæsturæ.)

g) *Dicta cap. 8. n. 10.*

h) Non omnes literati sunt tertii status membra: nam & eorum aliqui nobiles, aliunde quam à literis; ac nonnulli Ecclesiastici ordinis. Qui autem nec istius, neque huius sunt dignitatis, ad tertium ordinem referuntur. *Pour l'honneur deu à la science, i'ay mis au premier rang les gens de lettres, dont les Romains ne faisoient point d'ordre à part, ains les laissoient meslés dans les trois Estats: aussi ils n'auoient pas tant de personnes que nous, qui eussent les lettres pour leur profession, & vacation speciale, & si peu qu'ils auoient, ils les reduisoient en milices, qui estoient offices quasi perpetuels. De sorte qu'ils leur faisoient plus d'honneur que nous, & leur donnoient de tres-grands priuileges, comme il se void au tit. de Professor. & Medic. Aussi n'y en auoit il que certain nombre, au lieu qu'en France on en reçoit autant qu'il s'en presente de capables.* Loyseau *d. ch. 8. n. 11.* (Ego literatos, propter honorem, qui debetur eruditioni, primo loco posui, quos tamen Romani non habebant pro peculiari ordine, sed relinquebant commixtos tribus ordinibus. Nec vero tanta apud illos eorum erat copia, qui se dicabant literis, vt illis specialiter vacarent; ac, quos habebant huius professionis, redigebant in militias, quæ erant quasi officia perpetua, ita, vt illis maiorem exhiberent honorem quam nos, atque eosdem egregiis exornarent priuilegiis, vt videre licet *in titulo Cod. de Profess. & Medic.* habebant autem certum eorum numerum, secus ac apud nos, qui tot recipimus, quot se offerunt, & dicuntur esse habiles.)

i) *Aprés les gens de lettres doiuent venir en rang les financiers, qui à Rome tenoient le premier ordre de menu peuple. I'appelle financiers, tous ceux, qui s'entremettent des finances, c'est à dire, des deniers du Roy, soit officiers, ou non:* Loyseau *d. ch. 8. n. 32. & 33.* (Post literatos collocari debent homines quæstorii, qui Romæ inter plebeios primum tenebant locum. Homines quæstorios appello omnes illos, qui quæsturam sequuntur, redituum scilicet Regiorum, siue sint officiarii, siue non.)

k) *Les practiciens sont ceux, qui, outre les Iuges, & les Aduocats, gai-*

gnent leur vie aux affaires, & procés d'autruy. Il y en a de deux sortes, à sçauoir, ceux de longue robe, qui sont à nous les Greffiers, Notaires, Procureurs, & estoient par les Romains appellés scribes: & ceux de courte robe, qui sont à nous les sergens, trompettes, priseurs, vendeurs, & autres semblables, qui estoient particulierement appellés apparitores Magistratuum; *& constituoyent vn ordre distinct de celuy des scribes. Car l'ordre des scribes precedoit celuy des marchands, mais celuy des appariteurs le suiuoit; Et de mesme en France, les practiciens de robe longue marchent deuant les marchands, mais ceux de courte robe marchent apres; & neantmoins les vns, & les autres, sont compris sous le nom de practiciens:* Loyseau *d.ch.* 8. *n.*35. (Pragmatici forenses sunt omnes illi, qui, præter Iudices & Aduocatos, inseruiunt aliorum negotiis & processibus. Sunt autem duplices, nempe, togæ longioris, qui nobis sunt Graphiarii, Notarii, Procuratores, Romanis dicebantur scribæ; & togæ breuioris, qui nobis sunt Apparitores, Præcones simplices, ac præcones auctionarii, aliiq; similes, qui appellabantur apparitores magistratuum, atque constituebant ordinem distinctum à scribis. Nam scribarum ordo præcedebat mercatores, apparitorum autem eos sequebatur. In Francia quoque, practici togæ longioris præferuntur mercatoribus, breuioris vero illis postponuntur, vtrique tamen comprehenduntur sub nomine practicorum.)

l) Aprés les principaux practiciens, suiuent, & à Rome, & en France, les marchands, tant pour l'vtilité, voire necessité publique de commerce, l. 2. *ff. de nundinis, que pour l'opulence ordinaire des marchands, qui leur apporte du credit, & du respect: ioint, que le moyen, qu'ils ont, d'employer les artisans, & gens de bras, leur attribuë beaucoup de pouuoir dans les villes. Aussi les marchands sont les derniers du peuple, qui portent qualité d'honneur, estans qualifiés honorables hommes, ou honnestes personnes, & bourgeois des villes; qualités qui ne sont attribuées ny aux laboureurs, ny aux Sergens, ny aux artisans, & moins encor aux gens de bras, qui sont reputés viles personnes. Mais quant aux marchands, Aristote, bien que coustumier de les mespriser, neantmoins au* 4. *liu. des polit. ch.* 3. *les met au rang des personnes honorables: & Ciceron, pro lege Manilia, dit, Negotiatorum ordinem fauore dignum esse. Et Callistrate, in l. eos, ff. de decurion. dit, que ceux-là mesmes, qui vendent les menuës denrées,* non debent haberi inter viles personas, nec ab honoribus omnino arcendi sunt. *C'est pourquoy i'ay dit, qu'ils se qualifient bourgeois, pource qu'ils ont part aux priuileges, & sont capables des offices des villes, qui ne doiuent estre communiqués aux artisans, & gens mechaniques: mesmes, par les anciennes Ordonnances, les marchands semblent estre seuls capables des charges des villes, pource que les Officiers du Roy, & les Aduocats, & encor les practiciens, en sont exclus: & c'est possible, pourquoy le premier officier de la ville de Paris est appellé Preuost des Marchands;* Loyseau *d. ch.* 8. *n.* 45. & 46. (Post principaliores pragmaticos forenses, vt olim Romæ, sic hodie in Francia, sequuntur

quuntur mercatores, tam ob vtilitatem, imo necessitatem publicam commerciorum: *l.2.ff.de nundin.*quam propter diuitias,quibus ordinarie mercatores abundant; vnde in honore habentur, ac quoniam opificum ac artificum manuariorum opera frequentius vtuntur, non leui potestate inter ciues pollent. Sunt autem mercatores vltimi inter ciues, quibus honoris tituli deferuntur: vocantur enim honorabiles,aut honesti,vel ciues; quæ honoris symbola non attribuuntur ruricolis, nec apparitoribus, nec opificibus; multo minus manuariam operam viliorem exercentibus, qui inter personas viles referuntur. Sed,quod mercatores attinet, licet Aristoteles soleat eos contemnere, attamen *lib.4.politic.cap.3.*eos refert inter personas honorabiles; ac Cicero, *pro lege Manilia,* dicit, negotiatorum ordinem fauore dignum esse. Callistratus, *in l.eos 12.ff. de decur.* scribit, etiam illos, qui vtensilia negotiantur,& vendunt, non oportere quasi viles personas negligi, nec ab honoribus omnino arcendos esse. Hanc ob causam dixi, illos appellari ciues,quoniam ciuium priuilegiis gaudent, ac admittuntur ad officia ciuitatis, quæ non debent communicari mechanica opificia exercentibus. Si antiquas constitutiones inspicimus, videtur dicendum, solos mercatores habiles esse ad officia ciuitatis; quandoquidem officiarii Regis, ac Aduocati, nec non & pragmatici, ab illis exclusi reperiuntur; ac hinc fortassis est, quod primarius inter officiarios ciuitatis Lutetianæ appelletur Præpositus Mercatorum.)

m) *Les laboureurs doiuent, à mon aduis, suiure les marchands, & preceder les practiciens de courte robe, comme à Rome ils precedoient* apparitores Magistratuum : *veu qu' Aristote liu. 4. polit. chap. 3. les prepose aux marchands ; & veu ce qu' à Rome* tribus rusticæ erant honoratiores vrbanis; *comme aussi en France on void, que la vie rustique est la vacation ordinaire de la Noblesse, à laquelle la marchandise deroge. Vray est, que par les laboureurs i'enten ceux, qui ont pour vacation ordinaire de labourer pour autruy, comme fermiers: exercice, qui est aussi bien defendu à la Noblesse, comme la marchandise. Mais, quoy que ce soit, il n'y a point de vie plus-innocente, ny de gain plus selon la nature, que celuy du labourage, que partant les Philosophes ont preferé à toute autre vacation. Et, au contraire, en la police de France, nous les auons tant rabaissés, voire opprimés, & par les tailles, & par la tyrannie des gentilshommes, qu' il y a subiect de s' esmerueiller, comment ils peuuent subsister, & comment il se trouue des laboureurs pour nous nourir. Aussi void-on, que la plus-part d' entre eux aiment mieux estre valets, & chartiers des autres, que maistres, & fermiers. Quoy que ce soit, nous reputons auiourd'huy les laboureurs, & tous autres gens de village, que nous appellons païsans, pour personnes viles; & de faict, le mot de vilain, selon Budée viene de* villa, & villicus, *non pas de ville, ainsi qu' a dit Bodin, si non*

entant que ville signifie village, qui est sa premiere signification. Et c'est dés le temps des Romains, que les plus-grands ont assubietti à eux les gens de village, que ils appelloient colonos, & glebæ addictos; *& qu'en France iadis nous appellions gens de pote, gens de main morte, ou de suitte. Dont il y a vn beau tesmoignage dans Cesar, au 6. liu. de bello Gallico*: plerique à plebe, ait ille, dum ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum, premuntur, sese in seruitutem dicant Nobilibus: In hos eadem omnia sunt iura, quæ dominis in seruos: Loyseau *d.ch.*8. *n.*47. *&* 48. (Rus colentes meo iudicio, debent sequi mercatores, atque præcedere pragmaticos togæ breuioris, vt Romæ præcedebant apparitores magistratuum. Nam Aristoteles, *lib.* 4. *polit. cap.* 3. illos præfert mercatoribus; ac Romæ tribus rusticæ erant honoratiores vrbanis; Quemadmodum etiam in Francia videmus vitam rusticam ordinarie placere Nobilitati, cui tamen mercatura derogat. Per rus colentes, proprie intelligo illos, qui solent pro aliis illud colere, tanquam conductores; quæ actio, non minus quàm mercaturæ exercitium, Nobilibus interdictum. At vero, quicquid dicamus, non est aliud vitæ genus magis innocens, & lucrum magis naturæ conueniens, quàm agricultura; vnde à Philosophis prælata fuit omnibus professionibus aliis. In Francia autem è contrario eam adeo depressimus, & oppressam tenemus subsidiorum mole, atque tyrannide nobilium, vt admirari liceat, quomodo ea adhuc possit subsistere, & quod adhuc reperiantur, qui eam exerceant, quo nutriantur. Videmus tamen, maximam partem velle potius inseruire aliis, quam dominos & conductores agrorum esse. Ita autem moris est, vt hodie omnes agricolas, ac villaticos, quos paganos vocamus, habeamus pro personis vilibus: certe, nomen *vilain*, illiberalis, inciuilis, impurus &c. secundum Budæi opinionem, originem trahit à villa, & villicus, non à *ville*, id est, ciuitate, vt Bodino visum, nisi eo sensu, quo *ville* denotat villam, quæ est prima nominis significatio. Apud Romanos autem, potentiores cœperunt sibi subiicere villaticos, quos dicebant colonos, & glebæ addictos; nos vero in Francia eosi appellauimus gentes *de pote &c.*)

n) *Qui gaignent leur vie auec le trauail de leurs bras, que nous appellons partant gens de bras, ou mercenaires, comme les crocheteurs, aides à masson, chartiers, & autres gens de iournée, sont les plus-vils du menu peuple. Car il n'y a de plus-mauuaise vacation, que de n'auoir point de vacation*; Loyseau *d.ch.*8. *n.*54. (Qui labore manuario sibi parant victum, quos propterea vocamus homines brachiorum, vel mercenarios (quales sunt baiuli dossuarii, & subsidiariam operam ferentes muralis structuræ opificibus, plaustrales, ac alii, qui ex diurni operis mercede viuunt) sunt vilissimæ conditionis ex plebe. Non enim deterior est professio, quam nullius esse professionis.)

o) Loyseau *des ordres en l'auant propos n.*9.

p) Lui

p) *Les artisans, ou gens de mestier, sont ceux, qui exercent les arts mechaniques, ainsi appellés, à la distinction des arts liberaux: pource que les mechaniques estoient iadis exercés par les serfs, & esclaues. Et de faict, nous appellons communement mechanique, ce qui est vil & abiect. Neantmoins, pource qu'a ces arts mechaniques il gist beaucoup d'industrie, on y a fait des maistrises, ainsi que aux arts liberaux. Et l'ordonnance veut, qu'on soit trois ans apprentif, sous vn mesme maistre, sans changer, sur peine de recommencer l'apprentissage. Puis on deuient compagnon, qu'on appelloit anciennement Bachelier, c'est à dire, pretendant, & aspirant a la maistrise; & ayant esté encor trois ans compagnon à trauailler chés les maistres, on peut estre receu maistre, aprés auoir fait espreuue publique de sa suffisance, qu'on appelle chef d'œuure, & par iceluy esté troué capable.* (Sunt autem eo tempore prohibitæ comessationes, & conuiuia, quæ olim exhibere tenebantur noui isti magistri. Franciscus I. hæc aboleuit, constitutione sua anno M D XXXIX. in qua ita legitur: *Et pour passer les maistres des mestiers, ne facent aucunement disnées, banquets, ne conuis, ni autres despenses quelconques, encores qu'on les voulsist faire volontairement, sur peine de cent sols Parisis d'amende, à prendre sur chacun ayant assisté audict disner, & banquets.* Repurgatus autem iste abusus in approbatione artificii & magisterii (ex mente Tholosani, *de republ. lib.13. c.3. n.5.*) quia in eo maxime excedebant operam, & artifices solemnia conuiuia peragentes magistris artis, vnde eueniebant mala; primum, vt inopes admitti difficile possent, quamuis periti; & diuites imperiti facile in perniciem Reipub. in album redigerentur. Dehinc, quod inebriati magistri, inconsiderate ad magisterium reciperent.) *Chose tres-bien instituée, tant à fin, qu'aucun ne soit receu maistre, qui ne sçache fort bien son mestier; qu'à fin aussi, que les maistres ne manquent ny d'apprentifs, ny de compagnons, pour les aider à leurs ouurages. Toutesfois, ce bel ordre s'en va perdu, du moins aux petites villes, par le moyen des maistrises de lettres, qui sont dispenses, tant d'apprentissage, bachelerie, que du chef d'œuure, lesquelles le Roy baille à son aduenement à la couronne, la Royne aprés son mariage, Monsieur le Dauphin, & encor maintenant les autres enfans du Roy, masles, ou femelles, aprés leur naissance, ou la Royne pour eux; & finalement, le premier Prince du sang, aprés sa declaration. Ce qui est prouenu de ce, que comme les officiers domestiques de ces Princes sont priuilegiés, aussi les artisans qu'ils choisissoient iadis de chacun mestier, pour les seruir, estoient presumés dignes d'estre maistres. Et cela s'est augmenté de telle façon, qu'en fin on a toleré, que ces Princes donnent vne lettre de retenuë de chacun mestier, en chacune ville iurée; mais à present le Roy leur donne pouuoir d'en bailler deux, & quelquesfois trois. Et encor on faict naistre tant de nouueaux subiects, pour donner ces lettres, qu'il n'y a pas assés d'artisans pour les leuer dans les petites villes, en la pluspart des mestiers. De sorte, qu'à la fin tous les artisans deuiendront comme Offi-*

ciers du Roy, & des Princes, par le moyen de ces lettres, si ce desordre continuë. Or, combien que les artisans soyent proprement mechaniques, & reputés viles personnes, il y a toutesfois certains mestiers, qui sont mestier & marchandise tout ensemble, esquels, entant qu'ils sont mestiers, on est receu par les mesmes façons des simples mestiers : mais entant, qu'ils participent de la marchandise, ils sont honorables, & ceux, qui les exercent, ne sont point mis au nombre des viles personnes, ains, à digniori parte, *ils se peuuent qualifier honorables hommes, & bourgeois, ainsi que les autres marchands: comme les Apoticaires, Orfeures, Ioyailliers, Merciers, Grefsiers, Drappiers, Chaussetiers, & autres semblables. Au contraire, il y a des mestiers, qui gisent plus en la peine du corps, qu'au trafic de la marchandise, ny en la subtilité d'esprit, & ceux-là sont les plus vils, comme dit Ciceron aux offices*; Viliores sunt, quorum operæ, non artes emuntur. *C'est pourquoy les Romains distinguoient* artifices ab opificibus. (Opifices vel artifices sunt illi, qui exercent artes mechanicas, (ita dictas ad differentiam artium liberalium) quod olim faciebant serui, & mancipia. Solemus quoque nos mechanicum appellare, quod vile est, & abiectum. Cum autem ad artes mechanicas magna requiratur industria, in illis magistri titulus peritioribus tribui cœpit, vt factum in artibus liberalibus. Constitutio exigit, vt per triennium discipulus addiscat opificium, apud vnum eundemque artis magistrum, sine mutatione, sub pœna noui tyrocinii. Postea fit sodalis, qui antiquitus nominabatur Bachelarius, id est, qui ad magisterium adspirat: & cum per triennium tanquam sodalis sub magistris opificii laborauit, potest recipi in ordinem magistrorum; ita tamen, vt antea industriæ suæ publicum edat specimen, quod dicitur opus magistrale, illudque deprehendatur perfectum iuxta artem. (&c.) Egregia constitutio, ac ideo facta, vt non solum nemo in ordinem magistrorum recipiatur, nisi qui optime intelligit artem, sed ne etiam magistri careant discipulis, ac sodalibus, adiutoribus in labore. At hæc constitutio obseruari desinit, saltem in minoribus ciuitatibus, propter magisteria, quæ conferuntur diplomate, quod continet dispensationem annorum addiscendi artem, eamque exercendi, nec non operis magistralis, quales Rex dare solet, quando ad Regni gubernacula primum accedit, vel Regina, post initum coniugium, aut Delphinus, ac hodie etiam cæteri liberi Regis, masculi, & fœminæ, postquam in lucem editi fuerunt, aut nomine eorum Regina mater; vel denique primus sanguinis Princeps, postquam talis declaratione Regis dictus fuit. Quod inde originem traxit, cum officiarii domestici illorum Principum essent priuilegiati, artifices quoque, quos olim sibi eligebant, in qualibet arte mechanica, ad labores suos, præsumebantur digni magisterio. Atqui hoc postea ita excreuit, vt tandem licuerit illis Principibus concedere eiusmodi diploma in vnaquaque arte, quæ exercetur in ciuitatibus iuratis. Hodie autem Rex illis permittit potestatem

statem concedendi duo, ac quandoque tria. (totidemque occasiones arripiuntur concedendi talia diplomata, vt in minoribus ciuitatibus, fere in singulis artibus mechanicis, non sint qui ea petere, aut obtinere velint) cuius facilitatis effectus tandem, nisi aliud constituatur, esse poterit, vt omnes artifices fiant quasi officiarii Regis, & Principum, horum diplomatum respectu. Porro, licet illi artifices proprie sint mechanici, ac habeantur pro personis vilibus, attamen nonnulla dantur artificia, quæ simul mercaturam comprehendunt; in quibus, quatenus sunt artificia, modus recipiendi similis est cæteris; quatenus vero mercaturam sapiunt, sunt honorabilia, ac, qui illa exercent, non accensentur vilibus personis, sed, à digniori parte, possunt dici personæ honorabiles, ac ciues, ad exemplum reliquorum mercatorum; tales sunt pharmacopolæ, aurifabri, gemmati operis artifices, minutæ mercis propolæ, solidæ mercis venditores, panni textores, tibialium sartores, & propolæ, aliique similes. E contrario vero dantur artificia, quæ potius labore corporis, quam ingenii industria, expediuntur, & citra mercaturam, atque illa sunt omnium vilissima; Ciceronis iudicio, viliores sunt, quorum operæ, non artes emuntur. Hinc Romani distinguebant artifices ab opificibus.) Loyseau *d. chap. 8. n. 50. 51. 52. & 53.* De collegiis artificum notari debent, quæ docet idem Loyseau *du droict des offices liu. 5. ch. 7. n. 77. & 78. En France il n'y auoit anciennement, que certaines bonnes villes, où il y eust certains mestiers iurés, c'est à dire, ayans droict de corps & communauté, en laquelle on entroit par serment : lesquelles villes, à ceste occasion, estoient appellées villes iurées. Mais par Edict du Roy, de l'an M D LXXXI. confirmé & renouuellé de l'an M D XCVII. toutes les villes de France sont à present iurées: mesme il est porté par ces Edicts, que les maistres de mestier, non seulement des villes, ains aussi du plat païs, doiuent estre iurés, & receus en iustice, & aussi ont droict de corps & communauté. En consequence dequoy, ces corps de mestiers ont leurs officiers particuliers, qui sont particulierement appellés Iurés, visiteurs, & gardes des mestiers, appellés au droit,* primates professionum, *in l. vn. C. de monopol.* Professio quippe *signifie particulierement la maistrise des mestiers. Et ces Iurés sont esleus tous les ans, ou tous les deux, ou trois ans, en assemblée de tous les Maistres du Mestier, par deuant le Iuge ordinaire du lieu, auquel la police appartient, & lequel, à l'instant reçoit leur serment. Ces Iurés, visiteurs, & gardes des mestiers, n'ont aucun salaire pour leurs visitations, si non quelque partie des amendes, & des confiscations, adiugées sur leur rapport. Mais aussi, ils ne peuuent estre condamnés és despens en leurs noms, és procés qui interuiennent de leurs rapports, si non en cas qu'ils y maluersent ou excedent; ou bien que d'eux-mesmes, sans l'aduis de la communauté, ils entrent en contestation sur quelque reglement d'importance, dont*

par

par apres ils soient desaduoüés. (In Francia olim tantum erant nonnullæ ciuitates maiores, in quibus extabant certa artificia iurata, hoc est, quæ habebant ius collegii & corporis, ad quæ iuramento præstito admittebantur artifices; cuius rei causa ciuitates illæ dicebantur iuratæ. Edicto autem Regis, anno M D XXCI. confirmato, ac renouato anno M D XCVII. omnes ciuitates Franciæ factæ sunt iuratæ. Imo iisdem in edictis legitur, magistros artium mechanicarum, non modo qui ciuitates inhabitabant, verum etiam qui ruri degunt, debere esse iuratos, ac receptos in iudicio, atque sic habere ius corporis & collegii. Huic consequens est, quod hæc artificum collegia habeant proprios suos & peculiares officiarios, qui appellantur iurati, visitatores, ac custodes artificii, ac Romanis primates professionum, *in l. vn. C. de monopol.* Professio enim specialiter significat magisterium artificii. Iurati illi eliguntur quotannis, vel biennio, aut triennio, in conuentu omnium magistrorum illius artis, coram iudice ordinario loci, ad quem politiæ ius pertinet, qui statim ab illis exigit iuramentum. Non autem habent iurati illi, visitatores, & custodes, vllum salarium, pro opera sua, nisi partem aliquam mulctarum, & confiscationum, adiudicatarum ad illorum relationem. Non etiam possunt condemnari in expensas, nomine proprio in processibus institutis ad illorum relationes, nisi eo casu, quo ipsi sunt in culpa, aut, quando sine placito collegii, litem mouent de regula magni momenti.)

CAPVT II.

De literatis, & literarum scholis, ac Vniuersitatibus, seu Academiis.

MAgna literarum, vel studiorum vtilitas (*a*) est, & dignitas tanta, vt armis à multis præferantur (*b*). Cum autem doctus nemo nascatur, ductore ac doctore, quem Præceptorem communiter nominamus, opus illi est, qui doctrinam & eruditionem sibi acquirere debet. Inter Præceptores vero, præsertim primis in annis, viui præstant mortuis (*c*), suntque, vel priuati, vel publici. Illorum electio (*d*) à parentum, vel qui parentum loco (*e*) sunt; horum, à magistratus cura dependet: hic enim scholarum publicarum autor & patronus. Cæterum, publicæ istæ scholæ diuersos gradus habent: de inferioribus, & triuialibus verba facere extra propositi mei limites est,

vt &

vt & de collegiis religiosorum, & Iesuitarum (*f*), in Regno Franciæ approbatis: agere autem de illis constitui, quæ supremi gradus sunt, & vocantur Studia generalia (*g*), Vniuersitates (*h*), Academiæ (*i*), quod nomen tamen licentiose à Gallis applicatur etiam exercitiorum, corporis & animi, collegiis (*k*); & perquam indigne illis locis, vbi aleatores gregatim conueniunt, ludisque indulgent (*l*). Potuissem equidem, de Vniuersitatibus literariis, supra, vbi de Statu ecclesiastico sermo fuit, agere, cum nonnullæ ex illis habeantur, pro corporibus Ecclesiasticis (*m*), & vix sint, in quibus non aliqui Professores, ac Studiosi, qui in ordinem Ecclesiasticum recepti, reperiantur; imo, olim literati, Clerici nominati fuerint (*n*). Verum cum non solum maior sit earum Vniuersitatum numerus, quæ pro corporibus laicis habentur, & vbi seculares scientias tradunt seculares secularibus, quam Ecclesiasticarum, & vbi Theologiam Ecclesiastici Clericos docent; sed etiam studiosi, qua studiosi, reuera clerici non sint, nec ordini Ecclesiastico adscripti, visum mihi fuit, hoc in libro, vbi *de tertio ordine* agitur, de iisdem differere, ea distinctione, vt si quæ corpora, vel personæ ex iisdem, ecclesiastica, aut ecclesiasticæ, ad suum ordinem referri debeant, non minus ac personæ illæ, quæ nobiles, & literas vel docent, vel exercent, vel discunt, ad suum quoque ordinem. Causa efficiens Vniuersitatis in Francia Rex est (*o*), non alius: licet, quod priuilegia attinet, haud raro Pontificis Romani accedat beneuolentia. Iste ergo, vtilitatis publicæ ductu (*p*), Vniuersitatem literariam, loco commodo (*q*), quem ad hoc elegit (*r*), instituere potest, simulque constituere, quas ibi tradi & doceri velit scientias (*s*), addere salaria docentibus, ac priuilegia, tam his, quam studiosis, & eorum adiuuis. Atque hæc quidem potestas Regis est; sed cum vel iam satis Regno Galliæ, hac in parte, prospectum, vel plus quam satis, vt Ecclesiastico ordini (*t*), Vniuersitatibus ipsis (*u*), aliisque (*x*) visum; multi Reges, potius, olim à maioribus suis institutas Vniuersitates, conseruare, exornare, ac amplificare (*y*) voluerunt, quam nouas anti-

antiquis addere. Vt vero bella ciuilia, non leui damno vnam, vel alteram affecerunt (z), ita nostro tempore, eo ventum, vt nisi laborantibus remedio subueniatur (*aa*), desolatio, & ruina illis certo immineat. Personas Academicas quod attinet, distribui commode posse videntur, in primarias, & accessorias. Primariæ sunt quatuor classium: in prima sunt qui regunt; in secunda, qui protegunt; in tertia, qui docent; in quarta, qui discunt: sunt etiam inter hos nonnulli, qui duplicem ob respectum, duplici in classe locantur.

Testes & Testimonia.

a) *Il n'y a rien, qui nous releue d' auantage au dessus des bestes, que la cognoissance des lettres, & des sciences; d'autant que c'est elle, qui polie nos mœurs, qui nous retire de la barbarie, qui esclaire nostre entendement, pour recognoistre la verité d'auec le mensonge, & qui nous instruit à parler pertinemment sur toutes sortes de suiets. C'est pourquoy Cassiodore, au liu. 3. de ses diuersités, considerant les excellens effects, qu' elle produit dans nos ames, luy donne cet eloge*: Gloriosa est scientia literarum, quia, quod primum est in homine, mores purgat; quod secundum, sensum, & verborum gratiam subministrat; ita vtroque beneficio ornat, & loquentes, & tacentes: Bret *de la souuerain. du Roy, liu. 4. chap. 12. pag. 647.*

b) *L'vsage des armes est temporel, sa violence empesche sa durée, il finit deslors, quand les sens esmeus obeïssent à la raison: Mais l'vsage des lettres est eternel; il ne finit pas par la fin des hommes; il ne s'enueloppe pas dans leurs mutations; il ne s'enterre pas sous leurs ruines. Aussi, ce que la force, & la valeur de Mars s'est acquis de plus-remarquable, & de plus-signalé, s'en va, comme la fleur des champs, & s'esuanoüit auec les yeux, qui, en le regardant, s'affoiblissent de vieillesse, & defaillent, faute d'humeur; les longs iours le deuorent, & le consument, l'ingratitude, ou l'oubliance des hommes, l'anneantit: Mais la gloire des lettres reuient, quand toutes ces choses sont passées: elle ne passe pas, quand les autres viennent; elle est permanente, elle est immortelle, par les perpetuels monumens, qu'elle-mesme imprime à la memoire, & consacre à l'eternité*: Rulman *en ses plaidoyés, pag. 280.* (Vsus armorum temporarius est, violentia eius durationem impedit; finitur tunc, quando sensus commoti obediunt rationi: Vsus autem literarum æternus est, seculis non moritur, armis non interrumpitur, vita hominum non terminatur, eorum mutationibus non inuoluitur, neque contegitur illorum ruinis. Quod robur bellicum, & Martia virtus inter notabiliora sibi acquisiuit, dispereit vt flores campi, & vna cum oculorum

lorum radiis extinguitur, qui, id intuentes, senectute franguntur, & deficiunt inopia humoris. Series longa annorum hoc deuorat, & consumit; ingratitudo, vel hominum obliuio, idem annihilat. Literarum autem gloria reuertitur, & exurgit, vbi hæc omnia perierunt, non interit quando illa oriuntur, stabilis est, immortalisque, perpetuis monumentis, quæ ipsamet memoriæ imprimit, & æternitati consecrat.)

c) Hippolytus *singul.* 459. Caccialup. *de modo stud. doc.* 6.

d) Tholosanus *de republ. lib.* 18. *cap.* 2. *n.* 13. Keckerman. *in system. polit. lib.* 1. *c.* 2. *pag.* 65. *& cap.* 9. *pag.* 194.

e) *L. cum plures* 12. §. *cum tutor* 3. *ff. de admin. & peric. tutor. l. qui filium* 4. *ff. vbi pupill. educari. l.* 2. *C. de aliment. pupillo præst.*

f) Iesuitæ multa habent collegia in Francia, vbi iuuentutem erudiunt. Sunt autem illa ab Vniuersitatibus separata, licet in eadem ciuitate, vbi Vniuersitas literaria est, fundata sint; vt Lutetiæ: Pasquier *liu.* 3. *des recherches de la France, chap.* 32. *in pr.* Aureliæ. &c.

g) Tholosanus *d. lib.* 18. *cap.* 1. *n.* 7. vbi addit: Potest dici studium generale, & vniuersitas, ratione eadem, quod studia, quæ ibi tractantur, vniuersis proposita sint, & sint publica, & gratis, volentibus discere, proponantur ab institutis præceptoribus, sintque priuilegia vniuersis studentibus concessa. Neque ideo minus studia generalia dicentur, aut Vniuersitates, quod non omnes scientiæ ibi, sed certæ tantum tractentur, & doceantur: nam generalitas ad vniuersitatem non pertinet scientiarum, sed ad publicam causam docendi.

h) Nomen vniuersitatis hisce studiis conuenire, nonnulli putant, cum vniuersis ad hæc pateat aditus tanquam ad priuilegiatas quasdam nundinas: Middendorp. *de academ. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 2. Alii, quod vniuersa artium liberalium genera complectantur, & studium vniuersi: Perionius, *lib.* 1. *Græcor. & Romanor. Magistr. in f. pag. m.* 318. *in additam. tr.* Zamoiscii, *de Senat. Rom.* Christophor. Mariani *in encæn. Iulianis, pag.* 124. Hinc, in quo studio publico non vniuersa artium liberalium genera traduntur, Academiam nominandam putant, non Vniuersitatem. Ego contra vtrosque disserui, *lib.* 8. *de iure publ. Imp. Romanogerm. c.* 1. *n.* 11. *& seqq.* & adhuc mihi persuasum habeo, Vniuersitatem dici eo sensu, quo aliæ hominum, in ciuili societate viuentium, communitates; à quibus collegium differt, eodem modo, quo pars à toto: Wesembec. *in paratit. ff. ad t. quod cuiusque vniuersitatis nomine, n.* 2. Sic nempe studium hoc vniuersitas est, sub qua collegia distincta, vt vniuersitatis partes, continentur. *L'Vniuersité est ainsi appellée, pource qu'elle est composée de plusieurs corps, & colleges diuers*: Loyseau, *des offices, liu.* 5. *chap.* 7. *n.* 75.

i) Vocabuli originem, nonnulli ab Academo (Laërtius, *lib.* 3. *de vita*

philosoph. in Platon. p. m. 190.) seu, vt alii legunt, ab Echedemo, vel Ecademo, heroë quodam, deducunt; qui, in loco suburbano, nemoroso, prope Athenas scholam instituerat, & ex priuata possessione publicam fecerat, studiorum causa; quam celebrem docendo reddidit Plato. Nonnulli vocabuli primordium à Kadmo, Agenoris filio, repetunt: Fr. Iunius, *de Academ. cap.* 1. *pag.* 1. Alii compositum docent, ab ἄκος, & δῆμος; quorum illud *remedium*, hoc, *populum* significat; quod Academia sit remedium populi, vel medela publica, nebulam ignorantiæ discutiens, & dissipans tenebras inscitiæ: Matth. Steph. *lib.* 3. *de iurisdict. part.* 2. *de Academ. c.* 1. *n.* 14.

k) Credo, Pluuinellum primum fuisse, qui in Gallia Academiam exercitiorum instituerit; cuius vestigiis alii insistentes postea, & hactenus, istum morem continuarunt, potissimum Lutetiæ, alibi parcius. *Toute la France* (inquit Alexandre de Pont-Aymery, *en l'Academie, ou institution de la Noblesse Françoise, pag.* 2.) *est infiniment obligée au Sieur de Pluuinel, qui ne s'est pas contenté, de se rendre tellement admirable en soy-mesme, que ses perfections, ne se peuuent, ny imiter, ny comprendre, à fin que ie ne die acquerir: mais, par vne incroyable charité s'est deuotieusement offert à la Noblesse, pour luy seruir d'eschelle, & de marchepied aux choses les plus esleuées, & plus glorieuses, que la vertu puisse assigner à ceux, qui la recherchent. Il nous derobe l'occasion de courir en Italie, où nous allons achepter, auec vne despence incroyable, la seule ombre de la ciuilité, & nous en rapportons la masse entiere du vice. Nous pouuons maintenant oublier ce chemin, & prendre les erres de l'Academie du Sieur de Pluuinel, qui nous fait voir en gros, tous les exercices, que l'Italie monstre en detail, ayant basti vn Parnasse aux Muses, & dressé vn temple à la vertu: Car à la verité dire, il n'instruit pas seulement le Gentilhomme en la profession du manage, mais en la prattique des bonnes mœurs, sans lesquelles toutes sciences ne sont que vanité. Aussi, qui void ses Escoliers, il void le maintien des anges, & les viues images des celestes perfections. O heureuse Noblesse! pour qui le ciel a fait naistre vn tant sortable gouuerneur. S'est-on exercé au maniage, vous aués le voltigement, l'escrime, & la danse, le tout sous des personnages, que ledit Sieur à sçeu heureusement choisir, & qui sont, hors de controuerse, les premiers en leur art. Vous y auez encore les Mathematiques, la peinture, & le lut, sous les plus-excellens maistres, que l'on puisse desirer; en sorte, que i'estime n'y auoir maison en Europe, tant accomplie, ou famille mieux ordonnée.* (Tota Francia maximas gratias debet Domino Pluuinello, qui non contentus perfectione sua, quam nec imitari, nec comprehendere possumus, ne dicam acquirere; incredibili beneuolentia se deuote obtulit Nobilitati, vt illi seruiret pro scala, vel gradibus, perueniendi ad res maxime sublimes, & laudabiles, quas virtus sectatoribus suis conferre potest. Præscindit nobis causas adeundi Italiam, in qua, magno pretio, nobis comparamus solam vmbram ciuilitatis, ac do-

dum

mum reuertimur omnibus vitiis inquinati. Possumus hodie intermittere hoc iter, ac nos conferre ad Academiam Domini Pluuinelli, qui nobis coniunctim exhibet omnia exercitia, quæ Italia particulatim, postquam Parnassum extruxit Musis, atque templum virtuti. Etenim, vt dicamus, quod res est, non solum docet Nobilem, disciplinam equestris muneris; verum etiam praxin bonorum morum, sine quibus scientiæ perquam vanæ sunt. Hinc, in ipsius discipulis deprehendere licet, vniuersi corporis habitum angelicum, & intueri viuas imagines cœlestis perfectionis. Beatam nobilitatem nostram, cui cœlum talem dedit informatorem! Vbi equestre exercitium peractum, monstrantur expediti saltus in ephippium dorsumq; equi lignei, fit vmbratilis gladiatura, sequuntur saltatorii motus, atque his omnibus instruitur iuuentus ab illis, quos Pluuinellus iudiciose elegit. Præterea, ibi docentur disciplinæ mathematicæ, pictura, atque cantus citharæ, ab experientissimis, in qualibet arte, adeo, vt credam, nullam domum, aut familiam, in tota Europa, hanc, ordine concinno, ac disciplina, superare.)

l) *Le beau nom d'Academie, est demeuré au lieu, où se faict le reduit de ceux, qui sont des osselets arbitres de leur fortune:* Antoine de Mont-Chrestien, *en l'œconomie politique, tit. du commerce, pag. 45.* Vide supra *lib. 1. cap. 3 lit. iii.*

m) Quædam Vniuersitas, seu schola, est tantum secularis; quædam tantum ecclesiastica: nempe ecclesiastica, si plures sint ibi clerici, quam seculares seu laici, aut si pares numero: quia magis dignum trahit ad se minus dignum; vt contra secularis, in qua plures sunt laici: Tholosanus *d. lib. 18. de Republ. cap. 5. n. 5.*

n) *Iadis les Escoles estoient és cloistres des Eglises, & monasteres; dont est procedé, que ceux, qui faisoient profession des lettres, estoient appellés clercs, & la cognoissance d'icelles nommée Clergie:* Charondas *ad Cod. Henrici III. lib. 1. tit. 2. lege 1. de l'instruction de la ieunesse. Le mot de clerc,* (vt docet Estienne Pasquier, *liu. 2. des recherch. de la France, chap. 5. fol. 48. a.*) *à nos anciens signifioit, tantost l'Ecclesiastic, tantost se donnoit à celuy, que l'on estimoit sçauant; tantost à celuy, que nous appellons auiourd'huy secretaire.* Ac nec hodie quidem vox, *clericus*, sine æquiuocatione est. Significat enim *l'Ecclesiastique, puis l'homme de lettres, & finalement celuy, qui escrit sous autruy*: Loyseau *du droict des offices, liu. 2. chap. 5. n. 58.*

o) De quo dixi supra, *lib. 2. cap. 7. lit. ccc.* & videri potest Tholosanus *de Republ. d. lib. 18. cap. 5. n. 1.*

p) Literariæ vniuersitates sunt (*semences, iettées sur le terroir public, dont les Roys recueillent les premiers fruicts, qui rendent leurs Regnes abondans en prosperité. Sont de riches carquans, tissus des perles precieuses, dont leur diademe est orné. S'ont des bazes fortes, & asseurées, qui rendent inesbranlable*

 l'edifi-

l'edifice de leur domination, & inuiolable la souueraineté de leur sceptre: Ruliman *en ses plaidoyés, pag.* 278.) semina commissa agro publico, vnde Reges primitias frugum colligunt, regna ipsorum abundantia prosperitatis beant. Sunt torques, diuitiis graues, & vnionibus pretiosissimis contexti, quibus diadema ipsorum exornatur. Sunt fundamenta firma, quæ domum regiminis ipsorum stabilem, & immotam præstant, simulque maiestatem sceptri inuiolabilem. Vide me *d. lib.* 8. *de iure publ. cap.* 1. *n.* 72. *& seqq.*

q) Quia Vniuersitates literariæ ad vtilitatem publicam introductæ sunt, ad commode erudiendos omnes, qui velint hoc beneficio vti, & sead iuuandam causam publicam accingere: Idcirco generaliter locus talis eligendus erit, ad quem conuenire vndique possint studiosi, & vbi facile commorari, & exerceri possint, vbi fructuum copia, vel commerciorum sit facilitas, & aëris, ac alimentorum salubritas, & hominum commoditas: Etsi omnia concurrere non possint, talis certe eligi poterit, qui maiori commoditate fruatur: Tholosanus *d lib.* 18. *de Republ. cap.* 6. *n.* 1. Adde Pasquier, *liu.* 3. *des recherch. de la France, chap.* 21. *fol.* 149. *lit. e.*

r) Quia loco, vbi Vniuersitas literaria instituitur, accedit dignitas, & vtilitas, & immunitas Professorum, electio eius ad Principem pertinet locorum, quibus velit hoc beneficium concedere, & in quibus sibi melius videatur studia coli: Tholosan. *d. c.* 6. *n.* 3. si tamen accidat, pestem in loco studii grassari, tunc possunt Scholastici & Professores, in quandam vicinam ciuitatem, aut oppidum, secedere, illosque tunc comitari priuilegia similia, quæ sunt data studio generali in loco electo, tradit Tholosanus *d. c.* 6. *n.* 10. Ego non solum temporariam hanc translationem fieri posse arbitror, vbi morbi contagiosi nimium grassari incipiunt, sed generaliter, quando securitas, vel vtilitas Vniuersitatis literariæ translationem fieri suadet. Fieri tamen eandem deberi iudico, approbatione Regis interueniente, vbi periculum in mora non est, ante discessum, vel, vbi periculum præsens celeritatem requirit, post discessum. Nisi enim Regis approbatio interueniat, vix credo, ciuitatem, in quam transfertur studium generale, suscepturam eius membra, alia cum conditione, quam ne priuilegiis suis ibi vtantur. Sic, cum Musarum alumni, in ipsis nouæ Academiæ Aurelianensis incunabulis, male habiti fuissent, & anno MCCCXVI. Niuernium se conferrent, aliter haud admissi sunt, quam ea lege, ne priuilegiario suo iure vterentur: Choppin. *de doman. Franciæ lib.* 3. *tit.* 27. *n.* 23. Fortassis, autoritate Regis id postea rescissum, aut saltem hoc certum, corpus illud Academicum in protectione Regis permansisse. Id enim sequens relatio, quam huc ex Coquille, *en l'histoire du païs, & Duché de Niuernois, pag.* 373. transferre volui, expresse testatur. Ait ille: *Sont enuiron deux cens cinquante ans, que la ville d'Orleans fut interdite, par le Pape Iean XXII. & priuée de l'Vniuersité, à cause d'vne sedition,*

meuë

meuë par les citoyens contre les Escoliers, en laquelle vn parent dudit Pape auoit esté tué. Les habitans de Neuers recueillirent ladite Vniuersité, & les supposts d'icelle, qui pour quelque temps y demeurerent: mais, comme le peuple de Neuers est assés mal-endurant, & qu'entre les Escoliers souuent se trouuent plusieurs mal-complexionnés, ils n'arresterent gueres à auoir debat; & à certain iour, plusieurs particuliers citoyens de Neuers prindrent la chaize du Docteur, en cholere, la porterent sur le pont, & la ietterent en Loire, disans ces mots; Que de par le Diable elle retournast à Orleans, dont elle estoit venuë. Pour lequel scandale, ces particuliers seditieux furent condamnés en grosses amendes enuers le Roy, à cause de l'infraction de la sauuegarde du Roy, en laquelle estoit l'Vniuersité, & ne fut pas le corps de la ville condamné, pource que la communauté n'y auoit pas adheré. (Ante ducentos quinquaginta circiter annos, ciuitas Aurelianensis à Pontifice Iohanne XXII. interdicto notata, & Vniuersitate priuata fuit propter seditionem, à ciuibus motam in studiosos, qua cognatus quidam Pontificis interierat. Ciues Niuernenses tunc susceperunt Vniuersitatem, & eius membra, quæ ibi per aliquot tempus substiterunt. Verum, vt populus Niuernensis impatiens est, & inter studiosos inueniuntur multi male morati, ita non diu inter illos amica fuit familiaritas; Vnde, certa quadam die plures ex ciuibus ira perciti, sustulerunt cathedram Professoris, eamque de ponte deiecerunt in fluuium Ligerim, addita voce; vt in nomine diaboli rediret Aureliam, vnde venisset. Propter hoc scandalum seditiosi isti ciues magna pecuniæ vi mulctati sunt à Rege, quod securitatem, quam ipse Vniuersitati dederat, violassent. Tota tamen ciuitas pœnæ subiecta non fuit, quoniam delicti, non nisi particulares aliquot, autores & complices fuerant. Hac occasione Aurelianenses receperunt Vniuersitatem suam.)

s) Sunt arbitraria Principibus vt loca, in quibus velint scholas priuilegiatas constitui, ita &, quas ibi velint tradi scientias, siue omnes siue certas. Quamuis enim omnes habeant commune vinculum, & constituant encyclopædiam, non tamen sequitur, debere in vno, eodemque loco, simul tractari, vel doceri: possunt enim in diuersis disci & doceri, neque ideo minus vniuersitas priuilegiata in Gallia, aut alibi dicetur, si modo priuilegia concessa sint, quanquam ibi omnes artes, vel omnia studia, non tradantur. Sunt enim Scholastici & Doctores, qui faciunt Vniuersitatem, & non diuersitas scientiarum: Tholosan. *d.l.b.18 c.6.n.9.*

t) *Les Empereurs, & Roys de France, fondans les Vniuersités, ont sagement obserué deux choses: L'vne, qu'il n'y a plus-grand ornement en vn Estat, que celuy des bonnes lettres: l'autre, que ce riche ornement, s'il passe indifferemment par toutes mains, non seulement s'abastardit, mais aussi surcharge, en peu de temps, l'Estat de trop de gens de lettres, affoiblit la milice, destruit le commerce & les arts, despeuple l'agriculture, remplit les palais d'ignorance, charge les*

les Princes, & leurs Estats, d'inuentions pernicieuses, diminuë les tailles; oppresse l'Eglise de Simonie, l'Estat d'officiers supernumeraires, les Finances des gages, pensions, & dons: bref, peruertit tout bon ordre. Ita sentiunt deputati conuentus Ecclesiastici, apud le Mercure François, *tom.3. pag.143.* (Imperatores, & Reges Galliæ, constituentes Vniuersitates literarias, prudenter duo obseruarunt; Vnum, maximum ornamentum Reipublicæ esse bonas literas: Alterum, quod si hoc ornamentum indifferenter omnium manibus expositum sit, non solum degeneret, verum etiam breui tempore Rempublicam aggrauet nimio numero literatorum, eneruet militiam, destruat mercaturam, artesque mechanicas, imminuat agriculturam, repleat Curias ignorantia, oneret Principes, & eorum ditiones perniciosis inuentionibus, extenuet vectigalia, opprimat Ecclesiam Simonia, & Statum politicum officiariis supernumerariis, exhauriat ærarium stipendiis, pensionibus atque donis: breuibus; peruertat omnem bonum ordinem.)

u) *La trop grande frequence des colleges, occasionne de quitter le commerce, l'exercice de l'agriculture, & autres necessaires à la vie, & societé politique, pour se precipiter aux escoles, sous l'esperance, que chacun a d'accroistre, & augmenter sa condition, en portant vne robbe plus-longue que de l'ordinaire.* Ita Vniuersitates Galliæ ad Regem, *apud le Mercure François tom.10.pag.432.* (Nimia vbertas collegiorum causa est, vt mercatura, agricultura, & aliæ artes necessariæ ad vitam, & societatem politicam, pro derelictis habeantur, dum quisque scholis se addicit spe augendi conditionem suam, gestando togam longiorem, quam cæteri ciues ex plebe.)

x) *Il est vray, qu'il importeroit infiniment aux Estats, qui sont obligés de entretenir de grandes armées, & qui sont ialoux de la reputation du commerce, sans lequel ils deuiennent pauures, & le reuenu du Prince deperit, qu'il n'y eust point vn si grand nombre de gens d'estude, comme on void en France. Cette dereglée quantité d'hommes, qui se iettent dans l'Eglise, ou dans l'exercice de la iustice, est cause, qu'elle ne peut plus mettre sur pied ces formidables armées, qu'elle faisoit autrefois, & que plusieurs, qui deuiendroient bons marchands, & feroient fleurir leurs familles, s'ils estoient nourris au commerce, les ruinent, ou incommodent, pour deuenir mauuais Docteurs, & membres, ou dangereux, ou inutiles, de la Iustice.* (Certe vtilitas Statuum & Rerumpublicarum, quibus necesse est habere in promptu magnum exercitum, aut quæ amant commercia, sine quibus paupertate laborant, ac reditus Principis maxime decrescunt, requireret, vt minor esset numerus eorum, qui studiis literarum addicti sunt, quam tam copiosus, vt in Francia. Permagnus ille Clericorum numerus, ac eorum, qui iudiciariæ rei inseruiunt, causa est, cur Francia non amplius possit tam formidabiles hosti opponere exercitus, vt olim potuit, quodque multi, vbi mercaturæ se darent, familias suas augerent bonis, quas ad inopiam

piam redigunt, hac sola ex causa, vt Doctores fiant, & institiæ membra damnosa, aut inutilia: Silhon, *en son ministre d'Estat, part. 1. liu. 1. disc. 13. pag. 168.* Hinc rem ad primordia, & vnicam Vniuersitatem Lutetianam, reuocandam esse putat Nicolas Pasquier, *liu. 8. de ses lettres pag. 796* vbi ita fatur: *Quant à ce, qui est de l'instruction de la ieunesse aux lettres, il seroit besoing, qu'il n'y eust qu'vne Vniuersité en France, comme nous auons veu de nostre temps, qu'il n'y auoit que Paris, où abordoient de tous les costés de la France, & des quatre coings du monde, trente ou quarante mille Escoliers. De ce grand nombre de colleges, espādus par tout ce Royaume, ne sort qu'vne formiliere d'apprentifs presomptueux, qui affoiblissent le commerce de la marchandise, la culture & mesnagerie des champs, les mestiers, & mesme les forces du Royaume.* (Quod ad erudiendam iuuentutem in litteris attinet, necessarium esset vnam tantam Vniuersitatem in tota Gallia extare, prout nostra ætate vidimus, non fuisse aliam, præter Lutetianam, ad quam confluebant, ex omnibus Galliæ partibus, & quatuor plagis mundi, triginta aut quadraginta Studiosorum millia. Ex tanta collegiorum copia, quæ totum Regnum occupat, prodit exercitus tyronum arrogantium, qui deliquio afficiunt commercium mercaturæ, agriculturam, artes mechanicas, imo & ipsum militare Regni robur.) De eadem re ita paratragœdiat Autor *de l'Aduis, donné a Messieurs de l'Assemblee, en l'an M DC XVIII. pag. 7. Donnés aduis au Roy,* (ait ille) *qu'il supprime toutes ces Vniuersités, excepté quatre, les plus fameuses: (L'Empire d'Orient n'en auoit que deux, Alexandrie & Beryte) & faites, que le reuenu de tous les colleges, qu'on ostera par ce moyen, soit affecté desormais à des Academies, où la Noblesse dans les prouinces sera esleuée, & nourrie aux exercices, aux despenses du public. Ainsi vous remettrés les arts mechaniques, qui sont tout à faict perdus, le commerce, qui est abastardy, & deserterés les cohues, & les Palais, où les gens de peu, nais dans la bouë, & la fange, font la presse. Le vieux prouerbe dit, que la science enfle le courage, & par consequence diminuë l'obeïssance. Le Turc est absolu sur ses subiects, parce que le plus-habile d'entre eux ne sçait pas lire. Ils sont tous, ou soldats, ou marchands, ou artisans, ou laboureurs. Ie veux croire, que l'intention de ceux, qui nous ont amené ce nombre effrené de colleges, estoit bonne, mais l'experience nous a faict voir, que les effects en sont tres pernicieux. Premierement, ils ont faict quantité de lettrés, peu de sçauans; & puis, la facilité a faict, que les moindres artisans, & les plus pauures laboureurs, ont enuoyé leurs enfans à ces escoles, où on monstre gratuitement; ce qui a tout ruiné. Quiconque a mis le nés dans les liures, dés l'heure s'est rendu incapable de toute autre vacation. Si dans vn bourg quelqu'vn a appris à escrire trois mots de latin, soudain il ne paye plus la taille; il est Procureur, Syndic, ou tabellion, ou Sergent; & par ce moyen ruine ses voisins, & chasse ses coheritiers. Les sciences ne sont bonnes que pour les grands esprits; si elles en polissent quelques vns, elles en affoiblissent mille autres. Ceux*

qui courent les ruës, parlent ordinairement latin. I'estime, & honore les lettres, autant que personne du monde, pourueu qu'elles soient à vn degré tres-excellent: la mediocrité est vicieuse; & pour paruenir à ce haut point de perfection, il faut necessairement assembler en certains lieux ceux, qui se voüent à cette profession, à fin que l'ancienne discipline soit vniformement obseruee, & nommement le temps d'estude, porté par les constitutions. La conference, & l'emulation, perfectionnent les esprits. Voila pourquoy ie souhaitte, qu'il n'y ait que quatre Vniuersités en France. (Date consilium Regi, vt omnes supprimat Vniuersitates, exceptis tantum quatuor principalioribus, (in Imperio Orientali reperiebantur duntaxat duæ, Alexandrina, & Berytensis) ac reditus omnium collegiorum, ita confiscatos, conferat imposterum Academiis, in quibus Nobiles in prouinciis addiscant exercitia, & alantur publicis impensis. Sic florebunt artes mechanicæ, quæ iacent incultæ, mercatura obtinebit splendorem, quem amisit, ac Iudicia, & Curiæ non amplius abundabunt tanta copia personarum vilium, ac infimo loco natarum. Vetus est prouerbium, *scientia inflat*, ac consequenter diminuit obedientiam. Turcarum Imperator monarchice suis imperat, quia præcipui subditorum literas nesciunt; omnes sunt vel milites, vel mercatores, aut artifices, aut agricolæ. Credam, bona intentione ingentem collegiorum numerum institutum fuisse; experientia autem nos docuit, illum rempublicam maximo affecisse damno. Primum, multos nobis exhibuerunt literatos, paucos eruditos: deinde, incitarunt inferioris quoque ordinis artifices, ac pauperrimos operarios, vt liberos suos mitterent ad scholas illas, vbi gratis docebantur literæ, quod omnia perdidit. Quicunque cœpit se dare lecturæ librorum, ab illa statim hora factus est inhabilis ad alias professiones. Si quis in oppido sciat vel tria tantum verba latina exarare, statim se liberat à collatione subsidiorum, quoniam fit procurator, syndicus, tabellio, aut apparitor; & hac ratione vicinos subiicit ruinæ, ac coheredes suos redigit ad incitas. Scientiæ solum bonæ sunt pro ingeniis excellentioribus: si nonnullos expoliunt, mille alios debilitant. Qui currunt per ciuitatem, ordinarie loquuntur latine. Honoro, ac magnifacio scientiam literarum vt quisquam, modo sit in gradu excellentissimo, mediocritatem vitiosam iudico. Quo ad istum perfectionis gradum perueniamus, necessario in certo loco congregari debent illi, qui huic professioni se addicunt, vt antiqua disciplina vniformiter obseruetur, ac præcise quoque tempus, quod studiis à legibus præscriptum: conuersatio, & æmulatio, ingenium ad perfectionem ducunt. Et hinc vellem tantum quatuor Vniuersitates in tota dari Francia.)

y) *Philippe Auguste non seulement cherissoit les hommes doctes, mais encore reforma l'Vniuersité de Paris, & la mit en telle reputation, que l'on y venoit de toutes prouinces de l'Europe, pour y apprendre les langues, & les sciences.*

Sainct

Sainct Louys ne fut pas moins zelé, pour l'auancement des lettres, que ses predecesseurs, ce qu'il fit paroistre par le restablissement de l'Vniuersité de Thoulouse, qui auoit esté supprimée, plusieurs siecles auparauant, par l'institution nouuelle de celle d'Orleans & par le soing, qu'il prit, d'appaiser les Professeurs, & les Escoliers, & de les faire reuenir à Paris, lors qu'ils abandonnerent l'Vniuersite, pour auoir eu la Regente contraire, en vne querelle, qu'ils eurent contre les habitans de la ville. Philippe le Bel ne fust pas moins desireux, de se rendre recommandable aux personnes de lettres, que son ayeul, pource que non seulement il maintint l'Vniuersité de Paris, & d'Orleans, en ses priuileges, mais encore il l'embellit de plusieurs beaux bastimens, & de riches fondations: Le college de Nauarre sert en ce de tesmoignage de ses magnificences, & de ses largesses. Philippe le Long continua d'imiter la liberalité de ses ancestres, enuers ceux, qui auoient acquis quelque perfection dans les sciences, d'autant que l'histoire remarque, qu'il mettoit son soing à bien policer son Royaume, & à faire fleurir son Vniuersité de Paris, que Petrarque tesmoigne auoir esté sous son regne le delicieux seiour des Muses. Louys XI. monstra aussi son zele, à conseruer la pureté de la doctrine dans l'Vniuersité de Paris, qui commençoit à se corrompre par les nouuelles opinions, que certains Philosophes, qu'on appelloit Nominaux, vouloient introduire. Car en l'année MCCCCLXXIII. il donna vn seuere arrest contre eux, & ordonna, que l'on brusleroit tous leurs escrits. Mais le Roy François, qui a merité le surnom de Pere des Lettres, a surmonté tous ses predecesseurs en magnificence; qui, voyant que l'estude des bonnes lettres estoit entierement negligée, & comme enseuelie dans la barbarie, il establit ce fameux college des douze Professeurs Royaux, en toutes sortes d'arts, & de sciences, à qui il donna la charge d'instruire gratuitement la ieunesse de son Royaume, & pour exciter d'auantage les Escoliers, a se rendre capables en la cognoissance des arts, & des sciences les plus releuées, il obtint du Pape Leon X. que ceux, qui auroient pris des degrés, soit de Maistre ès Arts, soit de Bachelier, ou Licencie en droit Canon, ou en Theologie, seroient pourueus des prebendes, des Cures, & des autres benefices, qui vacqueroient en certains mois de l'année. Ce qui a lieu par toute la France, mesme en Normandie, comme ie l'ay fait iuger autresfois (verba sunt Bretii *de la souuer. du Roy, liu. 4. chap. 12. p. 665.) contre le Cardinal de Ioyeuse, Archeuesque de Rouën, bien qu'il soustint, que le Concordat ne deuoit point auoir de lieu dans sa Prouince, tant pource, que l'Archeuesque de Rouën ne s'estoit point trouué en l'assemblée des Euesques à Bourges, que pource qu'il auoit esté ainsi iugé par plusieurs arrests du Parlement de Rouën. Mais le Parlement de Paris donna vn arrest contraire, à cause de l'eminence de cette premiere Vniuersité de l'Europe, qui merite d'estre fauorisee en tous lieux, & que ces gradués ont succedé aux prouisions, & aux mandats, que l'on auoit accoustumé d'expedier* in forma pauperum, *comme il est dit in c. fin. de Magist. qui veut, qu'on leur confere les benefices par preference, à fin de leur donner le*

 moyen

moyen de s'entretenir. Toutes ces faueurs seruirent d'vn si picquant esguillon, pour reueiller les esprits des François, & les enflammer à l'estude, que iamais siecle ne produit de plus doctes hommes, en toutes sortes de sciences, ny en si grand nombre, que l'on vit paroistre durant ce regne. (Philippus Augustus, non solum amauit doctos, verum etiam reformauit Vniuersitatem Lutetianam, atque ad eam promouit famam, vt ex omnibus Europæ prouinciis eo se contulerint studiosi linguarum ac scientiarum. Nec minor cura fuit Ludouici Sancti, quam prædecessorum suorum, quando Vniuersitatem Tholosanam restaurauit, quæ antea longo tempore, postquam Aurelianensis nouiter instituta, quasi fuerat suppressa; nec non, quando magno studio placauit Professores & Studiosos, eosque fecit reuerti Lutetiam, vnde discesserant, quod in lite quadam, quæ inter illos, & ciues, orta fuerat, Rectricem Regni habuissent minus fauentem. Philippus Pulcher, non minus, quam auus suus, ambiuit beneuolentiam literatorum, ac non solum Vniuersitatis Lutetianæ, & Aurelianensis, priuilegia sarta tecta conseruauit, verum etiam egregiis ædificiis exornauit, ac magnis dotauit reditibus, vt Collegium Nauarrenum adhuc hodie testatur. Philippus Longus, vestigiis antecessorum insistens, liberalis fuit erga illos, qui in scientiis præ cæteris excellebant, atque vt historici annotarunt, diligens fuit in exornando Regno suo, & amplificanda Vniuersitate Lutetiana, quam, sub illius imperio, Musarum deliciosam sedem fuisse, testatur Petrarcha. Ludouicus XI. magno zelo conseruare studuit puritatem doctrinæ in Vniuersitate Lutetiana, quæ incipiebat corrumpi per nouas opiniones, quas certi Philosophi, appellati *Nominales*, volebant introducere: anno enim MCCCCLXXIII. seueram in illos tulit sententiam, atque mandauit, vt omnia illorum scripta comburerentur. Franciscus I. autem, cui merito datum fuit nomen Patris literarum, omnes antecessores suos superauit magnificentia. Perspiciens enim, Vniuersitatem Lutetianam multum remisisse de diligentia sua, atque studia bonarum literarum quasi obruta esse barbarie, instituit celebre illud collegium duodecim Professorum Regiorum, omnium artium atque scientiarum, quibus mandauit, vt iuuentutem Regni gratis docerent; ac, quo studiosi magis excitarentur ad diligentiam, & se redderent eruditos in primariis artibus ac scientiis, obtinuit à Papa Leone X. vt illis, quibus collatus fuisset gradus Magistri artium, aut Baccalaurei; vel Licentiati in iure canonico, aut in Theologia, conferrentur præbendæ, parochiæ, & beneficia alia, quæ vacarent in certis mensibus anni. Hoc locum habet per totam Franciam, etiam in Normannia, vt iudicatum fuit contra Cardinalem Ioyosam, Archiepiscopum Rothomagensem; licet ille, concordatum in sua prouincia obseruari non debere, affirmaret, quoniam Archiepiscopus Rothomagensis non interfuisset Synodo Episcoporum Biturigibus, ac aliquoties ita iudicatum fuisset in Parlamen-

lamento Rothomagensi. Parlamentum autem Lutetianum sententiam tulit in contrarium, propter eminentiam primariæ huius Vniuersitatis totius Europæ, quæ meretur fauorem omnium locorum, quodque graduati successerunt in prouisiones, & mandatum, quæ solebant expediri in forma pauperum, vt dicitur *in c. fin. de magistr.* quod vult, illis conferri beneficia per præferentiam, vt habeant vnde viuant. Omnes illi fauores Francorum spiritus ita incitarunt, ad incumbendum studiis, vt nullum seculum tot homines doctos, in omnis generis scientiis, produxerit, quam hoc tempus, quo vixit & regnauit Franciscus.)

z) *Mais depuis* (loquitur adhuc Bretius *dict. loc.*) *cette ardeur s'estant esteinte dans le sang des plus-habiles Professeurs, qui furent immolés à la fureur des guerres ciuiles, qui s'esleuerent sous les regnes suiuans, les Vniuersités receurent vn tel choc, que depuis elles n'ont peu se releuer, ny se remettre en leur premiere splendeur; & maintenant elles sont en vn tel desordre, que si l'on n'y met promptement la main, on les verra dans peu de temps toutes desertes, & ruinées.* (Cum autem postea ardor ille extinctus esset, vna cum sanguine præstantissimorum Professorum, quos furor bellorum ciuilium, deinde exortorum, neci dedit, Vniuersitates tantum passæ sunt damnum, vt ex eo tempore sese haud potuerint erigere, vel ad pristinum pertingere splendorem; nunc vero in tanta iacent confusione, vt nisi prompte auxiliaris adhibeatur manus, breui tempore corruant necesse sit.)

aa) Ex remedio, quod præscribit Bret *d.l. pag. 667. & seqq.* morbum cognoscimus. Ait ille: *Le souuerain remede, que l'on peut apporter à la guerison de ce mal, c'est, de reduire tous les colleges particuliers des villes, à enseigner seulement les elemens des lettres, iusques à la Grammaire. Car si l'on prattiquoit ce moyen, l'on verroit tousiours vne grande affluence d'escoliers dans les Vniuersités, qui par vne honneste emulation, qui se plaist tousiours dans la multitude, s'exciteroient les vns les autres, à se rendre capables de leur profession. De là il arriueroit encore vn bien inestimable, c'est, que les Escoliers, estans enseignés par de mesmes precepteurs, sous de mesmes loix, & de mesmes maximes, il s'ensuiuroit par tout vne conformité de doctrine, qui est la chose qu'on doit le plus desirer, en toutes sortes de professions, & de sciences, &c. Mais pour rendre ce remede vtile, il seroit à desirer, que l'on pourueust à la recompense des Professeurs, qui, aprés auoir regenté vingt cinq ans meritent, qu'on les soulage, & qu'on leur donne dequoy s'entretenir le reste de leurs iours. Car, comme disoit Tacite,* sublatis studiorum pretiis, studia sunt peritura. *Et l'on void maintenant, que, faute d'auoir establi quelques fonds, pour fournir à ces recompenses, la venalité s'est introduite parmy les Professeurs du Roy, qui maintenant, à la face du public, vendent leurs chaires, à condition de iouir d'vne partie des gages, pour s'aider à viure, durant leur vieillesse. De quoy il arriue deux grands inconueniens, l'vn, que ces places ne sont*

plus données à ceux, qui seroient trouués les plus-capables à la dispute, comme le porte leur institut: & l'autre, que ceux, qui les ont acheptees, se persuadans, que ils ne sont obligés de faire des leçons, qu'à proportion du reuenu qu'ils retirent de leur chaires, à peine lisent-ils deux, ou trois mois l'année. Ie desirerois, que, pour oster ces desordres, on reiglast cette Vniuersité, sur l'exemple de celle de Salamanque, qui ioüit de trente mille escus de reuenu, dont vne partie est employée, pour payer les gages des Professeurs, qui regentent actuellement: l'autre est destinée pour l'entretenement des escoles, des bastimens, & pour la despense du Recteur: & la troisiesme est reseruée pour les pensions des anciens Professeurs, qui ont regenté vingt ans durant. D'auantage, à fin d'exciter les Professeurs, à s'acquitter dignement de leurs charges, l'on deuroit estre curieux, de maintenir les Vniuersités dans les priuileges, & les prerogatiues, qui leur ont esté données, pour recognoissance des seruices, que l'on y rend au public. (Optimum remedium, corrigendo huic malo, est, vt omnia Collegia particularia, quæ hinc inde in ciuitatibus extant, eo reducantur, vt prima tantum literarum elementa doceant, cum Grammatica. Hoc vbi factum, videbimus magnum studiosorum numerum in Vniuersitatibus, qui honesta æmulatione, vt in multitudine fieri solet, excitati, totis viribus in id incumbent, quo in professione sua egregios faciant profectus. Hinc quoque aliud summum bonum: nempe, cum Studiosi erudientur à communibus præceptoribus, vna methodo, vnas addiscent maximas, vbique conformitas doctrinæ apparebit, quæ in omnibus artibus, ac scientiis, vnice desideranda est. Vt autem hoc remedium sit efficax, Professoribus remuneratione subueniendum erit, vt, postquam viginti quinq; annos docuerunt, habeant vnde per reliquum vitæ tempus se sustentare possint. Nam, vt Tacitus (*lib.11. Annal.c.7.*) scribit, sublatis studiorum pretiis etiam studia peritura. Et videmus hodie, postquam nulli certi reditus eiusmodi remunerationibus adsignati, venalitati locum dari inter Professores Regios, qui publice vendunt cathedram suam, cum conditione, vt parte salarii annui fruantur in senectute. Vnde incommoda duo oriuntur; primum, quod cathedræ non conferantur illis, qui in disputatione melius responderunt, atque adeo ad docendum magis sunt idonei, vti, vi constitutionum, fieri debet. Secundo, quod illi, qui cathedras dato pretio acquisiuerunt, putent, sese non esse obligatos publice prælegere, aliter quam ad proportionem salarii, quod accipiunt, vnde vix per duos, tresve menses, in anno docere consueuerunt. Vellem vt his malis applicaretur medicina, ad exemplum Vniuersitatis Salamanticanę, quæ, cum xxx. millia scutatorum percipiat ex annuis reditibus, partem eorum numerat Professoribus legentibus, pro salario; partem impendit in conseruationem auditoriorum, ac ædificiorum Vniuersitatis, nec non in expensas pro Rectore; & quod reliquum, asseruat, vnde digne possint exhiberi Professores senectute laborantes, qui viginti

ginti annis munus suum exercuerunt. Præterea, ad excitandam diligentiam Professorum, vt in officio docendi strenui sint, cura adhiberi deberet, vt Vniuersitates suis immunitatibus & priuilegiis, quæ in recognitionem operæ, vtilitatem publicam promouentis, acceperunt, libere fruerentur.)

CAPVT III.

De Rectore, Cancellariis, & Conseruatoribus *priuilegiorum Vniuersitatum literariarum.*

REctor in Vniuersitate primum locum tenet, eligiturque secundum statuta cuiusque Vniuersitatis (*a*), Clericus (*b*), vel Laicus, vt totum corpus gubernet cum Academico Senatu, non solum autoritate, sed etiam iurisdictione (*c*). Porro, nonnullis Vniuersitatibus plures (*d*) Cancellarii sunt, aliis vnus (*e*), qui vel ab antiquo certi, vel constituuntur (*f*), ex ordine clerico. Ordinarium Cancellarii munus est, titulos & honores Academicos, Magistri, Licentiati, vel Doctoris, conferre illis, qui hos ambiunt, & examine præuio digni reperti sunt, eos vt consequantur (*g*). Alibi etiam partes iudicis & censoris, tam doctrinæ, quam morum, obtinet (*h*). Conseruator priuilegiorum inde dicitur, quod iura, priuilegiaque Academiæ, eiusque membris concessa, tueri atque conseruare debeat (*i*). Alibi pluribus hæc cura commendata (*k*): nempe, pro diuersitate priuilegiorum, quorum alia à Rege, alia à Pontifice, Vniuersitatibus collata sunt, diuersi Conseruatores constituti, à Rege vnus, à Pontifice alter; hic Ecclesiasticus, ille secularis (*l*). Vocatur etiam Conseruator alio nomine Iudex Scholarium, & Iudex priuilegiorum (*m*); quoniam iurisdictionem exercet, qua iura & priuilegia Scholarium tuetur, tanquam delegatus à Rege, vel à Pontifice (*n*). De Conseruatore priuilegiorum Apostolicorum notandum est, cum, ad instantiam Clerici studiosi, non posse Laicum ad se citare, neque aduersus hunc procedere monitionibus, & censuris Ecclesiasticis, nisi prius legitima discussio facta fuerit mobilium, & immobilium

lium eiusdem laici, coram Conseruatore priuilegiorum Regiorum (*o*). Deinde, constitutionem, quæ prohibet profectiones, & citationes coram iudicibus conseruatoribus Vniuersitatum, plusquam quatuor dietarum, seu quatuor dierum itineris, non intelligi de Conseruatoribus priuilegiorum regiorum, verum de Apostolicis tantum (*p*). Et, quod ad Conseruatores Regios attinet, remissionem intelligi debere per totum districtum Parlamenti; & dietas non legales decem leucarum, siue miliarium, verum ordinarias, & consuetas, diebus & pastionibus in regione solitis (*q*). Cæterum, cauere debere Conseruatores, ne scholasticos nominetenus, sine testimoniali Rectoris, vel matriculæ, quod ante per sex menses studuerint, ob quam vti debent priuilegiis, ad participationem petitam admittant; ne præter priuilegia iudicent, aut contra, quæ idcirco descripta apud se habere debeant, vt pro regula illis sint (*r*). Denique, Conseruatorem non debere se immiscere negotiis scholasticorum, in vim priuilegii, in quibus actor est Procurator Regis, & scholasticus reus, aut si dominus censualis petat à scholastico censum, aut alia iura, debita ratione fundorum possessorum ab ipso scholastico (*s*).

Testes & Testimonia.

a) Quomodo eligatur Rector Vniuersitatis Lutetianæ, dicam infra *cap. 7. lit. oo.*

b) Memoriæ proditum est, fere olim à religiosis, & Ecclesiasticis viris Academias regi consueuisse, solamque temporum licentiam contrarium introduxisse, asseuerat Ioh. Baptista Gallus, *in not. ad Thuan. histor. cap. 11. pag. 69.*

c) Nicolaus Vernulæus, *de Academia Louaniensi, lib. 1. cap. 5. p. 21.*

d) In Lutetiana Vniuersitate quatuor Cancellarios ab antiquo esse, tradit Belleforest, *en l'histoire vniuerselle, liu. 3. ch. 4. pag. 234.*

e) Vnum autem & certum ab antiquo constitutum ibi esse, docet Estienne Pasquier *liu. 3. des recherch. de la France. ch. 21. fol. 150. lit. d.* nempe, ex corpore Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Lutetianæ.

f) Vti de quatuor Cancellariis Lutetianæ Vniuersitatis tradidit Belleforest *d. l.* nempe, quod coram Episcopo istius ciuitatis constitui debeant.

g) Belle-

g) Belleforest *d.l.* & Vernulæus *d.lib.1.c.7.pag.36.*

h) Ita Pasquier *d. l.* de Cancellario Vniuersitatis Lutetianæ scribit: *Le premier Iuge & Censeur, tant de la doctrine, que mœurs, de ceste Vniuersité, est le Chancelier.*

i) Vide Petr. Greg. Tholosanum *de republ.d. lib.18.c.10.n.1.*

k) Sunt Conseruatores seculares, qui secularibus mediis vulgi iniurias repellere, & castigare possint; & spirituales seu ecclesiastici, qui contra Principes ipsos intercedere censura spirituali, & potestate Pontificia vti possint, & generaliter, sartam tectam, & illæsam Academiam sua protectione conseruent: Tholosan. *d. c.* 10.*n.* 1. *in f.*

l) *Il y a deux Conseruateurs des priuileges des Vniuersités, qui peuuent, & doiuent cognoistre des causes des Escoliers, estudians en icelles. Les vns sont Conseruateurs des priuileges Royaux; les autres sont Conseruateurs des priuileges Apostoliques. Les premiers sont ordonnés par le Roy, les autres par le Pape*: Imbert *en la pratique ciuile, & crim. liu.1. chap.27. n.2. & 3.*

m) Tholosan. *d.c.10.n.3.* & Vernulæus *d.lib.1.cap.8.p.43.*

n) Censentur Conseruatores tanquam delegati à Pontifice, vel Principe, cum potestate, quæ necessaria est ad iurisdictionem exercendam: Tholosan.*d.c.10.n.5.*

o) Papon. *lib.5. arrestor, tit.14. arresto 2.*

p) Papon. *d.tit.14. arresto 9.*

q) Additionator *ad d.arr.9.Paponii.*

r) Tholosan. *d. c.* 10. *n.* 6.

s) Tholosan. *d. c. n.* 3.

CAPVT IV.

De Professoribus.

QVoniam hoc tractatu de speciali obseruantia, & legibus Galliæ loqui instituimus, generalia, quæ de Professoribus alibi (*a*) congessimus, hic reiterare, nec opus, nec conueniens est; sufficiat ergo nosse, Regum Franciæ non leuem curam fuisse, quo digni in locum decedentium Professorum surrogarentur. Quamquam vero Caroli IX. (*b*) constitutio, quæ de hoc negotio agit, localis esse videatur, ac Henrici III. (*c*) particularis, disponens tantum de professoribus iuris canonici, & ciuilis, credo tamen, ob rationis generalitatem, qua vtraque

nititur, non solum in omnibus Vniuersitatibus, sed etiam in omnibus facultatibus, earum rationem habendam esse. Damnari autem omnino debet peruersus nonnullorum conatus, qui, superstites, sibi de adiutore & successore prospiciunt, cathedram venalem exponentes, quo habeant vnde in senectute se exhibere possint (*d*). Malum hoc ex alio malo, (nempe, quod vbi Professores ad senium peruenerunt, inopiæ expositi relinquantur) mala secum trahit alia: non confertur cathedra illis, qui doctiores & aptiores, & dum quisque vtilitati suæ prospicit, lectiones suspenduntur (*e*). Est denique industria personæ electa, quo casu, regulariter, substitutioni locus non datur (*f*), & tunc magno cum dedecore est, vbi substituti persona inhabilis (*g*).

Testes & Testimonia.

a) *Lib. 8. de iure publico Imperii Romanogerm. cap. 3.*

b) *Charles, par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux, qui ces presentes lettres verront, salut. Le feu Roy François, nostre tres-honoré Seigneur & ayeul, aima tant en son viuant & les lettres, & les lettrés, qu'il voulut qu'en l'Vniuersité de Paris y eust des Professeurs à ses gages, en toutes langues, & sciences. Ce qui succeda si heureusement, que les plus-doctes personnages de l'Europe ont esté appellés à ladite profession, & faict vn si grand fruict, qu'il est sorty vn nombre infini des gens doctes, qui par tout le monde ont tesmoigné la grandeur de nostre ayeul. Ce qui a esté continué par feu nostre tres-honoré Seigneur, & pere, & nous auions vn mesme desir, & volonté, & vacant vne place de Professeur aux mathematiques, nous aurions donné ladite place à vn, qu'on nous auoit dit estre suffisant, & capable: mais nostre bien-aimé, Maistre Pierre de la Ramée, Doyen de nos professeurs, voyant que contre nostre desir, celuy, que nous auions pourueu de ladite place, estoit incognu, & son erudition cachée, & que voulant faire quelques leçons il se feroit monstré ridicule; en auroit presenté requeste à nostre Cour de Parlement, faisant entendre la surprinse dommageable à toute la Republique, à fin que celuy, qui se disoit pourueu, fust examiné, ce que par ladite Cour auroit esté ordonné, que nous aurions troué bon & raisonnable. A cause dequoy, à fin qu'à l'aduenir l'estat de nos Professeurs ne soit baillé, qu'aux plus-doctes, & capables; de l'aduis de nostre Conseil, & de nostre certaine science, pleine puissance, & authorité Royale, nous auons ordonné, qu'aduenant la vacation d'aucune place de nos Professeurs, en quelque science, & langue que ce soit, on le faira sçauoir par toutes les Vniuersités fameu-*

fameuses, & autres lieux, & que ceux qui se voudront presenter, & sousmettre à la dispute, & lecture de la profession vacante, ainsi que leur sera proposé par le Doyen, & les autres Professeurs, y seront receus, pour aprés estre choisi par nous le plus-suffisant, & capable, de ceux, qui auront leu & disputé, dont nous serons aduertis par le Doyen, & autres Professeurs, & par nous pourueu, ainsi qu'il appartiendra, & sans preiudicier à l'arrest donné en nostredite Cour de Parlement, pour le regard de celuy, qui doit estre examiné. Si donnons en mandement a nos amés & feaux, les gens de nostre Cour de Parlement de Paris, Preuost de Paris, ou son Lieutenant, Conseruateurs des priuileges de ladite Vniuersité de ladite ville, que ces presentes ils facent lire, publier, & enregistrer, & leur contenu garder, obseruer & entretenir, sans souffri y estre contreuenu en aucune maniere. Car tel est nostre plaisir, non obstant quelconques lettres à ces contraires. En tesmoing dequoy nous auons fait mettre nostre seel à cesdites presentes. Donné à Moulins, le VIII. iour de Mars l'an de grace MDLXVI. & de nostre regne le VI. Legitur in Codice Henrici III. *lib.11. tit.6. des Lecteurs & Professeurs, const.1.* (Carolus, Dei Gratia Rex Franciæ, omnibus hoc diploma lecturis S. Franciscus Rex illustrissimus, dominus auusque noster, literas & literatos adeo coluit, vt omnium linguarum ac scientiarum Professores regio stipendio in Academia Parisiensi instituerit: eaque institutio successus tam secundos ac felices habuit, vt ex Europa vniuersa doctissimi homines ad regias professiones optati, summum fructum ediderint, indeque infinitus numerus eruditorum virorum prodierit, ad amplitudinem aui nostri, per vniuersum terrarum orbem, testificandam: quod ab illustrissimo domino & patre nostro Henrico conseruatum & continuatum est: nosque eadem voluntate ac mente fueramus, cum in demortui Professoris locum designassemus Professorem, qui pro apto idoneoque nobis insinuatus esset. Verum Petrus Ramus, nobis charissimus, Decanus Professorum nostrorum, animaduertit, à nobis contra animi nostri sententiam designatum esse Professorem, nullo doctrinæ nomine, nulla eruditionis fama notum, imo cum ad prælegendum accessisset, auditorio perridiculum. Itaque nostram Curiam, de fraude, quæ reipub. fieret, edocuit, & rogauit, vt is, qui se factum professorem diceret, examinaretur: quod à Senatu decretum, nobis quoque ratum ac probatum est. Quamobrem vt in posterum dignitas professionum regiarum, doctissimis tantum maximeque idoneis mandetur, de consilii nostri sententia, deliberatione certa, mera ac regia autoritate, vacationem regiæ professionis, cuiuscunque vel linguæ vel scientiæ, per omnes celebres Academias Scholasque promulgari, omnesque qui prælectionem & disputationem à Decano & reliquis Professoribus propositam subire voluerint, ad examen admitti volumus, & mandamus, vt ex omnibus qui prælegerint, disputarint, de quibus à Decano & Professoribus reliquis renunciatum nobis fuerit, potestas nobis

sit optandi legitimeque designandi probatum maxime, maximeq; idoneum: absque præiudicio tamen iudicii in Curia nostra iam facti, quod ad eum attinet, in quem examen decretum sit. Itaque mandamus charis & fidelibus nostris Senatoribus Parisiensibus, Præfecto, Præfective Legato, priuilegiorum Conseruatori Parisiensis Academiæ, vt nostrum diploma legendum, publicandum, in publicas tabulas referendum, atque obseruandum curent, nec vllo modo violari patiantur. Sic enim placitum nobis est, quæcunq; contra diplomata intercesserint. In cuius rei fidem, diploma ipsum sigillo nostro obsignatum curauimus. Gergobinæ Boiorum VIII. Maii anno MDLXVI. & regni nostri VI. P. Ramus *in scholis mathemat. ante dedicat.*)

c) *Quand y aura Regence vacante en droit canon, ou ciuil, les Docteurs Regens, & la faculté, mettront dans le mois affiches de ladite vacance, & en enuoyeront autant aux plus-prochaines, & fameuses Vniuersités du Parlement, esquelles y aura exercice de ladite faculté, assignant iour certain, & compétent, pour ouurir la dispute. Et sera preferé celuy, qui par les leçons continuées vn mois durant, & par repetition publique, aura esté troué le plus digne par le iugement des Docteurs Regens, de ladite faculté: d. Codice, & loco, constit.* 2. (Quando contigerit vacare professionem in iure canonico, aut ciuili, Doctores Regentes (Professores actu legentes) in facultate illa, publica intimatione intra mensem vacantiam illam notam faciant, & mittant eiusdem exemplar ad proximas, ac præcipuas Vniuersitates, sub Parlamento contentas, in quibus exercitium dictæ facultatis prostat, consignando diem certum, & competentem, aperiendæ disputationis. Præferendus autem erit ille, qui per mensem continuum facta lectione, & repetitione publica, à Doctoribus Regentibus in ea facultate dignior fuerit deprehensus.)

d) Bret *de la souuerain. du Roy, liu.* 4. *chap.* 12, *pag.* 669. cuius verba expressimus *hoc lib. cap.* 2. *lit. aa.*

e) Bret *d. loc. citatus d. lit. aa.*

f) Iacobus Penius *de priuileg. ICtor. part.* 1. *priuil.* 13. Georg. Christoph. Waltherus, amicus meus, *in tractatu iuridico-politico-historico, de statu, iuribus, & priuilegiis Doctorum, cap.* 18. §. 131.

g) Inhabilitas illa non solum ex defectu eruditionis est, sed etiam ex personæ conditione. *On a bien trouué inepte, que le bon Accurse ait profané le droict ciuil, ayant fait monter sa fille en chaire, en l'Vniuersité de Boulogne, pour instruire la ieunesse, & leur enseigner les reigles de la iustice:* Pierre de Lancre *au tableau de l'inconstance, & instabilité de toutes choses, liu.* 3. *disc.* 5. *fol.* 358. *b.* (Perquam inepte visus est polluisse ius ciuile Accursius, quod instituendæ iuuentutis, & docendarum regularum iustitiæ causa, filiam suam in Vniuersitate Bononiensi cathedram conscendere iussisset.)

CAPVT

CAPVT V.

De gradibus dignitatum, quæ conferuntur in Academiis.

PRofessores non solum in Vniuersitatibus docent, sed etiam doctis, per collegii sui Decanum (*a*), consentiente & potestatem impertiente Cancellario (*b*), conferunt honorum certos gradus, quibus iura & priuilegia singularia adhærent. Infimus gradus est Baccalaurei, alter Magistri, tertius Licentiati, quartus & supremus Doctoris. Qui nobis Baccalaureus, in Francia dicitur *Bachelier* (*c*), & est ille, qui studia sua eo perduxisse examine deprehensus est, vt autoritate publica ei hoc nomen concedatur. Nominis deductio varia est, siue nostrum, siue Gallicum spectemus. Nostrum, quod latinitati insertum, à nonnullis deriuatum esse dicitur à *baccis lauri* (*d*), quod his olim corolla, ex lauri baccis nexa, imposita fuerit, quæ deriuatio scripturæ nominis apprime conuenit. Ab aliis à *baculo* (*e*) deducitur, quod baculus iis pro insigni traditus fuerit: at, si ita foret, non scribendum *Baccalaureus*, sed *Bacularius*, vt à *tabella tabellarius*. Alii, à *buccellariis* (*f*), re, & scriptura, ad rem nostram incongrua. Gallorum *bachelier* homonymon est, & variis attribuitur. *Bachelier* enim apud illos dicitur, in re literaria, ille, de quo modo diximus; in artibus mechanicis ille, qui proxime magister artificii declarandus (*g*); Picardis, antiquo Francico vsu, ille, qui puellam nubilem, quam *bachelette* nominant, ambit (*h*). Dicebatur etiam inter Nobiles *Bachelier*, non solum qui nondum erat Eques, at adspirabat ad dignitatem Equestrem: sed etiam filius Dynastæ, vel Bancreti, certo respectu (*i*). Origo nominis varie declaratur. Sunt, qui à *bataille* (*k*), quod latine prælium notat, vel aciem, infeliciter, vt arbitror, deriuant. Sic enim non *bachelier*, sed *bataillier*, scribendum. Alii, per contractionem literarum, factum esse dicunt ex *bas cheualier* (*l*), inferior eques; alii, ex *bas eschelon* (*m*),

inferior gradus; quæ deriuatio rei potius, quam ſcripturæ conueniens eſt. Nonnemo originem à Turcarum *baſſalar* (*n*) deduxit. Quicquid fuerit, non multum de nominis ortu laborandum erit, poſtquam de re, quam innuit, ſatis nobis conſtat. Ex vſu Galliæ, Baccalaureatus gradus eſt, qui præcedere Licentiam debet, vt Licentia Doctoratum, alioquin quis diceretur promotus per ſaltum, hoc eſt, omiſſo primo gradu (*o*). Confertur autem tam in Artibus, quam in Medicina, & in Iure, tum ciuili tum canonico, nec non in Theologia ipſa; diuerſo tamen effectu, nominationes ad beneficia quod attinet (*p*). Magiſter, ſiue à *monendo* (*q*), ſiue à vocabulo *maior*, quaſi maior in ſtatione (*r*) ita dictus, Gallis eſt *Maiſtre*; nomen, non ſolum magnis officiariis (*s*), quibus præcipua alicuius rei cura demandata (*t*), (olim quidem largius quam hodie (*u*)) competens, ſed etiam illis, qui in Vniuerſitate literaria id obtinuerunt; his quoq;, qui in arte mechanica canone artis confecto, à magiſtris artificii eum in gradum recepti, aut literis Regiis, aliorumq;, quibus id à Rege indultum, Magiſtri artis declati ſunt (*x*). Inter literatos, & mechanicos tamen, reſpectu tituli differentia apparet; quod is literatis ante nomen proprium, mechanicis poſt illud locetur (*y*). Denique etiam generaliter herus dicitur *maiſtre*, ſicut & Præceptor, qui alios docet, vel inſtruit. Cæterum, in re literaria interdictum eſt monachis, gradum Magiſtri in Philoſophia Lutetiæ ambire, quo, ſpe præmii & honoris præciſa, magis Theologiæ, quam Philoſophiæ incumbant (*z*). Licentiati dicuntur, quod habiles ſint imposterum ad petendum, & conſequendum gradum altiorem (*aa*). Doctores, à *docendo* (*bb*) dicti, appellantur illi, qui in ſuperioribus facultatibus, Theologia, Iuriſprudentia, & Medicina, præuio examine digni reperti ſunt, quibus Doctoris titulus, & poteſtas alios publice docendi, conferatur (*cc*). Examen illud in Gallia (*dd*), non minus ac in Italia (*ee*), ita peragi dicitur, vt non in ſcientia, ſed in marſupio, quantum poſſint Candidati, exploretur. Cæremoniæ (*ff*), quæ actui creationis adhibentur, non vbique vniformes (*gg*) ſunt;

ſunt; alibi etiam interuenit colaphus (*hh*). qui leui contactu, Doctorando à Promotore impingitur. Alibi Doctoribus præſentibus dantur xenia (*ii*), quæ & ipſa non ſunt vniformia. Eſt & hoc in Gallia peculiare, quod beneficia Eccleſiaſtica vacantia, in certis menſibus, debeant conferri graduatis (*kk*), qui in Vniuerſitate Regni priuilegiata, per concordata determinato tempore, ſtudiis incubuerunt (*ll*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Vide quæ de Decanis ſcripſi, *de iure publico*, *d. lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 44.

b) Vide ſupra *cap.* 3. *lit. g.*

c) Loyſeau *des ordres, ch.* 8. *n.* 13. Baccalaureum eum eſſe ſcribit, *qui ayant acheué ſes eſtudes, eſt admis au cours de la faculté, pour aſpirer au Doctorat, ou Maiſtriſe.*

d) Calepinus *in Lexico, verb. Baccalaureus.* Fr. Iunius *de Academ. c.* 5. *pag.* 55.

e) De quo dixi *in iure publico, d. lib.* 8. *c.* 8. *n.* 16. *& ſeq.*

f) A Buccellariis, *qui eſtoient les coſtilliers, & garde-corps, des Seigneurs Viſegots. Autres* ab illis buccellariis, *qui eſtoient certaines gens de cheual, dont eſt faict mention in l. omnibus, C. ad L. Iul. de vi publ.* vbi Gothof. Ita refert Loyſau *des ordres, chap.* 6. *n.* 50.

g) *E's arts mechaniques le Bachelier eſt celuy, qui eſt preſt d'eſtre paſſé maiſtre de meſtier*: Loyſeau *d. ch.* 6. *n.* 49. Aliter autem Fauchet *de l'origine des Cheualiers, ch.* 1. *pag.* 10. *en maſſonerie*, ait, *& tout autre meſtier de France, où il y a Maiſtriſe, l'on appelle Bacheliers, ceux, qui ſont paſſés maiſtres en l'art, mais qui ne ſont pas iurés.*

h) *En vieil langage François, que les Picards retiennent encore à preſent, le Bachelier eſt le pourſuiuant, ou amoureux de vne fille à marier, laquelle auſſi eſt appellée bachelette, c'eſt à dire, aſpirant à deuenir maiſtreſſe eſtant mariée*: Loyſeau *d. ch. n.* 49. Sed paulo aliter Fauchet *d. l. En Picardie, Bachelier, & bachelette, ſont appellés, non pas les enfans, ou fillettes de dix ans; ains les ieunes garçons de ſeize & dix-huict ans, & les filles preſtes à marier.*

i) *En matiere de Nobleſſe, le Bachelier ſe prend en deux façons dans les liures anciens; l'vne, quand il eſt opposé au Cheualier: & lors il ſignifie celuy, qui attend, ou pourſuit, l'ordre de Cheualerie. L'autre, quand il eſt opposé au Seigneur, ou au Banneret; & alors il ſignifie celuy, qui eſt fils d'vn grand Seigneur, & qui peut ſucceder à ſa ſeigneurie, & cependant iouït d'vne portion de terres de icelle, auec meſmes droicts, & prerogatiues, que le principal Seigneur*: Loyſeau *d. ch.* 6.

d. ch. 6. n. 52. & 53. (Inter Nobiles, secundum antiquos libros, *Bachelier* accipitur dupliciter: Quando opponitur Equiti, significat illum, qui nondum est Eques, sed qui prætendit, vel ambit adhuc, ordinem Equitum. Quando autem opponitur Dynastæ, aut Bannereto, tunc significat filium Dynastæ, & qui in illam dynastiam potest succedere, ac interim fruitur parte aliqua eiusdem, iisdem cum priuilegiis, & prærogatiuis, ac Dynastes ipse.)

k) Il y en a qui disent, que le mot de Bachelier vient de bataille, comme s'il falloit dire, Batailler: Fauchet *d.l.*

l) Ie suis d'aduis, (inquit Fauchet *d.l.*) *que Bachelier est vn abregé de bas cheualier; & que les ieunes hommes, qui se sentoient forts, pour endurer les faix des armes, du commencement prirent le nom de Bacheliers, comme estans plus-bas, & moindres que les hauts, & anciens Cheualiers.* (Credo, *Bachelier* esse nomen contractum ex *bas* & *cheualier*; atque iuuenes, qui sibi videbantur satis fortes ad ferendum laborem bellicum, primum eo nomine vsos, quod essent inferiores, & minores, superioribus, & antiquis Equitibus.)

m) Bachelier vient de bas eschelon, signifiant celuy, qui estant au plus-bas eschelon, ou degré, est en train de monter aux plus-hauts: & partant, Bachelier signifie celuy, qui est au chemin de deuenir Cheualier, Docteur, Maistre de Mestier, ou pere de famille. Car, en toutes vacations il y a ordinairement des poursuiuans, ou postulans, qui en ayant l' aptitude, & habilité, s' attendent d'y estre mis actuellement; & ceux-là en Grec sont appellés, μέλλοντες, & à nous, Retenus: Loyseau *d. ch. 6. n. 51.* (*Bachelier* procedit de *bas eschelon*, significans illum, qui, adhuc in inferiori gradu constitutus, tendit ad superiorem. Itaque *Bachelier* est ille, qui contendit consequi ordinem Equitum, Doctorum, Magistrorum artium, aut opificiorum, aut patrisfamiliæ. Nam in omnibus professionibus, regulariter dantur candidati, qui, apti cum sint & habiles, ambiunt superiorem gradum: Græcis vocantur μέλλοντες, Francis *retenus.*)

n) Bacchalarii sub benneretis erant, qui simplices vasalli nunc dicti sunt. Nec dubito, Bacchalarios hos dictos fuisse à nomine Turcico, *Bassalar* (qui lingua Turcica homines præcipui dicuntur, vt, si liceat ita loqui, capita, qui propter consilium semper Principem comitantur.) Neminem enim latet, exercitum Christianorum in Agarenos diu pugnasse, cum Hierosolymam expugnarunt, & regnum illud Saladini debellarunt; vnde & pleraque nomina apud nos commearunt: Tholos. *in syntagm. Iuris vniu. lib. 6. c. 11. n. 16.*

o) Tholosanus *de Republ. d. lib. 18. cap. 9. n. 5.*

p) Quod pertinet ad obtinenda beneficia in vim gradus, Baccalaureatus in Medicina, & Artibus, non facit gradum, & nisi in Iure ciuili, & pontificio, & Theologia; & ita non dantur baccalaureis Medicinæ, aut Artium, sed tãtum aliis, nominationes ad beneficia in Gallia; ita notare glossam antiquam *ad §. tertia pars prabendarum, ad verb. baccalarii, in pragmat. Sanct.* monet Tholosanus *d. n. 5.*

q) L. 57.

q) *L. 57. ff. de verb. signif.*

r) Magister ἀπὸ τοῦ *maior* deriuatur, vt vult Vgotio *in glossar. de verbor. signif.* & Papias *in glossar.* quasi *maior in statione*: Isidor. *lib. 10. Etymolog.*

s) *Le mot de Maistre, qui n'estoit anciennement attribué qu'aux dignités authentiques, est venu maintenant en tel raual, que quand on se veut mocquer d'vn homme, on l'appelle vn maistre, pour celuy qui a fait son chef d'œuure:* Pasquier *liu. 6. des recherch. de la France, chap. 17. lit. f.*

t) *D. l. 57. de V. S.*

u) *En la Chambre des Comptes tous les Conseillers sont appellés Maistres des Comptes*: Pasquier *d. l.* Sunt etiam *Maistres des Requestes*: Vide supra *lib. 2. c. 15. lit. mmmm.*

x) Supra *hoc libro, cap. 1. lit. p.*

y) *Le tiltre de maistre conuient à tous ceux, qui ont des disciples, clercs, ou apprentifs, sous eux, à la relation desquels, ils sont appellés maistres. Toutesfois, les gens de lettres, ou Officiers, ont voulu estre distingués à l'esgard de ce tiltre, de auec les gens de mestier. Car les gens de lettres se qualifient Maistres* à parte ante, *mettant ceste qualité deuant leur nom, comme vn auantnom; mais les gens de mestier, sont appellés Maistres*, à parte post, *mettant ce mot de maistre aprés leur nom, & le referant au tiltre de leur mestier, comme vn ordre*: Loyseau *des ordres. ch. 11. n. 50.* (Titulus Magistri competit omnibus, qui sub se habent discipulos, scribas, ac tyrones, quorum respectu dicuntur Magistri. Attamen, docti, & officiarii, quo distinguantur hoc titulo, ab artificiorum magistris, eum proponunt nomini suo proprio, instar prænominis. Artificiorum autem magistri, hunc titulum postponunt nomini suo proprio, ac referunt ad artificium suum, tanquam ordinem.)

z) *On deffend, & interdit aux Religieux de passer Maistres és arts; parce qu'on veut, qu'ils ne fichent point leur esprit sur les fleurettes des lettres humaines, ains, que du tout ils s'adonnent à la lecture des sainctes lettres, & de la Theologie. Induits par aduenture nos ancestres à ce faire, à l'imitation de S. Hierosme, auquel en songeant fut aduis, qu'il estoit flagellé par vn Ange, pour estre trop ententif à la lecture des œuures de Ciceron. Ou pour mieux dire, pour autant que les premiers fondateurs de nostre Vniuersité (de Paris), voulurent reduire chaque chose à la premiere police des Moines, desquels parlant Sozomene, à l'enziesme chapitre du premier liure de l'histoire Tripartite, dit ainsi:* Præcipue vero insignissimam Ecclesiam demonstrauerunt, & dogma dilatauerunt vita & virtutibus, qui conuersatione Monachica illo tempore fruebantur. Vtilissima namque res ad homines venit à Deo ista Philosophia, quæ multarum doctrinarum, & dialecticæ artis studia despicit, tanquam sit minuta, & melioris operis tempus impediat, atque ad recte viuendum nihil ostendat. *Et certes en ceste police ils y ont eu tel esgard, que combien que les pauures de Montagu, que l'on ap-*

pelle autrement Capettes, *ne soient liés à aucun vœu de Religion particuliere, autre que la commune de tous nous autres Chrestiens, toutesfois, pour autant, que pendant leur premier estude, ils se diuersifient d'habillemens d'auec nous, il faut qu'ils laissent la cuculle, lors, qu'ils veulent participer au degré de Maistrise, & facent par ce moyen paroistre, qu'ils sont totalement seculiers; autrement leur y seroit la porte close*: Pasquier *liu. 3. des recherch. de la France ch. 35. fol. 176. lit. a. b. c.* (Prohibitum est monachis assumere gradum Magistri in artibus liberalibus, quod, sepositis illis, se totos dedere debeant lectioni literarum sacrarum, atque Theologiæ. Fortassis maioribus nostris ante oculos fuit S. Hieronymus, qui in somnio sensit se flagellari ab Angelo, quod nimia diligentia legisset scripta Ciceronis. Aut, vt accuratius loquar, quod primi fundatores Vniuersitatis nostræ Lutetianæ, in animo habuerint, omnia reducere ad primas regulas monachorum, de quibus Sozomenus *libro 1. historia tripartita cap. 11.* ita scribit: Præcipue vero &c. Atque in hoc negotio tanta vsi sunt circumspectione, vt, licet pauperes *de Montagu*, quos alias appellamus *Capettes*, non alio ligentur voto peculiari, sed communi omnium Christianorum; attamen, quoniam tempore primorum studiorum suorum, diuerso à nostro vestitu vtuntur, obligantur tunc relinquere cucullum, quando volunt suscipere gradum Magistri, vt ostendant, se omnino seculares esse, aliter non admittuntur ad dictum gradum.)

aa) Le Licencié est celuy, qui ayant acheué son cours, & faict tous les actes & espreuues requises, est declaré capable d'obtenir le grade du Docteur. C'est pourquoy il a presque les mesmes auantages, que le Docteur: Loyseau *des ordres, ch. 8. n. 13.*

bb) Doctor dicitur à *docendo*, non quasi semper actu doceat, sed quod ad docendum aptus sit, & docendi licentiam habeat; vt monui *lib. 8. de iure publ. c. 8. n. 44.*

cc) Aliter Loyseau, *d. ch. 8. n. 13. Le Docteur* (ait) *est celuy, qui ayant solennellement receu les marques, & enseignes de ceste dignité, obtient la puissance d'enseigner publiquement les autres, & leur conferer le mesme degré, laquelle puissance n'a pas le simple Licencié.* (Doctor est, qui notas & insignia eius dignitatis solemniter consecutus, facultatem habet publice alios docendi, iisque eundem gradum conferendi: qua facultate destitutus est Licentiatus.) At, quantum ad collationem gradus attinet, non video quomodo ab errore excusari possit autor: Nam Doctor, qua Doctor, non habet potestatem conferendi aliis gradum Doctoratus; sed habere potest qua Decanus in Vniuersitate, vbi Cancellarii autoritas interuenit.

dd) In Gallia Candidati non in scientia, sed in marsupio, quid possint, examinantur: Damhouder. *de patrocin. pupill. c. 2. n. 17. allegatus à Dn. Walthero, d. tr. de statu &c. Doctorum cap. 23. §. 170. inf.*

ee) Quod

ee) Quod satis innuunt prouerbio; *Nos accipimus pecuniam, & remittimus asinos in Germaniam.*

ff) De cæremoniis illis, & solemnitatibus, vide Dn. Waltherum *d. tr. cap. 21. per tot.* & me *d. r. 8. lib. 8. de iure publ. n. 88. & seqq.*

gg) *Les ceremonies, qu'on garde à la collation de chacun degré, sont differentes, selon les diuerses facultés, & encor selon les diuerses Vniuersités, esquelles ces degrés se baillent, n'estans ces ceremonies inuentees, que pour maintenir d'auantage l'honneur des sciences, par apparences exterieures*: Loyseau *d. ch. 8. n. 14.*

hh) *Au fait de la collation du degré de Docteur aux Vniuersités, on baille vn soufflet, ou buffe, à celuy, qui y est promeu, comme le dernier coup, que doit receuoir celuy, qui entre en vne qualité, qui l'en exempte desormais*: Loyseau *d. tr. des ordres, chap. 6. n. 14.*

ii) *Nous voyons, qu'aux Doctorandes la plus-part de nos Maistres de la Sorbonne, aimerent mieux choisir vingt sols, qu'vn bonnet. En la ville de Thoulouse, les nouueaux Docteurs ont accoustumé de faire presens de boëttes de dragee aux Docteurs Regens, par forme de gratification de leur nouuelle promotion: ce que ie ay veu* (ait Pasquier *liu. 2. des recherch. ch. 4. fol. 40. lit. f.*) *de mon temps plusieurs Regens auoir eschangé en argent.*

kk) A summo Pontifice concessum est Vniuersitatibus Galliæ priuilegium, nominandi graduatos idoneos Episcopis & Archiepiscopis, Abbatibus, & aliis collatoribus, vt beneficia primo vacatura post debitam insinuationem literarum, graduum, & temporis studii, & nominationem, illis conferantur, mensibus definitis, & constitutis in concordatis inter Leonem X. & Franciscum I. Gallarum Regem, & in pragmatica sanctione: Tholosan. *d. lib. 18. de Republ. cap. 9. n. 1. Il conuient, que les graduës soyent nommés par l'Vniuersité dedans le Caresme, & qu'ils s'insinuent aux collateurs en temps de Caresme, pour obtenir benefices, lesquels vaquent és mois de Ianuier, & de Iuillet, pour les graduës nommés; & au mois d'Auril, & Octobre pour les simples*: Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag. 366.* Adde quæ adduxi supra *hoc libro cap. 2. lit. y.*

ll) Vide omnino ea, quæ exhibui supra, *lib. 3. cap. 1. lit. tt.*

CAPVT VI.

De Studiosis, & aliis nonnullis, Vniuersitatibus literariis suppositis.

DIscentes in Academia nobis dicuntur Studiosi, Italis *Scholari*, Gallis *Escolters.* Particularia circa illos

notanda, sunt; quod in Gallia depositionis ludicro (*a*) non exponantur, soluant tamen alicubi isagogicum, *la bien-venuë* (*b*): quod non incipiant gaudere priuilegiis scholarium, nisi postquam semestri spatio in Vniuersitate literis incubuerunt (*c*), & tunc, aut post, non antea, literas Scholaritatis Rector illis impertiri debet: quod gaudeant priuilegiis post istos sex menses (*d*), si studiis incumbant (*e*), (licet simul vt amanuenses alii inseruiant (*f*)) si in Academia remaneant: quod perdant priuilegia si non studeant, si vltra sex menses ab Academia absint (*g*), si pragmatici sollicitatores processuum in loco Academiæ fiant (*h*). Quod non possint vti priuilegiato suo foro, si agantur rei de causa publica, ac quando cum ipsis Procurator fisci, seu Regis, agit (*i*), nec non, postquam longos per annos in Vniuersitate studuerunt (*k*). Cæterum, an exteri, in Vniuersitatibus Galliæ studiis incumbentes, oneri albinagii (*l*) subiiciantur, inter Doctores controuersum est. Ratio pro Studiosis militare videtur (*m*); sed praxis, & vsus, contra eosdem (*n*), nisi speciali priuilegio Vniuersitati, atque ita ibidem exteris, hac in parte prospectum (*o*). Suppositi Vniuersitatis, vel qui illi inseruiunt, bedelli, librarii iurati, tabellariique certi (*p*).

Testes & Testimonia.

a) Vide me, *de iur. publ. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 19. *& seqq.*

b) Hoc pessimo, ac in Gallia sæpius damnato exemplo alicubi, (potissimum Tholosæ, vt ego damno meo expertus) ab exteris, præsertim Germanis, transeuntibus, extorquent Scholares, vi atque iniuria vt plurimum interueniente.

c) Ita quidem generaliter Tholosanus, *in syntagm. iuris vniuersi, lib.* 5. *c.* 8. *n.* 13. at rectius, meo iudicio, Rebuffus, *de vniuers. collegior. &c. priuileg.* 141. *pag.* 397. *& seq.* scribit: Hodie Scholares ante sex menses, postquam studere inceperint, non gaudent in Regno Franciæ priuilegio conueniendi suos debitores coram Conseruatoribus, verum alia priuilegia, per ordinationes Regias non restricta, habere possunt. Certe constitutio Ludouici XII. Regis, quæ hanc ad rem allegari solet, non disponit de omnibus scholarium priuilegiis. Eius tenor, qui præcipuam partem huius capitis nostri constituit, talis est: *Louys par la grace de Dieu, Roy de France, à tous ceux, qui ces presen-*

presentes lettres verront, Salut. Comme nos tres-nobles progeniteurs, ayent par cy-deuant, donné, & oćtroyé, plusieurs beaux & grands priuileges, franchises, & libertés, aux Maistres Regens, & Escoliers estudians actuellement ès Vniuersités fameuses, estans en nostre Royaume, païs, & Seigneuries adiacentes; afin que lesdits Maistres, & Regens puissent plus-librement vaquer à entendre, à monstrer, & enseigner, & les Escoliers à apprendre, en toutes facultés des sciences morales, & politiques, dont (la grace à Dieu) la fontaine, qui a esté premierement entre les Grecs, depuis entre les Italiens, est à present en nostre Royaume, à la loüange de Dieu, nostre Createur, & de sa tres-glorieuse, & sacrée Mere, & de toute celestielle de Paradis, & à l'edification en bonnes œuures, non seulement de nos subiects, mais de toutes autres nations. Toutesfois, sous ombre & couleur d'iceux priuileges, se sont par cy-deuant faits plusieurs grands abus, à la foule, trauail, & molestation de nosdits subiects, tant par aucuns, eux disans Escoliers, qui ne l'estoient pas, que par les Maistres, & Escoliers, esdites Vniuersités: mesmement par vertu de leurs mandemens, ou protection de scholarité, citations, ou renuois, qu'ils ont faict faire deuant les Conseruateurs desdits priuileges, tant Apostoliques, que Royaux, en mettant hors nosdits subiects de leurs iurisdictions ordinaires, & faisans plusieurs autres exploicts abusifs, esquels soit besoing, expedient, & necessaire, mettre ordre, pour le soulagement de nosdits subiects, pour ce est-il, que nous desirans pouruoir à ce, qu'en entretenant l'exercice esdites Vniuersités, tel qu'il appartient, lesdits abus, vexations, & molestations indeuës, sur nosdits subiects, cessent. & en ce, & autres choses les soulager de nostre puissance, par l'aduis, & meure deliberation du Parlement, auec lequel la matiere a esté debatuë, auons voulu, statué, & ordonné, & par la teneur de ces presentes, de nostre certe science, pleine puissance, & authorité Royale, voulons, statuons, & ordonnons par edict perpetuel, & irreuocable, les choses qui s'ensuiuent. Et premierement, qu'aucun, par vertu du mandement de Scholarité, ne puisse estre cité, ny adiourné, sous ombre dudit priuilege, par deuant lesdits Conseruateurs, & tiré hors de metes & iurisdictions ordinaires, si non celuy, qui se dit Escolier, soit vray Escolier, estudiant en Vniuersité fameuse, sans fraude; en laquelle il ait residé, & estudié, l'espace de six mois entiers, auant que auoir obtenu la testimoniale du Recteur. Item, & pource, que souuentes fois aduient, que quand ils ont obtenu lesdites testimoniales, ils se diuertissent de l'estude, & vont resider hors desdites Vniuersités, & neantmoins sous couleur dudit priuilege, ils trauaillent & molestent nosdits subiects, nous ordonnons & statuons, que d'oresenauant, si aucun Escolier, en soy distrayant de l'estude, va resider, & demeurer ailleurs qu'esdites Vniuersités, & soit absent par l'espace de six mois, en ce cas il ne ioüira point dudit priuilege, durant son absence. Pource que souuentes fois, quand aucun procés a esté agité deuant les Iuges ordinaires, ou quelque Escolier est partie, ou adioint, non obstant qu'il y ait litis contestation en cause, lesdits Escoliers veulent faire le renuoy d'icelle, nous voulons & ordonnons, que lesdits renuois

renuois, que voudront faire faire lesdits Escoliers, au moyen de leurdit priuilege, se facent deuant la litis contestation, & non aprés. Si aucun Escolier reside en Vniuersité, & neantmoins il n' insiste à l' estude, comme Regent, ou Escolier estudiant iournellement, mais seulement pour demeurer, ou exercer autres actes: en ce cas ledit Escolier ne iouïra point dudit priuilege. Les vrais Escoliers estudians iouïrõt dudit priuilege, durant qu' ils vaqueront à l'exercice de l' estude, pour prendre & acquerir le degré, c'est à sçauoir, les Artiens par l'espace de quatre ans, les Decretistes & Legistes par l'espace de sept, les Medecins par l'espace de huict, & les Theologiens, par l'espace de quatorze; à la fin desquels temps ils peuuent auoir, & obtenir le degré. Et aussi iouïront dudit priuilege ceux, qui y resideront pour regenter, durant le temps qu'ils regenteront, sans prefixion de temps: & où ils auront regenté l' espace de vingt ans continuellement, iouïront perpetuellement dudit priuilege, en residant, & demeurant en ladite Vniuersité. A ce, qu' aucuns n' abusent desdits priuileges, eux disans vrais Escoliers, ce qu' ils ne sont pas, nous voulons, statuons, & ordonnons, qu' où aucun soy disant vray Escolier, intentera vne action, ou fera faire renuoy d' aucune cause, comme vray Escolier, par vertu de son priuilege, la partie contre qui ce sera, pourra alleguer, qu' il n' est vray Escolier & de la qualité dessudite: Et où il sera ainsi trouué, ledit soy disant Escolier, sera, & demeurera entierement descheu du droict, & action par luy pretenduë, condamné és despens de la partie, & en l' amende enuers nous, à la discretion de iustice. Aucun ne pourra estre cité, ny adiourné par deuant quelque Conseruateur desdits priuileges, de plus loing de quatre iournees. Si donnons en mandement &c. Donné à Paris, le dernier iour d' Aoust, l' an de grace MCCCCXCVIII. & de nostre Regne le premier.

d) Vetitum est Academiarum Rectoribus, ante sex menses impensos, Scholasticis dare diplomata attestationis scholaritatis: Tholosan. *in syntagm. iur. d. l.*

e) Hoc patet ex modo adducta constitutione Ludouici XII. & refert Rebuff. *d. tr. de priuileg. priuileg. 31. n. 3. pag.* 127. statuto facultatis Decretorum Parisiensis decerni, neminem de cætero censendum esse Scholarem facultatis Decretorum, vt priuilegiis vniuersitatis & immunitatibus fungatur, nisi ter, aut bis ad minus, per singulas hebdomadas scholas frequentauerit, & more scholarium lectiones audierit.

f) Papon. *lib. 5. arrestor. tit.* 14. *arr.* 3. ex quo tamen omnino contrarium, adstruere voluit Tholosanus *de Republ. d. lib.* 18. *c.* 7. *n.* 15. quando scripsit: Si in Academia studens seruiat procuratori pragmatico Curiæ Parlamenti, tunc amittit priuilegium, quia ab officio transit in artificium, etsi quibusdam horis lectioni intersit Scholarium. Et ita pronunciatum à Senatu Parisiensi refert Papus *lib. 5. rhapsodiæ arrest. tit.* 14. *arr.* 3. Verba Paponii sunt; Amanuensis allegabat, se, antequam ad ædes Charondæ (is erat Procu-

Procurator in Castelleto) accederet, studiosum fuisse, & assidue studia sua continuasse: & quamlibet amanuensis esset, nihilo minus se quotidie quibusdam lectionibus interesse, permittente domino suo, atque ideo priuilegium studiosorum amittere non oportere. E contrario, pars eius aduersa repræsentabat, postquam amanuensis factus esset, eum priuilegium studiosorum amittere debere, eo quod ab officio transierat ad artificium: *arg.l.legatu seruis, §.1.ff. de legat.* Conseruator nihilo minus decernit, eum procedere oportere. A quo appellat reus conuentus: Curiæ autem arresto, appellatione, & eo, à quo appellatum fuerat, in irritum deductis, appellans remissus fuit, & appellatus nihilo minus in expensas causæ appellationis condemnatus, III. Iulii, M D XXX. Hæc Paponius: cui Additionator, qui autorem latinitate donauit, subnectit, *pag. m.* 191. pro amanuensi Consiliarii cuiusdam studiis operam dante, dictum fuisse, eum fruiturum priuilegio Scholaritatis: mense Maio M D LXXIII.

g) Vide supra *lit. c.* adductam constitutionem Ludouici XII. Regis.

h) Priuatur priuilegiis Vniuersitatis, qui pragmatici sollicitatores processuum efficiuntur, siue in Curia Parlamenti, vel in alia, ex constitutione Henrici III. super comitiis habitis apud Blœsenses, *artic.* 33. Tholosan. *d. lib.* 18. *c.* 7. *n.* 15.

i) Si Scholaris agatur reus de causa politica, & publica, quia fauor publicus præfertur singulari, id ipsum; si cum Scholastico Procurator fisci seu Principis agat, declaratum est, per SCta Parisiensis Parlamenti, non pertinere ad forum priuilegiatum scholasticum, neque scholasticum petere posse in his remitti se ad suum iudicem priuilegiatum: Tholos. *d. n.* 15.

k) Rebuffus *d. tr. priuileg.* 149. *p.* 415. hoc restringit ad septem annos incluſiue, quibus ait Scholares Gallos gaudere posse priuilegiis, vltra vero non: idque haberi in ordinatione Regis Ludouici, concernente reformationem priuilegiorum Vniuersitatum. Addit porro, se audiuisse, in vtilitatem Scholarium multa arresta data, per Dominos Generales Parisienses, & Montis Pessulani, super hoc. Post illud tempus scholares communiter se dare practicæ, maxime in Regno Franciæ, & tunc non posse gaudere priuilegiis scholarium. Sed, vbi Ludouici constitutio, quam *sub lit. c.* exhibuimus, nobis pro norma est, variant anni, prout variarum facultatum studiosi in Vniuersitatibus degunt.

l) De iure albinagii dictum supra *lib.* 2. *c.* 7. *lit. xx.*

m) Putarem, ait Rebuffus *d. tr. priuileg.* 129. *pag.* 377. quod licet peregrini bona, id est, exteri, morientis in Regno, Rex Franciæ capiat, iure, quod practici dicunt, albinagii, tamen non capiet bona Scholaris. Nam ratio, quare Rex illa capit, est, quia exterus illa acquisiuit bona in suo Regno; sed ille Scholasticus nihil acquisiuit, imo fere omnia, quæ habebat, in ludo

ludo literario consumpsit. Igitur dicerem, non habere locum in eis ius albinagii, licet non reperiam scriptum: cogitet doctus. Hactenus Rebuffus.

n) *Bien que les Escoliers, & Vniuersités, iouissent de grands priuileges, toutesfois tous Escoliers, & Regens de Colleges, sont subiects au droit d'Aubaine, comme il a esté iugé par diuers arrests du Parlement de Paris* : Bacquet, *en la 1. partie du droict d'aubaine, chap.* 13. *n.* 1. 2. *&* 3. *contre l'aduis* de Rebuff. *in tract. de literis naturalitatis, gloss.* 1. *n.* 8. *&* 9. *&* de Bugnyon *au* 1. *liu. des loix abrogées, chap.* 8. vide *le traicté des successions testamentaires, & à intestat de* Charles de Bonques, *&* Antoine Despeisses, *part.* 2. *n.* 84. *pag.* 580.

o) Scholares, in Vniuersitate Lutetiana literis incumbentes, iuri albinagii non subiiciuntur, vi edicti Regii: Bret *de la souuerain. du Roy, liu.* 2. *ch.* 8. *pag.* 228. & Pontificis Gregorii IX. vt annotauit Rebuffus, *d. pag.* 377. Eodem priuilegio fruuntur Germani, qui literis nauant operam in Vniuersitate Aurelianensi, vt dixi supra *d. lib.* 2. *c.* 7. *lit. xx.*

p) *Les supposts sont certains artisans, ou autres gens, qui sont soumis, & tenus obeïr aux principaux officiers de l'Vniuersité; & aussi iouissent des priuileges d'icelle; comme les Imprimeurs, Libraires, Messagers iurés de l'Vniuersité, & autres tels artisans, qui seruent à icelle* : Loyseau *des offices, liu.* 5. *ch.* 7. *n.* 75. Inter suppositos Vniuersitatum comprehenduntur, papyri confectores, librarii iurati, & alii similes, veluti tabellarii, bedelli, qui fori præscriptionem habent, & immunes sunt, & liberi, vigore testimonialium; Additionator *ad arresta Papon. lib.* 5. *tit.* 14. *arrest.* 9.

CAPVT VII.

De numero Vniuersitatum Franciæ, & in specie, de Lutetiana Vniuersitate.

IN recensendis Vniuersitatibus Regni Franciæ, non vna est scriptorum diuersitas. Nonnemo suo tempore numerauit sex (*a*), alius duodecim (*b*), alius septendecim (*c*); Ego habeo quod in singulis horum desiderem (*d*). Cæterum, dum in specie de vnaquaque agere constitui, primo loco de Lutetiana, tanquam principaliori, dicere aggredior, de reliquis secundum ordinem alphabeticum postea. Quando, & à quo Rege, Vniuersitas literaria Lutetiæ instituta fuerit, adhuc sub iudice lis est. Sunt qui Carolo Magno attribuant (*e*); sunt qui negent

negent (*f*), & eius principia referant ad Ludouicum VII. Incrementum autem ad tempora & regnum Philippi Augusti(*g*). Non minor quoque dissensus opinionum est inter eos, qui hanc Vniuersitatem corpus ecclesiasticum (*h*) dicunt, & illos, qui seculare (*i*); atque hi, præter rationes, quibus vtuntur, habent etiam assensum Parlamenti (*k*), atque ipsius Vniuersitatis confessionem (*l*). Vt vero industria sua maxime inclaruit, ita autoritate (*m*), ac encomiis (*n*) quoque egregie mactata dignoscitur: prodieruntque ex eadem, ceu ex equo quodam Troiano, viri variis in disciplinis perquam eruditi (*o*). Regibus tam chara fuit, vt eam titulo filiæ primogenitæ affecerint; sic dignitatem, locumque Principis nacta perhibetur (*p*). Est porro inter cæteras Vniuersitates eminentissima: vnde graduatus in eadem, graduato in alia Vniuersitate, etiam prius ad beneficia nominato, præferri in beneficiorum acquisitione consueuit (*q*). Habet ius patronatus in certas Ecclesias (*r*), aliaque non exigua iura. Prætendit quoque, sibi votum locumque in comitiis Regni, inter Ecclesiasticos competere (*s*). Quatuor nititur columnis firmissimis, facultatibus puta Theologiæ, Iuris Canonici, Medicinæ, Artium. Tres ex his priores, singulæ suos habent Decanos, duosque cursores, quos bedellos (*bedeaux*) vulgo dicimus (*t*). Illud notabile est, quod Honorius III P.M. hic iura ciuilia Romana publice legi prohibuerit (*u*); cuius constitutioni, qua falcem in alienam messem immisisse Pontificem nonnemo(*x*)monuit, alium sensum, quam communiter fieri solet, attribuere voluit Rebuffus (*y*). Ratio prohibitionis duplex esse fertur, cuius partem vnam quoque assignat Charondas constitutioni Regiæ, qua eadem prohibitio continetur (*z*). Habet hæc Vniuersitas Cancellarios quatuor. Principalem quod attinet, dependisse eum aliquando à Pontifice Romano fama est, postea ex Canonicis Ecclesiæ Cathedralis assumi cœpit (*aa*); munus administrat quousque inter viuos est (*bb*). Alii huius solum mentionem faciunt; sed nonnulli præterea trium aliorum meminerunt; nempe duorum Cancella-

cellariorum Baccalaureorum, & vnius S. Genouefæ (*cc*). Conseruatorum priuilegiorum vnus est Apostolicus (*dd*), alter Regius, qui est Præfectus vrbis Lutetiæ (*ee*); cui à Philippo Valesio R. A. MCCCXL. protectio Professorum, & Scholarium expresse commissa, cum potestate coërcendi eos, qui vim, vel molestiam iniuriarum illis inferunt, siue id fiat intra præpositurae Lutetianę fines, siue alibi: quod & ab eodem Rege an. MCCCXLV. noua declaratione confirmatum (*ff*), ac à Carolo V. anno MCCCLXVI. ad alia extensum (*gg*). Coram hoc Conseruatore, Professores & Scholares Vniuersitatis Lutetianæ conueniri, nec extra muros ciuitatis in causa personali citari, vel trahi debent; iidemque, tanquam actores, alios, sub quocunque Parlamento degentes, coram Conseruatore suorum priuilegiorum conuenire, atque eo trahere possunt inuitos (*hh*): quod Henricus II. confirmauit; ac in specie quidem, vt Vniuersitatis membra debitores suos, qui sibi pro Scholarium victu, habitatione aliisque necessariis obligati, ibi conuenire queant (*ii*). Rector, qui totius Vniuersitatis caput est, ab artium facultate (*kk*) (vel à quatuor nationum procuratoribus (*ll*), vt alii affirmant) singulis trimestribus, (eo enim vsque, non vltra (*mm*), officium suum continuat) nouus eligitur; nempe festis solemnibus, I. mense Decembri, Natiuitatis Christi; II. mense Martio, Diuæ Virginis; III. Iunio, S. Iohannis Baptistæ, IV. Octobri, Diui Dionysii (*nn*). Electionis notabilia apud Belleforestum annotata leguntur (*oo*). Electus iurat varia in capita (*pp*), & nanciscitur iurisdictionem in membra Vniuersitatis. Tribus in septimana diebus, scilicet, Lunæ, Mercurii & Veneris, hora secunda post meridiem, cum Procuratoribus, ordinarie, conuenire solet, vt negotia expediat (*qq*). Muneris, quod gerit, emolumenta sunt, honor (*rr*), autoritas, vel potestas, & varia commoda pecuniaria (*ss*). Sunt etiam Vniuersitati sex Aduocati; quatuor quidem, cum duobus Procuratoribus, in Parlamento; duo vero, cum vno Procuratore, in Castelleto (*tt*). Cætera, quæ notatu digna, vel insignia (*uu*), & res, spectant, vel per-

so-

ſonas. Ad illas referri debent ædes & collegia (*xx*), quæ olim, & hodieque ſatis multa (*yy*); inter quæ Sorbonicum (*zz*), & Nauarenum (*aaa*), præ cæteris primas obtinent. Huc etiam pertinent bibliothecæ, & ſi quid aliud reale eſt. Perſonæ, aut ſunt Profeſſores, vel Magiſtri, aut diſcentes vel ſcholares, aut vtriſque inſeruientes, & illi, qui vocantur *ſuppoſts*, ſuppoſiti; quorum omnium immenſus quandoque dicitur fuiſſe numerus (*bbb*). Profeſſores, & Magiſtri, ſunt quatuor iſtarum facultatum, de quibus ſupra mentionem fecimus. Perueniunt autem ad docendi munus, præuio examine, ſecundum conſtitutiones Regias, ſtatutave (*ccc*); & quod Profeſſorem Mathematices attinet, ſecundum Petri Rami diſpoſitionem (*ddd*). Salaria quæ olim conſtituta, tempore noſtro, quo rerum pretia nimium excreuerunt (*eee*), dicuntur eſſe non admodum pinguia (*fff*). Priuilegia habent egregia, & in pleriſque cum ſcholaribus communia. Studioſi comprehenduntur ſub quatuor Nationibus (*ggg*), quarum prima dicitur Francica, vel Pariſienſis, altera Picardica, tertia Normannica, quarta Alemannica, ſeu Germanica. Harum membra, & quæ prouinciæ, atque ex iiſdem oriundi ſcholares, ad ſingulas pertineant, in ſpecie determinatum (*hhh*). Vnaquæque ſibi eligit peculiarem Procuratorem, vt capitis loco ſit, habetque idem bedellos, & tabellarios (*iii*). Sunt autem ſcholares omnes ſub ſpeciali Regis protectione vel ſalua guardia (*kkk*), ſicque non modo libere ad Vniuerſitatem venire, ſed etiam ibi commorari, & ab eadem in patriam redire, debent (*lll*). Olim, quando Vniuerſitas magno erat in pretio, ſeuere in illos animaduerſum legimus, qui ſcholaribus vim intulerunt. Et ſupereſt eius adhuc publicum, dirutæ olim Sauoiſii domus (*mm*), ac poſtea non niſi Vniuerſitatis gratioſa permiſſione reædificatæ, teſtimonium (*nnn*). Conſtat præterea, quid agere & pati debuerit Tignouille, Præfectus ille Lutetianus, poſtquam ſcholares, qui homicidium commiſerant, prouocantes ad ſuum iudicem, de patibulo feſtinanter ſuſpendi feciſſet (*ooo*). Quantum autem Philippus Rex, qui

Pulchri cognomen tulit, de secura mansione scholarium sollicitus fuerit, patet ex iuramento, quod voluit Vniuersitati præstari à Præfecto vigilum (*pp*). Interdictum tamen scholaribus, ne armati vagentur per ciuitatem (*qq*). Priuilegia, quibus Vniuersitatis Lutetianæ scholares gaudere debent, sunt restricta ad certum tempus (*rrr*); data vero, vel à Pontifice (*sss*), vel à Rege. Innocentius statuit, vt nullus in Vniuersitatem Magistrorum, & Scholarium, aut Rectorem, vel Procuratores, cuiuscunque, aut quarumcunq; facultatum, seu quemquam alium, pro facto, vel occasione ipsius Vniuersitatis, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare, absque sedis Apostolicæ licentia speciali, & si fuerit promulgata, ipso iure sit irrita, & inanis. Gregorius IX. prohibuit, ne vllus Magister, vel Scholaris, Vniuersitatis Parisiensis, capiatur pro debito contracto, nec pro delictis, quamquam probabilis suspicio fuerit contra prædictos orta, sed idonea cautione præstita, cessantibus carcerationum exactionibus, dimittantur; si forte tale crimen commiserint, quod incarceratione sit opus, Episcopus culpabilem detineat (*ttt*). Alia ab aliis quoque Pontificibus promanarunt, quorum nonnulli, vt Alexander III. & Innocentius III. exempli loco esse possunt, eousque potestatem suam extenderunt, vt leges in Vniuersitate præscribere non erubuerint (*uuu*). Regio priuilegio, nempe Philippi IV. declaratur, Magistros, Doctores, vel Scholares, studii Vniuersitatis Parisiensis, non teneri ad mutuum pro bellis Regi subministrandum, vel ad subsidia pro bello imposita, vel imponenda (*xxx*). Idem, & simile, ab aliis Regibus, vel literis, vel ipso effectu, confirmatum (*yyy*). Ab eodem Rege Philippo interdictum, ne ob debitum reale bona mobilia scholarium pignorentur (*zzz*). Philippus VI. prohibuit, bona Magistrorum & Scholarium Parisiensis Vniuersitatis, de quibus in studiis aluntur, capi, vel arrestari, aliqua ex causa, (verba sunt priuilegii) considerata occasione guerrarum, nec per quoscunque, cuiuscunque conditionis, status, vel eminentiæ existant, ne Magistri,

& Scho-

& Scholares Vniuersitatis illius, vagandi à studio assumant materiam (*aaaa*). Idem postea alio priuilegio, plenius confirmauit. Carolus VI. eos voluit immunes esse, ab omnibus impositionibus & subsidiis, concernentibus vinum, atque frumentum, aliosque fructus, quos ex hereditariis fundis, vel beneficiis, percipiunt, siue illos vendant minutatim, vel alio modo, quosve pro sustentatione sua sibi comparant (*bbbb*). Ludouicus XI. noluit Vniuersitati onus imponi literis, quantumcunque generalibus, sed eam in odiosis semper pro excepta haberi debere (*cccc*). Franciscus I. ab antecessoribus suis data confirmans, disposuit, vt non solum Professores, & Studiosi, verum etiam officiarii, & suppositi Vniuersitatis, à subsidiis, nec non ab excubiis, & custodia portarum, aliisque consimilibus oneribus, immunes sint (*dddd*). Exteri, qui tanquam scholares hic degunt, iuri albinagii non subiiciuntur (*eeee*). Competit porro Vniuersitati, pretium constituere pergameno, quod Lutetiam importatur; idque ab Henrico II. confirmatum noscitur (*ffff*). Ab huius Vniuersitatis sententia non licere ad Parlamentum appellare, Rebuffus tradidit (*gggg*), sed vsus reclamat (*hhhh*). Edicto quoque Caroli VII. docemur, causas nonnullas Vniuersitatis in hoc Parlamento ventilari, & decidi posse. Denique, vt finem huic capiti imponamus, de officiariis, & aliis suppositis Vniuersitatis, sciendum est, eos Scholarium priuilegiis vti (*iiii*): esse autem in horum classe (*kkkk*), Bedellos, Bibliopolas iuratos (*llll*), aliquot Pergamenarios, librorum Illustratores, (*Enlumineurs*) librorum Compactores, Scribas, papyri Confectores, atque Nationum, vel Vniuersitatis, Tabellarios.

Testes & Testimonia.

a) *Li studii primi sono quatro, Parigi, Orliens, Borges, & Pottiers, & dipoi Torsi, & Anghieri, mà vagliono poco*: Machiauelli *part. 2. oper. nelli ritratti di Francia, pag.* 128.

b) Fauyn *au theatre d' honneur, liu. 2. chap. 13. pag.* 412.

c) Merula, *part. 2. Cosmograph. lib. 2. cap. 18. circa finem*, has enu-

merat: Andegauensem, Auenionensem, Aurelianensem, Bituricensem, Burdigalensem, Cadomensem, Cadurcensem, Dolanam, Lugdunensem, Massiliensem, Montispessulanam, Nannetensem, Nemausensem, Parisiensem, Pictauiensem, Rhemensem, & Tholosanam.

d) Machiauelli catalogus non imperfectus modo, sed & in eo vitiosus, quod Turonensem nominat, quæ nunquam extitit. Fauyn omittit Aquensem, quæ sententia Regia, apud le Mercure François *tom.* 10. *p.* 437. inter Vniuersitates refertur. Merula, proposito suo insistens, in catalogum refert, non modo illas, quæ sub ditione Regis Franciæ sunt, sed etiam Auenionensem, quæ Pontificis est; Dolanam, quæ Ducatus Burgundiæ; Massiliensem, & Lugdunensem, quæ olim fuerunt, sed iam diu esse desierunt; & omittit Valentianam.

e) Belleforest, *en l'histoire du Monde, liu.* 3. *ch.* 44. *p.* 233. Zabarella & Petr. Anchoran. *in clem.* 1. *de Magist.* Posseuin. *lib.* 3. *select. biblioth. c.* 5. Middendorp. *de Academ. lib.* 6. *p.* 358. Giuseppe Mattheacci, *ragion. polit. fol.* 18 . *b.* Chenu *quest. notab.* 7. *pag.* 55. Bret *de la souuerain. du Roy, liu.* 4. *chap.* 12. *p.* 6 8. Gilles Corrozet, *des antiquités de Paris, ch.* 7. *fol.* 42. Charron, *en l'hist. vniuers. chap.* 113. *pag.* 776. Carolus Magnus, circa annum DCC LXXI. ex Alcuini, præceptoris sui, Venerabilisque Bedæ discipuli, consilio, Academiam Parisiis erexisse fertur, ad eius, quæ Romæ iam erat, archetypum: Merula *d.l. & d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 21. vbi scribit, hanc Vniuersitatem institutam fuisse à Carolo Magno, Romanorum Imperatore, incitantibus eo magnanimum Principem quatuor Venerabilis Bedæ discipulis, Alcuino, Rabano, Claudio, Iohanne Scoto.

f) Loysel apud Chenu, *d. quest.* 7. *pag.* 86. *& seqq.* Estienne Pasquier *liu.* 3. *des recherch. de la France ch.* 21. *fol.* 149. cuius verba, & mentem, præstat hic adiicere. *Ceux, qui en ont parlé deuant moy, disent, que l'Empereur Charlemaigne en ietta les premieres traces, & qu'estans arriués quatre Anglois, ou Escossois, disciples du Venerable Bede, en France, Alcuin, Raban, Iean, & Claude, surnommé Clement, qui crioient, qu'ils auoient de la science à vendre, cest Empereur les ayant ouïs, à leur instigation, & semonce, establit dans Paris vne Vniuersité, où ces quatre grands Docteurs donnerent les premiers auancemens, & progres aux bonnes lettres. C'est l'opinion de Robert Gaguin, puis de Nicolas Gilles, & de Boëce, historiographe Escossois, lequel, pour illustrer sa patrie, dit, que l'Vniuersité de Paris doit à l'Escosse son commencement, & que Clement fut Escossois. Certes, ie veux croire, qu'Alcuin, homme docte, selon la portée de son temps, a esté à la suitte de Charlemaigne, mais que ceste Vniuersité ait iamais esté fondée par cest Empereur, ie ne me le suis iamais peu persuader, encor que pour ne me desmouuoir de ceste commune opinion, i'aye voulu rechercher pour elle tous les auantages, que l'on luy sçauroit donner. Car ce ne seroit pas petite rencontre,*

pour

pour l'exaltation de nostre ville, que l'Vniuersité eust vn tel parrain, comme ce grand Prince. Toutesfois, ie ne voy, ny qu'Eguinart, ny Aimon, ny Rheginon, ny Adon, ny Sigubert, en facent aucune mention. Car quant à l'histoire, qui court sous le nom de Turpin, indubitablement elle est supposée, par quelque Religieux de Sainct Denys: & neantmoins encores n'en parle elle point. Chose, qu'à mon iugement, ils n'eussent escoulé sous silence, s'il en eust esté quelque cas; estant cette fondation non moins digne de commemoration, voire plus, que plusieurs autres particularités, qu'ils ont soigneusement deduictes, en recitant ses faicts & gestes. Mesmes, qu'Eguinart, qui a faict sa vie, semble auoir laissé aux autres historiographes la deduction des exploits militaires de cest Empereur, & pris pour son partage seulement ce, qui regardoit le sçauoir, & bonnes lettres, qui estoient en cet Empereur, nous discourant, qu'il auoit esté nourri non seulement en sa langue naturelle, mais en plusieurs estrangeres, & specialement, que la Latine luy estoit aussi familiere comme sa langue maternelle. Et quant à la Grecque, qu'il l'entendoit, ores qu'il ne la sceut prononcer. Comme pareillement il auoit esté instruit aux arts liberaux, en la Grammaire par Pierre Pisan, & aux autres disciplines par Albin surnommé Alcuin: voire auoit l'intelligence de l'Astronomie. Qu'il fit la vie des Roys de France en vers; donna, à son vulgaire, les noms des mois, & des vents. Que à ses repas, pour ne perdre temps, il se faisoit lire, ou reciter quelque belle histoire. Brief, estant la plus belle remarque, dont Eguinart embellisse la vie de Charlemagne, que le soin qu'il auoit eu aux bonnes lettres, ie ne me puis persuader, qu'il ne eust à la queuë de cecy parlé de ceste Vniuersité, s'il en eust esté fondateur, tant pour la dignité du lieu, où elle est establie, (ancien seiour des Roys de France, dés l'aduenement de Clouis) que pour l'excellence mesme d'vn tel œuure, estant la plus belle closture, que cest historien eust peu adiouster à la suitte d'vne telle narration. Ioinct, que combien que par les loix, & ordonnances du Debonnaire, il soit enioinct aux Euesques, d'auoir Escoles en leurs Eglises, suiuant ce, qu'ils luy auoient promis de faire, au Parlement, par luy tenu à Latigny, & que mesmes au Concil celebré sous Lothaire Empereur, son fils, dedans la ville de Paris, soit faict pareil commandement: toutesfois ie ne trouue point, que l'on se soit onques souuenu de ceste Vniuersité, ny mesmement, qu'elle ait iamais produit vn seul homme de marque, ou vn seul fruict sous toute la lignée de Charlemaigne, ny bien auant sous celle de Hugues Capet. Et mesmes en la seconde partie de ce Concil tenu à Paris, article douziesme, les Euesques le prient, qu'ensuiuant les traces de son pere, & à fin, qu'vne intention si loüable du defunct, ne deuint en friche, il voulust ordonner, que sous son authorité on establist des Escoles, en trois villes, les plus commodes du Royaume; quoy faisant, il procureroit vn grand bien, & honneur à l'Eglise; & quant à luy, qu'il se rendroit à tout iamais recommandable à la posterité. Ce Concil estant tenu dedans la ville de Paris, l'on parloit de l'institution des Escoles publiques, sous l'authorité du Roy. Si Paris eust ia receu cest honneur,

d'auoir

d'auoir vne Vniuersité de la main de Charlemaigne, il ne me peut entrer en teste que l'on n'en eust faict expresse meution, pour exciter Lothaire Empereur, a faire le semblable. Adioustés, que descendant beaucoup plus-bas, on n'en trouue vn seul mot dedans Sainct Bernard, homme studieux le possible, dans les œuures duquel on recueille plusieurs choses, qui appartiennent à l'ancienneté. Bien est-il à Hugues de Sainct Victor, qui lors estoit en estime dedans Paris, (car vers ce temps commençoient les lettres de poindre dans ceste ville) & encores s'attacha il à Pierre Abelard, grand personnage, fors qu'il tenoit quelques propositions erronées: Mais qu'il nous ait iamais baillé le moindre esclair, dont nous puissions recueillir, ie ne sçay quoy de ceste Vniuersité, il n'y en a rien. Toutes lesquelles raisons me font non seulement penser, ains croire, qu'en nos historiographes il y a eu pareil erreur, au discours de l'Vniuersité, comme des Parlemens, & Pairs de France, & neantmoins erreur grandement loüable, d'auoir rapporté l'origine de ces trois grands ordres, à vn si grand patron, que l'Empereur Charlemaigne. (Qui de hac re ante me scripserunt, Carolum Magnum fuisse aiunt huius Vniuersitatis primum fundatorem; ac, postquam quatuor Angli, vel Scoti, Alcuinus, Rabanus, Iohannes & Claudius, cognominatus Clemens, discipuli Venerabilis Bedæ, venissent in Franciam, atque se scientiam vendere palam profiterentur, eos audiuisse, eorumque monitu Lutetiæ instituisse Vniuersitatem, in qua quatuor isti magni doctores rem literariam postea promouerint. Ita tradunt Robertus Gaguinus, Nicolaus Gillius, ac Boëtius, historicus Scotus; qui in laudem patriæ suæ affirmat, Vniuersitatem Lutetianam initium suum debere Scotiæ: Clementem enim fuisse Scotum. Credam quidem, Alcuinum, virum doctum, vt illo tempore, Carolo M. familiarem; at Vniuersitatem Lutetianam ab eodem Imperatore fundatam fuisse, nunquam mihi persuadere potui, licet, vt possem adhærere communi opinioni, omnia, quæ pro illa faciunt, diligenter conquisiuerim: augeret enim haud leuiter excellentiam ciuitatis nostræ, si Vniuersitas illa tantum Imperatorem pro fundatore habuisset. Verum, nec Eginhardus, nec Aimonius, nec Rhegino, nec Adon, nec Sigisbertus, vllam huius fundationis faciunt mentionem. Quod autem attinet historiam, quæ Turpino adscribitur, supposititia est, & opus cuiusdam monachi S. Dionysii, nec tamen & ipsa vllam huius rei ingerit mentionem. Quæ si facta, à tot scriptoribus silentio prætermissa non fuisset; cum hæc fundatio non minus, imo magis digna sit commemoratione, quam particularia alia, ab ipso Carolo confecta, quæ diligenter annotarunt. Certe Eginhardus, qui vitam ipsius descripsit, videtur cæteris historicis annotanda reliquisse facta militaria eiusdem Imperatoris, & sibi describenda accepisse tantum illa, quæ concernunt eruditionem, & literarum cognitionem, qua ille præditus. Sic refert, quod non solum linguæ vernaculæ, sed etiam multarum aliarum gnarus fuerit; quæ-

que

que linguam latinam eadem facilitate effuderit, qua maternam; Græcam autem intellexerit, sed loqui haud potuerit. In artibus liberalibus fuisse eruditum, in Grammatica præceptorem habuisse Petrum Pisanum, in aliis disciplinis Albinum, cognominatum Alcuinum; didicisse etiam Astronomiam. Vitas Regum Franciæ versibus descripsisse, nomina mensium & ventorum vernacula expressisse; quo tempore cibo se reficeret, curasse sibi prælegi, aut recitari elegantes historias, ne scilicet tempus sine fructu elaberetur. Itaque, cum præcipue in eo occupatus fuerit Eginhardus, vt, vitam Caroli Magni describens, potissimum annotaret studium, atque curam, quam impendit bonis literis, non video, cur tandem fundationis Vniuersitatis Lutetianæ, si à Carolo facta, nullam fecerit mentionem, vt facere debuisset, non solum permotus dignitate loci, vbi fundata, qui est antiquum domicilium Regum Franciæ, à tempore Clodouei: verum propter excellentiam operis ipsius, cuius descriptio coronasset historiam. Porro, quamquam legibus & constitutionibus Ludouici Pii iniunctum fuit Episcopis, vt in Ecclesiis suis haberent scholas, vti promiserant in conuentu Latignanensi, atque in celebri Concilio, habito tempore Lotharii Imperatoris, Ludouici istius Pii F. in ipsa Lutetia idem mandatum reiteratum legitur; attamen, nullibi reperio, vllam tunc huius Vniuersitatis factam fuisse mentionem, nec obseruaui, quod vllum produxerit hominem eruditione clarum, aut quicquam præclari egerit, vnde famam consecuta, toto illo tempore, quo Caroli progenies Regno præfuit, ac satis longo etiam postquam Hugonis Capeti familia Regnum tenuit. In secunda huius Concilii Lutetiani parte, *articulo duodecimo*, Episcopi rogant Regem, vt insistens vestigiis parentis, quo tam egregia defuncti voluntas obseruetur, mandet sua sub autoritate, institui scholas in tribus ciuitatibus Regni maxime commodis; id Ecclesiæ commodo, atque honori futurum, Regi vero æternam pariturum laudem. Hoc in Concilio, quod Lutetiæ habitum, actum fuit de erigendis scholis publicis, interueniente autoritate Regis; quod si Lutetiæ Vniuersitas iamdudum à Carolo Magno instituta fuisset, non video, cur non expresse illius debuisset fieri mentio, vt Imp. Lothario exemplum esset, quod imitaretur. Sanctus Bernhardus, qui diu post hæc tempora vixit, vir exacte diligens, & qui multa ad antiquitatis notitiam facientia annotauit, ne verbo quidem huius fundationis meminit. Scripsit quidem ad Hugonem Sancti Victoris, qui tunc Lutetiæ magnæ erat existimationis, (illo enim tempore literæ ibi incipiebant resplendere) ac contradixit Petri Abelardi, viri alioquin egregii, propositionibus erroneis; sed ne minimum quidem indicium nobis suppeditat, hanc Vniuersitatem tunc fuisse constitutam. Hæc omnia me mouent, vt credam, nostros historicos hac in re non minus errasse, quam in origine Parlamentorum, & Parium Franciæ, laudabili tamen intentione,

qua trium harum rerum initia tam magno Imperatori (Carolo Magno) a-scribere voluerunt.)

g). *Mon opinion est*, (pergit loqui Pasquier *d. l. lit. h.*) *que ceste Vniuersité commença de ietter ses premieres racines sous Louys VII. & de les espandre grandement sous le regne de Philippes Auguste, que l'on sçait entre nos Rois auoir esté grandement adonné à l'embellissement, & illustration de nostre ville, & sur tout, qu'elle en doit les premieres promotions à Pierre Lombard, Euesque de Paris, & à son Eglise: Euesque, puis-ie dire, qui fut l'vn des plus-grands personnages de son ordre. Opinion, que ie mis en auant dés l'an MDLXIV. plaidant la cause de l'Vniuersité encontre les Iesuites* (quam exhibet *d. lib. 3. chap. 33.*) *Non toutesfois, que ceste Vniuersité ait esté fondée tout d'vn coup, non plus que le Parlement, ny les douze Pairs; mais, comme Dieu resueille les esprits sur vn subiect en vn temps plus qu'en vn autre, il semble, que les lettres vers ceste saison commençassent à se desgourdir. D'autant, que sous Louys VII. vous eustes ce grand Sainct Bernard, Pierre Abelard, Hugues & Richard de Sainct Victor, Hugue le Chartreux, & vn peu deuant Yues, Euesque de Chartres: & en l'Espaigne, Auicenne, & Auerrois. Et tout ainsi, que ce siecle produisit des gens doctes; aussi se resueilla la deuotion des superieurs, de mieux vouloir aux bonnes lettres, que par le passé. Car lors, sous Eugene le tiers, au Concil, qui fut tenu en la ville de Rheims, fut conclu, & arresté, touchant les erections des Escoles, & estudes publiques aux villes, & nulle mention particuliere de celles de Paris. Et depuis, ce mesme conseil fraternement suiui par Alexandre, & Innocent III. és deux Concils de Latran, qui furent successiuement sous eux tenus, esquels furent ordonnés prebendes, & pitance publique pour les maistres & precepteurs, qui enseigneroient tant la Theologie, que lettres humaines, és Eglises Cathedrales. Le tout presques de mesme façon, que Sainct Marc en auoit vsé en son Eglise d'Alexandrie, dés l'aduenement de nostre Christianisme, & long temps depuis continué en la mesme Eglise. Ces commandemens si souuent reiterés, & par tant de Concils, il ne faut faire nulle doubte que la plus-part des Eglises se voulurent en cecy acquiter de leur deuoir: mais sur toutes, celle de Paris, comme estant exposée en ce grand, & premier theatre de la France: & qui fauorisa encores d'auantage ceste deuotion en ce lieu, fut ce mesme grand personnage, & Euesque de Paris, Pierre Lombard, autheur du liure des Sentences, lequel, plein de sçauoir, & de bon vouloir, meit le premier la main à cest œuure. Quoy que soit, dés & depuis ce temps-là, vous voyés fort frequente mention de l'Vniuersité de Paris, dont auparauant l'on n'auoit parlé.* (Arbitror autem ego hanc Vniuersitatem cœpisse primum sub Ludouico VII. deinde creuisse sub Philippo Augusto, qui maxime, vt notum est, Lutetiam exornare studuit; multum autem debere Petro Lombardo, Episcopo Lutetiano, (qui fuit maximus sui ordinis) atque eiusdem Ecclesiæ. Quam opinionem iam anno MDLXIV. publice proposui, quando pro Vniuersitate contra Iesu-

ctas peroraui. Nolo tamen affirmare, hanc Vniuerſitatem vno tempore omnino conſtitutam, non minus quam Parlamentum, ac duodecim Pares; ſed vt cœlum vno tempore hominum ingenia magis ad hoc, vel illud, excitare ſolet, quam alio, mihi videtur literas tunc torporem excuſſiſſe. Etenim, ſub Ludouico VII. fuit magnus ille Sanctus Bernhardus, Petrus Abelardus, Hugo, & Richardus de Sancto Victore, Hugo Ciſtercienſis, & paulo ante, Iuo, Epiſcopus Carnutenſis, ac in Hiſpania, Auicenna & Auerroës. Quemadmodum vero hoc ſeculum produxit viros doctos, ita & ſuperiores maiori beneuolentia literas proſecuti fuerunt, quam antea. Tunc enim ſub Eugenio III. in Concilio Rhemis celebrato, actum fuit de erectione ſcholarum, atque ſtudiorum publicorum, in ciuitatibus; nulla tamen ſpeciatim mentio facta Vniuerſitatis Lutetianæ. Idem conſilium poſtea ſtudioſe ſecuti ſunt Alexander, & Innocentius III. in duobus Conciliis Lateranenſibus, quæ ſucceſſiue ibidem ſub iiſdem celebrata. Hic aſſignatæ fuerunt præbendæ, ac alimenta publica, Magiſtris ac Præceptoribus, qui in Eccleſiis Cathedralibus docerent Theologiam, atque artes humaniores. Quod fere factum ad exemplum, quo D. Marcus in Eccleſia ſua Alexandriæ, tempore initii Chriſtianiſmi, vſus, quodque poſtea longum per tempus ibidem obſeruatum. Nec dubitandum, poſtquam hæc ſtatuta ſæpius, ac tot in Conciliis, fuiſſent reiterata, maximam Eccleſiarum partem voluiſſe officio ſuo ſatisfacere, inter omnes autem potiſſimum Lutetianam, tanquam in magno, ac primario theatro Franciæ ſitam. Auxit, & promouit hanc deuotionem, magnus ille Epiſcopus, Petrus Lombardus, Magiſter ſententiarum, qui plenus ſcientiæ, & bonæ voluntatis, primum operi adhibuit manus. Quicquid dicamus, tunc, & poſtea, reperimus frequenter mentionem factam Vniuerſitatis Lutetianæ, de qua antea altum fuit ſilentium.)

h) Qui corpus hoc eccleſiaſticum eſſe ſtatuerunt, his rationibus vſi ſunt; quod huius Vniuerſitatis Profeſſores, vi conſtitutionis, cœlibes eſſe debeant: (*tous les Lecteurs & Regens, de quelque faculté que ce fut, ne pouuoient eſtre aucunement mariés pendant leurs Profeſſions, comme ſi les Doctories, & Regences, fuſſent affectées à l'Egliſe, dont elles prenoient leur premiere ſource*: Paſquier *d. liu. 3. & d. chap. 21. fol. 150. lit. d.*) quod in Conſtantiana Synodo Patres oratoribus huius Vniuerſitatis ſeſſionis ordinem decreuerint, inter cœtus Eccleſiaſtici ſubſelliis, non magnatum profanorum. Addunt ex Guymerio, pragmaticæ ſanctionis interprete, hanc Vniuerſitatem mixtum eſſe ſodalitium, ac propter rerum mixturam, verius, decentiusque, Eccleſiaſticum dicendum eſſe: §. *item quod ad dictos, in verb. Eccleſiaſtica, de collat. ex gloſſ. c. 1. §. cæterum, de iur. patron.*

i) Qui hoc corpus pro laico habent, vrgent, quod à Rege ſit fundatum, & dehinc Regis beneficii, & patrocinii; quodque certo capite ſtatuto-

rum Vniuersitatis exprimatur, coniugatos à regentia in Medicina non esse repellendos: Choppin *de sacra polit. for. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 10. (olim, vt dictum, coniugati ad professiones, & regentiam non admittebantur; *(chose qui continua iusques à la reformation, qui fut faite* MCCCCLII. *par le Cardinal d'Touteuille. Car lors fut par priuilege special permis, seulement aux Medecins, de soy marier, chose toutesfois, dont de nostre temps les Docteurs Regens en droit Canon se sont d'eux-mesmes dispensés.* (idque durauit vsque ad reformationem factam anno MCCCCLII. à Cardinale Totouillano: tunc enim Medicis tantum speciali priuilegio concessum fuit esse coniugatis. Nostro tamen tempore Professores iuris Canonici sibi ipsi eandem rem indulserunt.) Pasquier *d. liu.* 3. *& chap.* 21. *pag.* 150. *lit. d. & e. Antiquitates Franciæ*, editæ per du Chesne, *tit. de la ville & c. de Paris, chap.* 19. *pag.* 118. aliud docent, nempe, Parlamentum ipsis licentiam ducendi vxorem concessisse.) *L'Vniuersité*, ait Chenu *d. quest. notab.* 7. *pag.* 68. *est vn corps lay. Le Recteur est lay, non tonsuré, & n'ayant aucune marque de personne Ecclesiastique. Que quelques Recteurs ont esté tonsurés, ils n'ont pris ceste marque, pour estre necessaire afin de paruenir à la dignité du Rectorat, mais pour auoir vne porte, qui leur donnast entrée aux autres ordres Ecclesiastiques.* (Vniuersitas est corpus laicum: Rector laicus, non tonsuratus, neque vllum habens characterem ecclesiastici. Quidam Rectores tonsuræ characterem non propterea assumpserunt, quasi is necessarius foret ad obtinendam Rectoratus dignitatem, sed vt viam sibi sternerent, perueniendi ad cæteros ordines ecclesiasticos.)

k) Curia suprema Parisiensis censuit Vniuersitatem esse seculare collegium: Choppin *de doman. Franciæ, tit.* 27. *n.* 12. Charondas *ad l.* 1. *tit. des colleges, au Code de Henry III. lib.* 11. *tit.* 3.

l) *Tout ainsi que l'estat de l'Eglise vniuerselle est seculier, de mesme l'Vniuersité de Paris est seculiere: le Recteur, Chancelier, Doyen, Syndics, Censeurs des quatre facultés, Procureurs des quatre Nations, supposts, maistres, & Docteurs, sont seculiers.* (Quemadmodum status Ecclesiæ vniuersalis est secularis, sic etiam Vniuersitas Lutetiana: Rector, Cancellarius, Decanus, Syndicus, Censores quatuor facultatum, Procuratores quatuor Nationum, suppositi, Magistri & Doctores sunt seculares.) Ita asserit ipsa Vniuersitas apud le Mercure François *tom.* 2. *pag.* 181.

m) *L'Vniuersité de Paris estoit en grand credit, les Roys voisins luy escriuoient, (comme il se void du Roy d'Hongrie, qui sur le schisme des Antipapes luy addressoit ses lettres) & se mesloit bien auant des affaires du Royaume, iusques à ce que le Duc de Berry, oncle du Roy Charles VI. dit au Recteur, que les Princes quand ils vouloient, ils se querelloient, & quand ils vouloient, s'accordoient, & qu'ils ne s'en meslassent plus. Elle assistoit aux ouuertures des Parlemens, pour honorer la Cour, & non pour y opiner:* Louys d'Orleans, *aux ouuert. de*

Parlem

Parlem. chap. 26. pag. 313. (Vniuersitas Lutetiana in magna erat existimatione, Reges vicini ad eam dabant literas, (vt videmus factum à Rege Hungariæ, propter schisma Antipaparum) atque adeo se immiscebat negotiis Regni, vsque dum Dux Bituricensis, patruus Regis Caroli VI. dixit Rectori; Principes pro libitu arma sumere, ac vbi visum, litem componere: Vniuersitatem non amplius se debere illis immiscere negotiis. Eadem Vniuersitas assistebat solemnitati, qua Parlamentis nouum dabatur initium, in honorem tamen Curiæ, non vero quod ibi haberet ius dicendæ sententiæ.)

n) Lutetiana Academia, non Galliæ modo, sed totius orbis Regina, & omnium Europæ Academiarum mater, Lipsio videtur, *in Louanio, lib. 3. cap. 8.*

—— —— ——Altera regia Phœbi,
Magnanimis Cyrrha viris, Chrysea metallis,
Græca libris, Inda studiis, Romana poëtis,
Attica terra sophis, mundi rosa, balsamus orbis:

vt legitur apud Nathanem Chytræum, *in delic. Europæ, pag. 554. La fontaine de Helicon, la haure des Muses, l'Ocean des sciences.* (fons Heliconis, portus Musarum, Oceanus scientiarum.) Rulman *en ses plaidoyés, pag. 282. Petrarque l'appelle, le delicieux seiour des Muses:* Bret *de la souuerain. liu. 4. chap. 12. pag. 664. C'est la mere souueraine du laict, de laquelle tous doctes & lettrés, tant estrangers, que François, ont esté nourris, & par elle sont paruenus aux honneurs, & dignités, seculieres & ecclesiastiques:* Gilles Corrozet *des antiquités de Paris chap. 7. fol. mihi 42. b.*

o) *Certes qui voudra repasser par toutes les Vniuersités de l'Europe, il n'en trouuera vne seule, qui vienne au parangon de ceste cy; de laquelle nous pouuons dire, que tout ainsi que du cheual de Troye sortirent innumerables Princes, & braues guerriers; aussi nous a-elle produit vne infinité de grands personnages, dont la posterité bruira, tant que le monde sera monde. En la Theologie, vn Gerson, vn Clamengis: car ie ne veux faire mention de Pierre Lombard, pere de tous, qui est sans pair. En la faculté de Decret, vn Rebuffy, vn Quintin: en la Medecine, vn Sylnius, vn Fernel, vn Tagault, vn Gonteric: en la Philosophie, & en toutes bonnes lettres, vn Guillaume Budé, (auquel, outre l'accomplissement qu'il eut de toutes les disciplines, on doit l'institution des Lecteurs du Roy, sous le Roy François I. comme celuy qui luy en donna les premieres memoires) vn Iean Faber, vn Adrian Turnebus, vn Pierre Ramus, vn Robert Estienne. E's Mathematiques, vn Oronce; en langue Grecque, le mesme Budé, & vn Tusan: en l'Hebraique, vn Vatable, & ce non-comparable Mercier; afinque ie ne parle des viuans, dont ceux, qui viendront apres nous, pourront parler sans enuie:* Estienne Pasquier *d. ch. 21. circa f.* (Certe qui omnes Europæ Vniuersitates considerauerit, nullam inueniet, quæ cum Lutetiana possit comparari. De hac enim dici potest, quod quem-

admodum ex equo Troiano plurimi prodierunt egregii duces & milites, ita illam progeneraſſe infinitum doctorum numerum, quorum memoria per omnia durabit ſecula. In Theologia babuimus Gerſonem, & Clamengium; nolo mentionem facere Petri Lombardi, qui, vt eſt omnium pater, ita parem non habet. In iure Canonico clari fuerunt, Rebuffus, ac Quintinus: In Medicina Syluius, Fernelius, Tagotius, nec non Gontericus: In Philoſophia, ac omnibus bonis literis, Guilelmus Budæus, (qui, præterquam quod fuit perfectus in omnibus diſciplinis, etiam Regi Franciſco I. autor fuit in... tuendi lectores Regios) Iohannes Faber, Adrianus Turnebus, Petrus Ramus, Robertus Stephani: In Matheſi, Orontius: in lingua Græca, modo laudatus Budæus, ac Tuſanus: In Hebraica Vatablus, & incomparabilis ille Mercerius. Vt nihil dicam de iis, qui adhuc in viuis ſunt, de quibus poſteri ſine inuidia loqui poterunt.) Græca lingua annis huius ſeculi decimi ex... decimo nono & vigeſimo magis, quam antea, in Academia Lutetiana in cultu fuit. *En l' an MDCXIX. furent faictes trois diſputes publiques en Philoſophie, dans la grande ſale du college de Montagu à Paris, toutes en langue Grecque, tant par les ſouſtenans, qu' aſſaillans. Puis l'année MDCXX. le iour de* Quaſimodo, *François de Harlay, Docteur de Sorbonne, cy-deuant Archeueſque d'Adrianopolis, prés Conſtantinople, & depuis Archeueſque de Rouën, & Abbe de S. Victor, officia en la meſſe, qui ſe dit tous les ans en Grec, en l' Egliſe des Cordeliers, & aprés l' Euangile, feit vne predication en langue Grecque, reueſtu de ſes habit... Pontificaux, où aſſiſterent pluſieurs doctes perſonnages. Ce qu' on eſtime n'auoir encores iamais eſté faict auparauant, depuis la fondation de l' Vniuerſité de Paris, s'eſtans la plus-part des Maiſtres de ladite Vniuerſité contentés, d' vn commun dire, qu' il ſuffiſoit de parler Latin, entendre le Grec, & lire l'Hebrieu*: Charr... *en l'hiſt. vniuerſ. chap. 153. p. 1339.* (Anno MDCXIX. tres diſputationes Philoſophicæ habitæ fuerunt in aula maiori collegii *Montagu* Lutetiæ, Græce loquentibus tam qui reſpondentium, quam qui opponentium vices ſuſtinebant. Deinde anno MDCXX. dominica *Quaſimodo*, Franciſcus Harlæus, Doctor Sorbonicus, Archiepiſcopus antehac Hadrianopolitanus prope Conſtantinopolim, & poſtea Archiepiſcopus Rothomagenſis & Abbas S Victoris, miſſam, vt quotannis fieri moris eſt, græce celebrauit in Eccleſia Franciſcanorum, lectoque euangelio, indutus habitu pontificali, ſermonem habuit eadem lingua Græca, cui interfuerunt multi viri docti. Creditur, à tempore fundationis in illum diem vſq; ſimile non fuiſſe ſuſceptum: pleriſque enim Magiſtris dictæ Vniuerſitatis, vt communiter ferebat..., ſufficiebat, latine loqui, græce intelligere, & hebraice legere.)

p) *Charles V. appelloit l' Vniuerſité ſa fille, & Charles VII. auſſi. Ce... diſcontinua aucunement. Mais le grand Roy François luy redonna ce ... honorer les lettres, qui ſont la lumiere d'vn pais*: Louys d Orleans, ...

des Parlem. d. chap. 26. pag. 313. Les Roys ont octroyé droict de principauté à l'Vniuersité de Paris, en luy donnant tiltre de fille aisnee, de la Couronne de France. De faict l'Aduocat en Parlement, qui plaide les causes de l'Vniuersité, prend place au banc des Princes: Coquille *sur les coustumes du Niuernois, chap.* 1. *artic.* 10. *pag.* 33. vel, vt legimus apud Bouchel, *en la Bibliotheque ou thresor du droit François, tom.* 1. *pag.* 370. *verb. barreau; il plaide du barreau des Pairs, qui est du costé de la cheminee.*

q) *On a tousiours tellement porté les graduës de l'Vniuersité de Paris, que quand ils viennent en concurrence auec les graduës des autres Vniuersites, on leur adiuge la preference, bien que les autres soient plus anciens-nommés*: Biet *de la souuerain. d. liu.* 4. *chap.* 12. *pag.* 666.

r) *Ceste Vniuersité a le droit de patronage de trois Eglises parochiales, S. Germain le Vieil, S. André, & S. Cosme & Damien, par vertu de ce droit, les supposts à icelle nomment au Recteur vn graduë, qui est esleu entre les Escoliers, & presenté par le Recteur à l'Euesque de Paris*: Chenu *d. q.* 7. *pag.* 56.

s) Anno MDCXIV. cum comitia trium Statuum haberentur Lutetiæ, *l'Vniuersité de Paris fit faire vne supplication au Clergé, qu'il pleust à la compagnie de la fauoriser, & receuoir en assemblée, en laquelle, par longue possession, vsage, & obseruance, elle deuoit auoir entrée, voix, & seance*: le Mercure François, *tom.* 3. *pag.* 131. sed non fuit admissa, *mais seulement ordonné, que l'Vniuersité pourroit dresser son cahier de plaintes, & l'apporter, & remettre à l'assemblée du Clergé: d. tom. pag.* 133.

t) Merula, *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *L'Vniuersité est diuisée en quatre facultés, de Theologie, Decret, Medecine, & des Arts*: Pasquier *d. liu.* 3. *chap.* 33. *fol.* 175. *e. A chacune des trois premiers facultés preside vn Doyen, chacun desquels à deux bedeaux, qui sont comme huissiers*: Corrozet *d. fol.* 42. *b.* Habeo autem vnaquæque prædictarum facultatum, suum librum matriculæ; in qua si inueniatur scholasticus descriptus, & postea in singulos annos iura soluisse, non debent ei negari literæ temporis studii, quod eis est vtile, vt simul atque in Vniuersitate degunt, matriculæ adscribantur, quæ non perditur, sed socii quandoque moriuntur, & discedunt, ob id testificari non possunt. Ita tradit Rebuffus *d. tr. priuileg.* 170. *pag.* 463.

u) Honorii III. constitutio, quæ refertur *in c. super specula* 28. *de priuileg.* ita sonat: Sane, licet sancta Ecclesia legum secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis, & iustitiæ vestigia imitatur: quia tamen in Francia, & nonnullis prouinciis, laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur, & occurrunt raro ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri; vt plenius sacræ paginæ insistatur &c. firmiter interdicimus, & districtius inhibemus, ne Parisiis, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis, quisquam docere, vel audire ius ciuile præsumat: Et qui contra fecerit,

erit, non solum à causarum patrociniis interim excludatur, verum etiam per Episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

x) Marc Vulson, *de la puissance du Pape, & des libertés de l'Eglise Gallicane, liu. 3. chap. 17. n. 4.*

y) Illa decretalis Honorii III. aliter intelligitur à Rebuffo, *in tract. nominationum, quæst. 5. n. 15. & seqq.* quam, vt absolute prohibeantur lectiones ciuilis iuris, omnibus in Francia, Parisiis, & vicinis locis: siquidem contextus illius decretalis, vt ipse asserit, agit de personis ecclesiasticis, & causis, quæ possunt terminari canonibus; estque veluti pars alterius decretalis, *super specula 5. de Magistris, & c. non magnopere 3. ne Clerici vel Monachi secular. negot. se immisc.* quibus locis prohibitum fuit monachis, & aliis religiosis personis, claustrum exire, ad audiendam Medicinam, seu Physicam, & leges discendas, id ipsumque presbyteris. Quibus accessit decretalis, *super specula 28. de priuileg.* tanquam pro ratione; nempe, quod personæ ecclesiasticæ non tam indigent legibus ciuilibus, quantum canonicis, & sacra Theologia: maxime, cum etiam laici in Francia, nempe Parisiis, & locis vicinis, vtantur iure consuetudinario, non legibus ciuilibus: Ideo multo minus necessariæ sint illæ leges ecclesiasticis personis. Deinde, & datur alia ratio, quod Academia Parisiensis præcipue instituta est pro sacra Theologia, & ideo, vt liberius, & diligentius, sacris literis eo confluentes clerici vacare possint, prohibetur lectio publica iuris ciuilis, ne illius curiositate à Theologia distrahantur. Sed neque etiam leges explicari vetatur, quæ faciant ad iuris pontificii explicationem, quales sunt, quæ in ius pontificium translatæ sunt, & dicuntur canonizatæ: Tholosan. *de republic. d. lib. 18. cap. 6. n. 7.*

z) In Codice Henrici III. *lib. 11. tit. du reglement des Vniuersités, const. 3.* ita legitur: *Nous defendons à ceux de l'Vniuersité de Paris, de lire, ou graduer, en droit ciuil:* quod Charondas, *ibidem in notis*, ideo factum monet, non vt ius ciuile reprobetur, sed vt Theologia potissimum, Philosophia, aliæque scientiæ debeant florere.

aa) *Le Chancelier de l'Vniuersité de Paris, estoit anciennement vn office de telle importance, que Boniface VIII. lors des grandes affaires, qu'il auoit en France, le tira à soy, à fin d'auoir l'authorité particuliere en l'Vniuersité, principalement enuers les Docteurs de Theologie, ausquels c'est le Chancelier, qui donne les degrés, benediction, & commissions de prescher par tout le monde. Mais après la mort de Boniface, l'Vniuersité, ayant voulu r'auoir cest office, Benoist II son successeur, le luy rendit, & pour euiter semblable vsurpation à l'aduenir, il fut affecté à vne Chanoinie de l'Eglise Cathedrale de Paris, comme il se void par la bulle de ce Pape, estant és registres de ladite Eglise, en ceux de S. Geneuiefue & au liure du Recteur, où il y a encor vne autre bulle de Gregoire XI. Loyseau du droict des Offices, liu. 4. chap. 2. n. 34.* (Officium Cancellarii Vniuersitatis Lute-

Lutetianæ olim tanti æstimabatur, vt Bonifacius VIII. quo tempore magna negotia in Francia tractabat, illud ad se traxerit, singularis in Vniuersitate obtinendæ autoritatis causa, potissimum apud Doctores Theologiæ, quibus Cancellarius confert gradum, benedictionem, & facultatem concionandi per vniuersum orbem. Cum autem Vniuersitas, post mortem Bonifacii, illud Cancellarii officium repeteret, Benedictus, eius successor in papatu, id illi restituit, & ne iterum eiusmodi vsurpationi in futurum locus relinqueretur, addictum fuit certo canonicatui in Ecclesia cathedrali Lutetiæ, vt cognoscimus ex bulla eiusdem Pontificis, quæ in archiuo dictæ Ecclesiæ, nec non S. Genouefæ, asseruatur, ac legitur in libro Rectoris, vbi etiam alia bulla extat, quæ est Gregorii XI.)

bb) *Le Chancelier de l'Vniuersité de Paris, iouït sa vie durant de sa charge*: Pasquier *in editione posteriori, des recherch. de la France, liu. 9. chap. 22. pag. 842.*

cc) *Deux Chanceliers sur les Bacheliers; le Chancelier de Nostre Dame de Paris, le Chancelier de saincte Geneuiefue*: Corrozet *d. loc. fol. 44. a.* Merula *dict. loc.*

dd) Apostolicus Conseruator priuilegiorum, constitutus est pro actionibus duntaxat personalibus, & ciuilibus, non etiam realibus, & ad criminum cognitionem pertinentibus: Roussel, *lib. 6. histor. iuridict. Pontificiæ, cap. 7. n. 23. pag. 679.*

ee) *Pour conseruation de leurs priuileges, leur fut baillé, pour Iuge, le Preuost de Paris, lequel pour ceste cause fut appellé Conseruateur des priuileges Royaux de l'Vniuersité de Paris*: Pasquier *d. liu. 3. des recherch. chap. 21. fol. 153. a. veter. edit.* Et est constitutus pro casibus laicæ iurisdictionis: Roussel *dic. loc.*

ff) Philippus, Dei gratia Francorum Rex, vniuersis, præsentes literas inspecturis, salutem. Notum facimus, quod ad supplicationem Vniuersitatis Magistrorum, & Scholarium, Parisiis studentium, nos eiusdem nostras concessimus literas, tenorem qui sequitur continentes. Philippus, Dei gratia Francorum Rex, Præposito nostro Parisiensi, vel eius Locumtenenti, salutem. Cum Vniuersitatis Magistri, & Scholares Parisienses, in nostra speciali saluaguardia, & protectione existant, cum venerint ad studium, & ibidem morantur, vel ad patrias suas redeunt; frequenter tamen, prout accepimus, iniuriæ, molestiæ, oppressiones, violentiæ, nedum in præpositura tua & sede, sed & in locis aliis, inferuntur, in præiudicium guardiæ nostræ, quas prosequi nequeunt extra Parisiensem ciuitatem, quin à suo studio distrahantur, grauiterq; vexantur laboribus, & expensis, si extra ipsam ciuitatem iniurias huiusmodi prosequi oporteret: supplicantes, sibi per nos de remedio prouideri opportuno. Quare nos eorum supplicationi fauorabili-

biliter annuentes, idcirco tibi protectionem ipsorum, custodiam [illegible] tionem insuper eorum, qui in protectionis & guardiæ nostræ præiudicium Vniuersitati, seu Magistris, & scholaribus prædictis inferent violentiam indebitam iniuriarum, vel iacturam, siue intra Præposituræ tuæ fines, siue in locis aliis quibuscunque Regni nostri, tenore præsentium committimus; quod etiam concedimus eis de gratia speciali, priuilegiis, seu consuetudinibus in contrarium impetratis, seu etiam impetrandis, non obstantibus quibuscunque. In cuius rei testimonium, nostrum sigillum præsentibus est appensum. Datum ap. Vincen. vltima die Decembr. A. Domini MCCCXL. Postmodumque Vniuersitatis Magistri, & Scholares prædicti, asserentes, quod licet illo verbo, iacturam, in dictis literis contento, illicite detenta contineantur, dictus tamen Præpositus sæpius hæsitauerat, an ipse de bonis, ad dictos Magistros, & scholares pertinentibus, & de his, quæ debentur eisdem, deberet, seu posset cognoscere, virtute literarum prædictarum. Asserentes insuper, quod nonnulli Balliui, & alii, de Ducatu Normanniæ, & de quibusdam aliis partibus Regni nostri, prætextu quorundam priuilegiorum, eisdem, vt dicebant, à nobis, seu prædecessoribus nostris concessorum, dicto Præfecto in præmissis obedire recusabant, nobis supplicantes, vt super hoc declarationem facere dignaremur. Nos igitur, visis literis ipsa dictis, & supplicatione Vniuersitatis Magistrorum, Scholarium prædictorum, hisque consideratis, quæ circa hæc considerari debebant, habita super hoc deliberatione diligenti cum fidelibus, & dilectis gentibus Parlamenti nostri, Cancellario, & pluribus aliis Consiliariis nostris, declarauimus, quod super hoc iniuriarum, molestationum, oppressionibus & violentiis, eisdem Magistris & Scholaribus, in personis, aut familiaribus, in propriis eorundem, seu Magistrorum, aut Scholarium propriis bonis, ad ipsos Magistros, seu Scholares, sine fraude, aliqua fictione, & absque cessione, transportu, vel alio simulato contractu, pertinentibus, illatarum, vel inferendarum, dictam guardiam nostram infringendo, contra dictarum literarum tenorem, nec non super damnis, & interesse, exinde secutis, à quibuscunque personis, & vbicunque, intra Regnum nostrum, dictus Præpositus summarie, & de plano cognoscet, & faciet bonæ iustitiæ complementum, faciendo nobis, & parti, debite emendari. Et ab omnibus Regni nostri Iustitiariis, vbicunque constitutis, obedietur nostro Præposito, in hac parte, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, Normannis, seu aliis Regnicolis, concessis, seu etiam concedendis. In cuius rei testimonium, præsentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Parisiis, in Parlamento nostro, XXII. Maii, anno Domini MCCCXL. Leguntur apud Fontanon, *tom. 4. des Edicts, & Ordonannces des Rois de France, tilt. 11. pag. 1993.*

gg

gg) Carolus, Dei gratia Francorum Rex, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Grauem querimoniam dilectæ nostræ Vniuersitatis Magistrorum, & Scholarium Parisiis, recepimus, continentem, quod cum à sancta Sede Apostolica eisdem indultum existat, vt vniuersi Magistri & Scholares, in Dei Ecclesia beneficiati, in studio Parisiensi actu studentes, in qualibet facultate licita insistendo studio, fructus, reditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum, vsque ad septennium integre possint percipere, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, ac si in Ecclesiis, siue locis, in quibus illa obtinent, personaliter residerent. Nec non, tam à dicta sancta Sede, quam prædecessoribus nostris Franciæ Regibus, & nobis, veniendo ad dictum Parisiense studium, in ipso morando, actu studendo, vel ab eodem ad propria redeundo, ipsi, & eorum principales seruitores, vtpote Conseruator priuilegiorum, Sigillifer Curiæ, & quatuor facultatum principales Bedelli, à pedagio & quacunque exactione sint immunes, exempti; & virtute priuilegiorum, à dicta sancta Sede eidem Vniuersitati indultorum, defensores, occupatores, impedientes, fructus, reditus, exitus, prouentus, & arreragia dictorum suorum beneficiorum, iuxta formam & tenorem dictorum priuilegiorum, soluere recusantes, & quoscunque, ab ipsis pedagia, & exactiones quascunq; recipientes, & leuantes, coram Conseruatore dictorum priuilegiorum citare, & ad iudicium euocare, ac ipse Conseruator de præmissis cognoscere, eosque ad reddendum, & soluendum, eisdem Magistris & Scholaribus, fructus, reditus, exitus & prouentus, ac arreragia sibi debita, ratione suorum dictorum beneficiorum, nec non ad desistendum, & cessandum à detentione, occupatione, & impedimento, per ipsos in ipsis fructibus, reditibus, exitibus, prouentibus, & arreragiis, & ab ipsis ablata, reddendum, & restituendum, censura Ecclesiastica cogi, & compelli, à tempore concessionis dictorum priuilegiorum, à quo tempore non est memoria hominum, & de eis cognoscere consueuerint. Nihilo minus tamen, dilecti & fideles Consiliarii nostri, Parlamentum nostrum Parisiis tenentes, Præpositus Parisiensis, nonnullique Iustitiarii Regni nostri, de die in diem, eisdem Magistris, & Scholaribus, ac Conseruatori dictorum priuilegiorum, ex parte nostra, sub certis, & diuersis pœnis, nobis applicandis, inhibuerint, & inhibent, ne de dictis reditibus, fructibusque, exitibus, prouentibus, & arreragiis, dictorum beneficiorum, eisdem Magistris, & Scholaribus debitis, ac de receptis per dictos pedagiarios, & exactores, seu exactiones recipientes, & leuantes, cognoscat, nec per dictum Conseruatorem cognosci procurent; dicentes, causas ipsas fore mere reales, & ad ipsos Consiliarios, & Iustitiarios, forumque nostrum de eisdem cognoscere debere spectare. Propterea cum instantia, & humilitate nobis supplicauerunt, quod cum eisdem Magistris, & Scholaribus esset graue, & sumptuosum, pro

 qualibet

qualibet actione, seu querela, ratione præmissorum, coram prænominatis nostris Consiliariis, & Iudicibus comparere, ipsosq; oporteret totaliter suum dimittere studium; maxime, cum plures de dictis debitoribus, detentoribus, occupatoribus, leuatoribus, & exactoribus, interdum extra Regnum nostrum fore contingat; quatenus de nostra speciali gratia eisdem Consiliariis nostris, Præposito, & Iudicibus Regni nostri, inhibere vellemus, ne de cætero tales, vel consimiles inhibitiones, dicto Conseruatori, Magistris & Scholaribus, fa:erent, sed prædictis immunitatibus, & libertatibus, ac priuilegiis vti, & gaudere, ac prædictum Conseruatorem de præmissis cognoscere, permitterent, & alias super præmissis de remedio prouidere dignaremur opportune. Nos vero attendentes & considerantes fructus vberes, & palmites pretiosos, quos Parisiense studium, præ aliis generalibus studiis, in prærogatiua scientiarum singulare vbique diffundit, & ne ab eorum studio distrahantur; nec non magnam affectionem, quam erga dictam nostram filiam, Vniuersitatem, hactenus habuimus, & habemus, dignum & rationabile, vt eorum supplicationibus, præsertim in his, quæ Magistrorum, & Scholarium ipsorum commoditatem respiciunt, fauorabiliter annuamus, quamuis de iure nostro Regio cognitio præmissorum ad nos, & forum nostrum, spectare dignoscatur, tamen eidem nostræ filiæ, Vniuersitati Parisiensi, de gratia speciali concessimus, & tenore præsentium concedimus, quod Conseruator dictorum priuilegiorum de præmissis cognoscat, dum tamen conclusio libellorum, seu petitionum fuerit personalis: Inhibentes eisdem nostris Consiliariis, Præposito Parisiensi, cæterisque Iustitiariis Regni nostri, ne de cætero eisdem Conseruatori, Magistris & Scholaribus, tales vel consimiles, inhibitiones, de & super præmissis, faciant, seu fieri præcipiant, & procurent, sed nostra præsenti gratia vti, & gaudere, ac dictum Conseruatorem de præmissis, modo prætacto, cognoscere permittant. In cuius rei testimonium, nostrum præsentibus literis fecimus apponi sigillum. Datum apud Luparum, prope Parisios, decima octaua die Martii, anno Domini MCCCLXVI. & regni nostri tertio.

membris, ex statuto, lato anno MDC. *vide lib. Adsessor. fol. 456.*) Procurator alternis vicibus, modo ex superioribus, modo ex inferioribus Germanis, eligitur, nisi continuatio, ob festum anniuersarium, indulgeatur. (*Statut. fol. 114. Procur. lib. 2. fol. 70.*) Electus iurat Nationi in hæc verba. *Ego iuro, quod officium Procuratoris fideliter exercebo, & deliberata in congregatione Nationis exequar iuxta posse. Item, iuro, quod nullam priuatam, nisi Seniorum, faciam congregationem; sed quoties congregationem fecero publicam, omnes Dominos de Natione ad illam per Bedellum Nationis vocari mandabo. Item, iuro, quod solita iuramenta à nouitiis recipiam. Item, iuro, quod tempore procurationis meæ elapso, officium meum sine quacunque difficultate resignabo. Item, iuro, quod sigilla Nationis meæ, gesta atque statuta, pleno Nationis, vel maioris eius scitu, atque saniore consensu, ad eius vtilitatem, & honorem facta, diligenter inscribam, & in mei officii depositione, nisi me iusta & rationabilis causa excusauerit, inscripta ostendam. Item, iuro, quod hoc meo procurationis officio, tam pro ipso habendo, quam non habendo, per me, vel alium, tacite vel expresse, nullo pacto stipulatus fui. Item, iuro, quod ista iuramenta à successore meo recipiam, nec depositum Nationis, aut præsentes actorum libros, seu sigilla, eidem tradam, nisi iusiurandum hoc ab eo solemniter fuit adimpletum. Item, iuro, me conuiuium illud vniuersale, cum pernicie Nationis nostræ introductum paucis ab hinc annis, neutiquam celebraturum. Item, iuro, me quinque coronatos inclytæ Nationi German. ratione Procuratorii debitos, ante resignationem officii mei ærario illaturum, aut in libros bibliothecæ emendos insumpturum. Ita me Deus adiuuet.* Cæterum rite electus Procurator Rectori sistitur ac, nulla, vel Doctoratus, vel Licentiæ dignitate insignitus, admittitur, etiam sine iuramento Vniuersitati præstando. Est membrum Vniuersitatis, vnde ad conuentum publicum einsdem, in negotiis publicis, vocari debet. (*ex constit. Car. VII. MCCCCLXI. Stat. fol. 108.*) In conuentibus Vniuersitatis publicis, atq; aliis consessibus, Procurator Nationis Germanicæ primum post Procuratorem Nationis Francicæ locum tenet. Procurator Candidatus, in consequendo Licentiæ, vel Doctoratus honore, ad medias tenetur. (*Procur. fol. 56.*) Rationes Vniuersitatis à Rectore, Collegioque Doctorum, vnoquoque trimestri, vel ad summum anno, exigere potest. (*Statut. fol. 109. ex confirm. Henrici IV. anno MDC.*) ex legato Iohannis de Prussia, Medic. Doctor. sacro quando interest, die S. Matthiæ celebrando, præsentias capit. (*Statut. fol. 12.*) suffragium non habet in conuentu Nationis, nisi post cæteros; quod si vero vota sint paria, ex animi sententia concludere potest. (*Procur lib. 3. fol. 243.* Promotorum diplomata graduum, quos consecuti sunt, subsignandi ius habet. (*Statut. lib. 1. fol. 45. ex priuileg. Rect. & colleg Doctor. 1325. concesso*) Eius officii, præter illa, quæ in iuramento expressa sunt est, in nationis album neminem secreto, sed publice, & legitime per bedellum citatum, (exceptis personis Illustribus, & Genero-

 sis,

sis, vt supra dictum) in loco consueto recipere. (*Statut. fol.9.*) Neminem vero ex Germanicis recipere in hoc album, nisi eum, qui vel studiorum, vel exercitiorum gratia, (mechanicis exclusis) ad hanc vrbem se contulerit. (ex mandato à Balliuo promulgato) statuta facta, in librum Nationis ad hoc destinatum referre, antea tamen in conuentu publico prælegere. (*Adsessor. lib. 3. fol.114.*) Officium hoc trimestre est. Hæc aliaque, quæ ex libris statutorum, Procuratorum, & Adsessorum Nationis Germanicæ, in compendium redacta, & inter acta reseruantur, exhibet Gœlnitz, *in d. Itinerario, p.236. &c.*

p) Quæstor, siue pecuniarum receptor, rite electus, Ex quæstori iusiurandum præstare debet, secundum vsum confirmatum ab Henrico IV. anno MDC. Iuramenti tenor est. *Ego iuro, quod officium Receptoris fideliter exercebo; honorem & commodum Nationis meæ fideliter seruabo, ac procurabo. Item, iuro, quod pecuniam Nationis meæ, etiam quouis colore habito, pro ipsius negotiis non erogabo, nisi eadem Natione rite congregata, consulta ac consentiente. Item, iuro, quod hoc officium Receptoris, coram Natione mea debito tempore, absque vlla difficultate resignabo. Item, iuro, quod pro hoc officio Receptoris, tam pro illo habendo, quam non habendo, per me, vel alium, tacite, vel expresse, nullo modo stipulatus fui. Item, iuro, quod in resignatione huius officii mei, Nationem meam de omnibus, & singulis per me ex parte eiusdem receptis, atque expositis, fideliter, & sine omni difficultate, ante meam liberationem prius contentabo, sigillaque, ac libros receptorios successori meo, in facie Nationis meæ, integre, & libere resignabo. Item, iuro, me sigillum Nationis, diplomatibus promotorialibus ciuium nostrorum, vel literis testimonialibus exofficiariorum, & seniorum, non impressurum, antequam per attestationem Bibliothecarii mihi constet, eum bibliotheca de XXX. assibus, vel eiusdem pretii libro, satisfecisse. Sic me Deus adiuuet.* Porro, in ferendis suffragiis, & dicendis sententiis, primum locum obtinet Quæstor (*Procurat. lib.2. fol.* 18. *Adsess. lib.3. fol.578.*) Solus pecuniam inclytæ nationis recipit, & inde tertiam partem bibliothecæ persoluit. (*Procur. lib. 4. fol.578.*) Ex ea nihil, nisi decreto Nationis, ac Procuratoris, impendere debet. (*Procur. lib. 2. fol.18.*) Pecunia ærarii, in tuendis priuilegiis, in conuiuium Nationis, in innocentia defendenda, in redimendis captiuis, in subleuandis ægrotis, pauperibus, & miserabilibus personis, eroganda est: (*fol.78. 79. 112.*) In eleemosynas vltra quindecim asses, nisi meritum personæ pluris singulariter iudicatum fuerit, solui non debet. (*Adsess. lib.3 fol.* 300.) Ærarii scrinium tribus clauibus occluditur, (*statut. lib. 4. fol.130.*) vna Quæstori, altera Procuratori, tertia Adsessori, committitur. Quod ex liberalitate aduentantium, aut quocunque alio iure, inclyta Natio recipit, singulis mensibus bis, præsentibus Procuratore, & Adsessore, imponi debet: (*stat. fol.116.*) Si contingat ante diem trimestris euocari Quæstorem, alius in eius locum in Seniorum collegio subrogari potest. (*Procur. lib.4. fol.577.*)

officio

officio legitime abiens, rationes coram Natione, vel Procuratore, & Adsesfore, reddere, & acta sua, seu tabulas accepti, & expensi, in librum Nationis Quæstorum scribere tenetur. (*Procur. fol.* 18 *lib.* 2. *Adsess. lib.* 3. *fol.* 442.) Hoc officium sustinui anno MDCXIX. cum Procuratoris munere fungeretur Iulius Theodorus à Steenuuic, Transisulanus.

q) Adsessor rite electus Exadsessori iusiurandum tale præstat. *In nomine Domini iuro, me munus adsessorium Incl. Nat. Germ. nostræ in hac vrbe Aurelianensi, optima fide, & è dignitate, commodoque Nationis administraturum: & inprimis nullam iniisse pactionem, vel coitionem de hoc munere vel recusando, vel adipiscendo. Deinde, Procuratori Incl. Nat. nostra me, in rebus, subitis maxime, aliisque recte deliberandis, & procurandis, in adeundis magistratibus, salutandis principibus, & legatis, perscribendis epistolis, cautionibus, formulisque, ad honorem Nationis pertinentibus, consilio, opera, & re præsto futurum. Item, iuro, me curaturum, vt durante meo munere, omnia noua priuilegia, arresta, & statuta, & alia eiusdem generis Incl. Nat. Germ. concernentia, à Notario Regio, si causa desideret, fideliter in librum statutorum & priuilegiorum scribantur. Sic me Deus adiuuet.* Cæterum Adsessor in suffragiis ferendis, & sententiis dicendis, secundum obtinet locum. (*lib.* 3. *Adsess. fol.* 18.) In electione officiariorum cauere debet, ne cui ex officiariis suggeratur nomen alicuius deligendi. (*Adsess. lib.* 3. *fol.* 360.) si ante diem ei discedendum fuerit, in seniorum consilio officium resignare debet. (*Adsess. lib.* 4. *fol.* 577.) Acta sua, literas, & quicquid ad Nationem pertinet, in librum Nationis inscribere debet. (*Adsess. lib.* 3. *fol.* 314.) Originalia, & authentica exemplaria qualiacunque, ad Nationem pertinentia, in archiuo, seu chartophylacio bona fide ab ipso recondi debent. (*Adsess. lib.* 3. *fol.* 445.)

r) Seniores, & Consiliarii Nationis, in hæc capita iurant. *Ego iuro, me quotiescunque à Domino Procuratore ad conuentum vocatus fuero, ad præstitutam horam adfuturum, aut promitto, secundum leges, solutionem, nisi ex legitima causa, eaque à senatu approbata, abfuero. Item, iuro, me non ex affectione, sed ex re Nationis iudicaturum. Item, iuro, me, cum vrbe hac exiuero, bibliothecæ librum, aut XXX. ad minimum asses, ad libros in Bibliothec. emendos, daturum. Ita me Deus adiuuet.* Duodecim vero Seniores esse solent, nempe sex Germani, ac totidem Belgæ.

s) Bibliothecæ præfectus olim vnus fuit, hodie duo sunt, quorum iuramentum, quod Exbibliothecario præstare post electionem debent, tale est. *In nomine Domini iuro, me munus præfecti bibliothecæ Incl. Nat. Germ. in hac vrbe Aurelianensi, optima fide, & è dignitate, commodoq; eiusdem Nationis, administraturum: & inprimis, nullam iniisse pactionem, vel coitionem, de hoc munere vel recusando, vel adipiscendo. Me daturum esse operam, vt bibliotheca nostra, & ea quæ pertinebunt ad ipsam, conseruentur, augeantur, & floreant:* si

Sique aliqui libri, vel pecunia, ad eam conferantur, diligenter conseruentur, omniaque collatorum, & conferentium nomina, in acta mea referantur: Me astas in libris collocandis conseruaturum, & in aliis libris, quicunque ad bibliothecam accesserint, continuaturum, eosque, seruatis omnibus circumstantiis, rite in bibliotheca catalogum Italico charactere consignaturum: Me, dum Magistratu abiero, successoribus meis per octo dies in bibliotheca adfuturum, illosque de omnibus necessariis instructurum: Me non permissurum, vt vllus ex libris prohibitis ex bibliotheca auferatur, nisi ipse Procurator, aut Exprocurator, aut reliqui quatuor officiarii, præsentes sint, & cum venia Procuratoris petant: Me, cum ab hoc munere suo tempore, siue præter spem, non finito spatio functionis, seu etiam legitimo, & ordinario modo, discessero, rationem redditurum, & claues, libros bibliothecarios, & si quæ erunt reliqua, ex fide traditurum. Ita me Deus adiuuet.
Posthæc Bibliothecæ præfectus solus copiam introëundi in bibliothecam largiri potest, cæteri officiarii minime, sub pœna decem assium. (*Procur. lib. 3. fol.* 108.) non nisi à pomeridiana hora prima, vsque ad tertiam, vt bibliothecam aperiat, ac ibi sit, interpellari potest. (*Procur. lib. 4. fol.* 150.) Extra vrbem euntibus, vel degentibus, membris Nationis, nullum librum vsui dare potest. (*statut. fol.* 119. *Procur. lib. 4. fol.* 150.) A Doctoribus nouis, & Licentiatis, honorarium, in augmentum bibliothecæ, exigere debet. (*Procur. lib 4. fol.* 151.) Pluribus eundem librum volentibus, per alternas hebdomadas singulis eius vsum addicere potest. (*Procur. lib. 1. fol.* 198.) sub finem officii cuiusuis Procuratoris, antequam nouus eligitur, libros commodatos reposcere, & in bibliothecam referre debet. Si præfecto bibliothecæ ante diem solemnem abeundum sit, in seniorum cōuentu alius surrogatur. (*lib. 2. f.* 13.) successori librorum, suis numeris & circumstantiis notatorum, catalogum nouissimum, item, & alterum tradere, & præsentibus reliquis officiariis pecuniarum rationem reddere debet. (*fol.* 95.)

t) Si membrum Nationis à præfecto vigilum, & vigilibus armis exutus sit, ea publico Nationis sumptu recuperari debent. (*lib. 3. fol.* 25.) In necessitate, siue carceris, siue morbi, siue iniuriæ illatæ, siue inopiæ constitutus, modo non sit ex culpabili & digna causa, sumptu publico subleuandus, & liberandus est: (*stat. fol.* 776.) si inscripto innocenter iniuria illata sit, publico quidem omnium nomine est in iudicio ea vindicanda: sumptus autem inferenti imputabuntur, & ab eo repetentur, si soluendo sit. (*Procur. lib. 3. fol.* 143.) Inscripto egestate pecuniæ laboranti; fideiussoribus idoneis, vel ex natione duobus, vel ex vrbis ciuibus vno, datis, & formula syngraphæ, qua Germanicæ Nationi cauetur, rite conscripta (*stat. fol.* 118.) pecunia mutuo dari potest, si ærarii vires viginti coronatos superabunt. Inscripto accessus ad bibliothecam, librorumq; vsum legitimum conceditur. (*stat. fol.* 172.) Qui in libris quid ruperit, arbitraria pœna plectitur. Qui clam librum asportaue-

stauerit, eo libro, & decem assibus mulctatur. (*Procur. lib. 3. fol.* 198.) Qui surripuit libros, vel vendidit, vel plane restituere recusat, sacrilegi instar habetur. Inscriptus, si nationem contemptui habere præsumpserit, præter violati sacramenti fidelitatis pœnam, vel à Balliuo coërceri, si præsens sit, vel ad cærites tabulas, notæ causa nomen eius ematriculatum, pro grauitate causæ, poterit referri, vt indignus censeatur eius priuilegiis, & iure, quo se iam indignum quasi ipse iudicauerit. (ex mandato Ballliui anno MDXCVI. promulgato. Statut. MDXXXV.) Infamis habendus est, qui consilia secreta Nationis eliminauerit. (*statut. MDXXXV. fol.* 162.) Inscriptus ad Nationis conuentus legitime vocatus, sine iusta excusationis causa, Procuratori probanda, si emanserit, decem assium mulctam soluere debet, per Bedellum exigendam, & bibliothecæ applicandam. (*ex stat.* 116.) Si vero tardius iusto venerit, vel ante conuentus finem abierit, quinque assium mulcta punitur. Vide Gœlniz. *d. itiner. Gallobelgico, pag.* 236.

u) Vterque iurat Procuratori, & Nationi. (*stat. fol.* 26. & 276.) vterque immunitate Studiosorum vtitur. (*stat. fol.* 24.) Bedello nullum certum salarium datur, sed ipsi quotannis, repetitis precibus, à Natione de competenti fructu laborum prouidetur. (*Procur. lib.* 3. *fol.* 24.) Quinque asses ab vnoquoque, qui immatriculatur, petere potest. (*Procur. lib.* 4. *fol.* 484.) Item, quoties ad priuatum conuentum conuocat vocandos, quatuor asses, ad publicum conuocans, octo, à Quæstore accipit. (*Procur. lib.* 5. *fol.* 9.) in conuentibus, & progressionibus publicis, sceptrum, (hoc enim insigni honoris vtitur Natio) ferre, idemque integrum, & inuiolatum præstare debet. (*Stat. fol.* 49. *Procur. lib.* 3. *fol.* 100.)

CAPVT XI.

De Vniuersitate Bituricensi.

Bituricensis Vniuersitas cœpisse fertur sub Rege Ludouico Sancto (*a*). In ea viget maxime Iurisprudentia, quam ibi professi sunt Professores excellentissimi, inter quos non postremi fuerunt (*b*), Andreas Alciatus, Eguinarius Baro, Petrus Rebuffus, Franciscus Duarenus, Franciscus Balduinus, Antonius Contius, Hugo Donellus, Hottomannus, Iacobus Mercerius, &, meo tempore, Edmundus Merillius. Cæterum non exiguis gaudet priuilegiis, ac ante non multos annos, permissu Regis, ibi instituta fuit Natio Germanica, cui eadem concessa

cessa fuerunt priuilegia, quæ obtinuit, quibusque gaudet Natio Germanica in Vniuersitate Aurelianensi.

Testes & Testimonia.

a) Du Chesne, *és antiquités, pag.* 457. Iodoc. Sincerus, *in Itinerario Galliæ, pag. m.* 59. Eam paruis initiis cœpisse, mox interruptam, postea delectam, tandem à Carolo (fratre Regis Ludouici XI.) Biturigum Duce, instauratam, & autoritate Pauli II. Pontificis comprobatam, scribit Gœlnitz *in Vlysse Belgicogallico, pag.* 305.

b) Merula *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. Sincerus *in Itinerario Galliæ, p.* 57. Omisit tamen vterque alios, quos ex inscriptione, quæ ad cathedram, in auditorio Iurisconsultorum, posita, quam hic subnecto; cognosces. Regnante Ludouico Iusto, Henrico Borbonio Condæo Protege Biturigum, hic posita est successio Antecessorum, qui in Academia Bituricensi & docendo, & scribendo claruerunt, vt quisque eorum fato functus est, quo dignitas huius scholæ omnibus adeuntibus perspecta sit, anno Domini MDCXXIV. Nomina, ad dextram posita, sunt: Andreas Alciatus, Eguinarius Baro, Franciscus Duarenus, Franciscus Balduinus, Nicolaus Bougerius, Nicolaus Russardus, Hugo Donellus, Franciscus Hottomannus, Antonius Contius. Ad sinistram sunt Academiæ insignia, nimirum manus è cœlo porrecta, librum apprehendens; circa lilia Gallica, & nomina hæc: Iacobus Cuiacius, Iohannes Mercerius, Franciscus Raguellus, Ægidius Hortensius, Ioh. Rencardus, Antonius Bongeus, Iacobus Mercerius Iohannis F. Gœlnitz *d. tr. pag.* 306.

CAPVT XII.

De Vniuersitate Burdigalensi.

BVrdigalensis Vniuersitas ad instar Tholosanæ erecta dicitur VII. Idus Maii MCCCCXLI. rescripto Eugenii, summi Pontificis: comprobata vero, confirmata, priuilegiisq; ornata variis, anno MCCCCLXXII. à Luduouico XI. Rege (*a*) Docetur ibi omne genus artium diuersis in collegiis (*b*). Vniuersitatis Cancellarius perpetuus est Archidiaconus de Medoc, in Ecclesia S. Andreæ (*c*).

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. lib.* 3. *cap.* 34. *pag.* 338.

b) Col-

b) Collegium enim aliud est iuridicum, non procul ab æde D. Andreæ, aliud Aquitanicum, (de quo, non tota Vniuersitate, accipio, quod Mecula generaliter enunciat *dict. loc.* Gymnasium Aquitanicum *κατ᾽ ἐξοχὴν* vocari) in vico Basilicæ contiguo. Huius nouem sunt classes & quatuordecim Doctores, qui tradunt, Græcam linguam, Logicam, Rhetoricam, Physicam, Mathematicam: quam Franciscus Flusca Candala annuo quingentarum librarum stipendio dotauit, anno MDXCI. IV. Cal. Aug. vt tabula ænea, in aditu ad dextram posita, indicat: Sincer. *in append. itinerarii, de Burdigala, cap. 7. pag. mihi* 438.

c) Ranchin *d. tom. 2. pag.* 313.

CAPUT XIII.

De Vniuersitate Cadomensi.

CAdomensis Vniuersitas anno MCCCCXXXI. instituta, varia habet collegia, & regitur à Rectore, Cancellario, & Conseruatoribus priuilegiorum tum Regiorum, cum Pontificiorum (*a*). Institutam alius eam tradit ab Henrico VI. Angliæ, Rege, diplomate latine scripto Rothomagi anno M.CCCC I. quoad Ius Canonicum & Ciuile; cui anno M.CCCCXXXVI. Theologia, Medicina, & Artes accesserint (*b*).

Testes & Testimonia.

a) Du Chesne *des antiquités des villes &c. de France, liu. 7. chap.* 10. *pag.* 979.

b) Ranchin *d. tom. 2. de la descript. de l'Europe, tilt. Royaume de France, pag.* 313.

CAPUT XIV.

De Vniuersitate Cadurcensi.

IOhannes XXII. Pontifex maximus erexisse dicitur Vniuersitatem Cadurcensem anno MCCCXXXII. (*a*) in qua priuilegiorum, studentibus à Pontificibus datorum, Conseruatores sunt Abbates Marsiliaci & Moisaci (*b*).

Testes & Testimonia.

a) Ranchin *d. pag.* 123.
b) Tholosanus *lib.* 47. *Syntagmat. iur. vniuers. cap.* 22. *n.* 24.

CAPVT XV.

De Vniuersitate Montis Pessulani.

Montis Pessulani Vniuersitas instituta memoratur circa annum MCXCVI. (*a*) vel saltem, quo tempore Saracenis, Hispania pulsis, Medicina cum discipulis Arabum, Auicennæ, Auerrois, & aliorum, huc migrauit (*b*). Rectoris ibi tanta olim fuit autoritas, vt Studiosi, quacunque etiam de causa egredientem comitari, honoris gratia, coacti fuerint, quod se non sine maximo studiorum suorum, multarumque horarum iactura, nimis frequenter fecisse, conqueritur Rebuffus. Collegia sunt ibi varia, inter quæ amplissimum est, *Papa* cognominatum, quod ab Vrbano Pontifice fundatum, & copiosissimis ornatum est reditibus. Nec minus elegans est *Regium*, ab Henrico II. Galliarum Rege erectum. Tertium est, quod vulgo *de Vergier*; optimæ spei adolescentibus, studiorum, victusque necessaria in decennium præbens. Vniuersitas variis priuilegiis donata fuit à Carolo VII. Rege (*c*), & perhibetur statuto ibi cautum, scholarem secum portantem librum non posse capi, nisi ex grauissima causa (*d*).

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. lib.* 3. *cap.* 37. *pag.* 367.

b) *L'escole de Medecine y est fort ancienne, & renommée par toute l'Europe; a son auditoire, ses logemens & theatre anatomic. Le iardin Royal est hors de la ville, auec vn amas des simples exquis & recherchés de toutes parts, & les departemens necessaires, pour toute sorte de curiosité vtile & faisant à la Medecine, en cette partie, qu'on nomme Botanique*: Ranchin *d. tom.* 3. *pag.* 359. *Il y a sept Professeurs du Roy, & vn Docteur aggregé, vn Chancelier, & Iuge de l'Escole*: Idem *d. loc.*

c) Apud

c) Apud Rebuffum error commissus est in numero, & pro Carolo VII. positus VIII. vt recte monet Hilliger *in Donello enucleato, part. 2. lib. 17. cap. 20. lit. e.* Verba autem concessionis Carolinæ hæc sunt. Carolus, Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. In solio Regiæ maiestatis supremi Regis clementia constituti, ad illorum, qui literarum studio iugiter insudant, in quibus pretiosa reperitur assiduo quærentibus sapientiæ margarita, statum prosperum, & quietem, regia sollicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & illa, quæ ad dicti Studii augmentum, & tranquillitatem fore conspicimus opportuna, fauorabili concedimus liberalitate. Hinc est, quod nos dilectorum nostrorum Gutifredi de Sancto habundo, genere nobilis, Rectoris moderni, nec non Magistrorum, Doctorum, Licentiatorum, Baccalaureorum, & Scholarium Vniuersitatis Studii villæ nostræ Montis Pessulani, in hac parte supplicationibus inclinati, attendentes insuper, quod ab ipso famoso Studio tanta, exactis temporibus, manauerint salutiferæ fluenta doctrinæ, vt quam plurima eiusdem membra insignia Apostolicæ dignitatis gloria donati, decoratique extiterint: à quorum paterna prouidentia etiam, vt claræ recordationis prædecessorum nostrorum, Franciæ Regum, ampla munificentia, supplicantes prædictæ plurimis sunt priuilegiis, prerogatiuis, libertatibusque præmuniti. Considerantes etiam, quod thesaurus scientiæ pretiosissimus, per quam rationalis creatura à terrenorum desideriorum illecebris abducitur, iustitia colitur, & Ecclesia militans fructiferis stipitibus spiritualiter & temporaliter illustratur, non nisi animi tranquilla quietudine, contemplationisque dulcedine libere adipiscitur, memoratorumque antecessorum, qui Regni huius florentissima studia suis temporibus amplissimis prosecuti sunt fauoribus, vestigia imitari volentes; habita etiam cum nonnullis magistratibus, & aliis de magno consilio nostro, viris peritissimis, deliberatione matura, prælibatis supplicantibus libertates, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, franchisias, & priuilegia infra scripta, dedimus, & concessimus, ac serie præsentium damus, & concedimus, eisdemque in posterum vti pariter & gaudere ipsos, regia volumus liberalitate. Et primo, quod Rector, Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurei, ordinarie & continue legentes, aliique vere studentes, cursus & actus scholasticos pro adeptione scientiæ & graduum exercentes, ab omnibus impositionibus, gabellis, quarta, aut octaua parte vini, & aliorum fructuum, excretorum, tam in suis prædiis patrimonialibus, quam aliis, ratione beneficiorum Ecclesiasticorum sibi competentibus, & pertinentibus, etiam & aliis personalibus vectigalibus, pedagiis, angariis & parangariis, sint & remaneant in perpetuum quieti, liberi, franchi, immunes pariter & exempti. Item, quod dicti supplicantes possint, & valeant debitores, iniuriatores, iurium detentores, inquietatores, & molestatores suos, in patria

 Occi-

Occitana commorantes, necnon in diœcesibus Ruthenensi, & Vabrensi degentes à loco prædicto Montis Pessulani, per quinque dietas vulgares distantes, facere conueniri, & tractari coram Conseruatoribus prædicti studii, infra villam nostram antedictam Montis Pessulani, in & super iustitia & iure responsuros. Item, quod officiarii & Curiales præfatæ villæ nostræ Montis Pessulani, minime possint prænominatorum supplicantium domos, siue domicilia, aut habitationes intrare, sub quouis colore, nisi duntaxat eodem modo, quo priscis temporibus vsi sunt, iuxta, & secundum tenorem transactionis, ob id olim factæ, & concordatæ. Item & quod præfati supplicantes non possint extrahi, citari, vel adiornari per quoscunque iudices ordinarios, commissarios, vel extraordinarios, pro quibuscunque causis ciuilibus, vel criminalibus, extra villam prædictam, in qua pro tempore degunt, seu commorantur. Quas quidem prærogatiuas, libertates, franchisias, immunitates, exemptiones, & priuilegia prædescripta, sæpe dictis supplicantibus, & eorum cuilibet concedimus, & concedentes laudamus, & approbamus, autoritate Regia, & ex potestatis plenitudine, per præsentes. Quæ omnia, & singula, vt perpetuæ stabilitatis robur obtineant, præsentes literas sigilli nostri, in absentia magni ordinati, fecimus appensione muniri, nostro iure, & in omnibus quolibet alieno semper saluo. Datum in Pedenacio, Mense Maii, anno Domini M CCCC XXXVII. & regni nostri XV. Leguntur apud Rebuffum, *de priuilegiis Vniuersitatum, collegiorum &c. priuileg.* 149.

c) Rebuffus *ad authent. habita*, *C. ne fil. pro patre, ad verb. omnibus qui causa studiorum* ; vbi præterea annectit, hoc facere contra illos Scholasticos fucatos, & Venereos, qui dedignantur deferre libros. Ratio statuti, si vllum tale est, mihi videtur ea præsumptione niti, qua librum secum deferens creditur rei literariæ causa, non alia, in publicum prodiisse.

CAPVT XVI.

De Vniuersitate Nannetensi.

NAnnetensis Vniuersitatis fundatorem laudant Pium II. Pontificem maximum.

Testes & Testimonia.

La ville de Nantes est embellie d'vne Vniuersité, erigée par le Pie II. (en le an M CCCC LX.) *grand amateur des lettres, luy donnant mesmes priuileges, que a cette de Bologne, Sienne, Paris, & Angiers:* Argentré *en l'histoire de Bretagne.*

gne, liu. 1. chap. 19. fol. 56. lit. f. & liu. 12. ch. 2. fol. 668. lit. f. Le Roy Charles VIII. ayant espousé Anne heritiere l'an MCCCCI. en confirma les priuileges: Ranchin *d. pag. 113.*

CAPVT XVII.

De Vniuersitate Pictauiensi.

PIctauiensis Vniuersitatis conditor dicitur fuisse Carolus VII. Francorum Rex, anno MCCCCXXXI. huic alii secundum, post Parisiensem, locum adsignant (*a*). Rebuffus conqueritur (*b*), suo tempore ibi studiosis, à vilissimis, turpissimisque hominibus, graues sæpe iniurias illatas fuisse. Ego eam non satis florentem, & Professoribus, & Scholaribus, deprehendi.

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. lib. 3. cap. 27. pag.* 290. Scaliger quoque eam commendat, *in suis vrbibus*, hisce versiculis:

Si studium est animæ, veniunt à corpore vires,
Galliaque à meritis poscit vtrumque sibi.
Hæc studiis, alia belli exercentur amore,
Pictauium est animus, cætera corpus erunt.

b) Rebuffus *ad Auth. habita, C. ne fil. pro patre.*

CAPVT XIIX.

De Vniuersitate Rhemensi.

CArolo Lotharingio, Cardinali, & Archiepiscopo Rhemensi, permissum fuit à Rege Henrico II. nec non à Pontifice Paulo III. erigere Vniuersitatem literariam in ciuitate Rhemensi.

Testes & Testimonia.

Charles Cardinal de Lorraine, Archeuesque de Rheims, pour immortaliser sa memoire, en vn tres-noble subiect, voulut fonder vne Vniuersité dedans la ville de Rheims.

de Rheims, auec plusieurs beaux priuileges. Chose qui luy fut permise par le Roy Henry II. & en outre par le Pape Paul III. en ce qui concernoit le spirituel seulement: Pasquier *d. liu. 3. des recherch. de la France, ch. 10. fol. 125. lit. c.* Ranchin *d. pag. 123.* Videatur omnino Thuanus *lib. 6. histor.*

CAPVT XIX.

De Vniuersitate Tholosana.

THolosanæ Vniuersitatis initia alii ad annum MCCXXVIII. referunt, ad curam legati Pontificis (*a*), quam Gregorius IX. anno MCCXXXIII. approbauerit (*b*), atque simul Vniuersitati egregia concesserit priuilegia (*c*), quorum conseruatio mandata est Abbati S. Saturnini (*d*). Alii eandem, cum suppressa multis iam annis iacuisset, restaurasse Ludouicum Sanctum memorant (*e*). Olim omnium artium & disciplinarum, hodie autem cumprimis Iurisprudentiæ studio, florens est (*f*).

Testes & Testimonia.

a) *En l'an* MCCXXVIII. *fut fait vn traitté entre le Comte Remond, le ieune, & le legat du Pape, nommé Romain, ou plus-tost la sentence dudict Legat prononcée contre ce Remond, qui s'estoit rendu prisonnier, par laquelle, entre autres choses, est dit, que pour l'entretenement de quatre Maistres en Theologie, deux Maistres Grammairiens, qui liroient tous les iours aux Escoliers, qui viendroyent à Thoulouse, Remond bailleroit quatre mille marcs d'argent, desquels chaque Maistre en Theologie en auroit vingt cinq par an, durant dix ans; le Docteur en droict canon, ou en Decret, quinze; le Maistre és Arts & Grammairien, dix*: Vulson *de la puissance du Pape, & des Libertes de l'Eglise Gallicane, liu. 3. chap. 18, nomb. 11.*

b) *Voila* (pergit Vulson *d. ch. 18. n. 12.*) *l'erection, & fondation de l'Vniuersité de Thoulouse, laquelle le Pape Gregoire IX. en l'an MCCXXXIII. approuua, & confirma particulierement, par ses lettres & bulles addressées à l'Vniuersité, des Maistres & Escoliers dudit Thoulouse, qui sont au registre des priuileges de ladite Vniuersité, disant, que cela auoit esté prudemment ordonné par ledit Legat au nom de l'Eglise, pour le restablissement de la foy Catholique, qui sembloit du tout abbatuë en ce quartier-là.*

(c) Et

c) *Et en outre* (Vulson *d. loc.*) *par les mesmes lettres ottroya plusieurs priuileges à ladite Vniuersité, & entre autres, qu'elle iouira des mesmes libertés, & priuileges, que celle de Paris: que tout Maistre, qui aura esté examiné par elle, puisse librement, & sans autre examen, regenter par tout. Que les Maistres, Escoliers, ou Clercs, & leurs seruiteurs, trouués en quelque malefice, que ce soit, ne pourront estre iuges par aucun laic, si ce n'est, qu'estans iugés par le iugement de l'Eglise, ils soyent laissés à la Cour seculiere. Qu'en toutes causes les laics soyent tenus, de respondre aux estudians par deuant le Iuge Ecclesiastique. Que les Citoyens de Thoulouse seront tenus de bailler à loüage aux Escoliers leurs maisons, au prix, qui sera estimé par deux laics Catholiques, qui seront communement esleus. Defend à tout homme, quel qu'il soit, d'y contreuenir, à peine d'encourir l'indignation de Dieu toutpuissant, & des Saincts Apostres, Pierre & Paul. Et par autre bulle, commet les Euesques de Narbonne, Thoulouse, & Carcassonne, & leur donne pouuoir, de faire obseruer lesdits priuileges, non obstant quelconques appellations. Ces priuileges ont esté confirmés, & augmentes par plusieurs Papes subsequens: mesmes, Innocent IV. en l'an M CC XLVI. ordonne, qu'aucun Escolier ne pourra estre prins au corps pour debte: & par les mesmes bulles dispose des biens des Escoliers, qui decederont sans auoir testé, ou qui n'auront commis à quelque vn la disposition de leurs biens.*

d) Tholosan. *in syntagm. iur. lib. 47. cap. 22. n. 24.*

e) *Sainct Louys ne fut pas moins zelé pour l'auancement des lettres, que ses predecesseurs: ce qu'il fit paroistre par le restablissement de l'Vniuersité de Thoulouse, qui auoit esté supprimée plusieurs siecles auparauant, par l'institution nouuelle de celle d'Orleans:* Bret *de la souuerain. du Roy, liu. 4. chap. 12. pag. 663.*

f) Merula *d. lib. 3. cap. 37. pag. 360.*

CAPVT XX.

De Vniuersitate Valentiana.

VNiuersitas Valentiana, pro studio Iuris & Medicinæ, instituta fuit à Ludouico Delphino, Caroli VII. F. anno MCCCCLII. & ab eodem Rege facto, illius nominis vndecimo, confirmata anno MCCCCLXXV.

Ranchin *dict. pag.* 123.

NOTITIAE REGNI FRANCIAE

Libri Sexti,

CAPVT I.

De ciuitatibus Franciæ, atque earum incolis.



Vod Latinis ciuitas eſt, Gallis dicitur *ville (a)*, vel *cité*, olim *bourg (b)*. Ciuitatis autem condendæ ius nulli eſt in Francia, vt nec de loco ad locum transferendæ, niſi cui, vel quibus, id Rex permittit *(c)*. Inter ciuitates varios ob reſpectus, varia eſt differentia: Alia maior, alia minor, alia maxima *(d)*; alia murata; alia non murata *(e)*; alia iurata, alia iniurata *(f)*; alia ciuitas *de Loy*, legis, alia non talis *(g)*; alia, quæ cum conditione ad Regnum acceſſit *(h)*, alia, quæ ſine conditione. Reſpectu priuilegiorum quoque magna eſt inter ciuitates differentia: dum alia, maiora obtinuit præ cæteris; alia, ſua titulo oneroſo acquiſiuit *(i)*, alia, gratioſo *(k)*. Qui ciuitates inhabitant, ipſi quoque differentes ſunt: Alii enim ciues, (Gallis *bourgeois* dicti) alii non *(l)*. Inter ciues, alii magiſtratum, vel officium gerunt, alii his inſeruiunt, alii priuatæ conditionis ſunt. Qui officia ciuitatis (de Regiis enim hic nobis ſermo non eſt) gerunt, pro diuerſitate munerum, diuerſa obtinent nomina; quæ iterum vel communia ſunt, multis in ciuitatibus vſitata, vel in certis tantum. Sic, quos communiter *Eſcheuins*, illos Tholoſæ *Capitoux (m)*, Burdigalæ *Iurats*, in plurimis Aquitaniæ ciuitatibus *Conſuls*, in Picardia *Gouuerneurs*, ac alibi, *Pairs*, appellare ſolent. In plerisque, inter *Eſcheuins*, tanquam caput, eſt *le Maire*, qui olim apud Romanos *Primus curiæ* dicebatur.

batur. *Maire*, & *Maieur*, idem sonant, & Latinis est *maior* (*n*). Eligi ille solet à ciuibus (*o*), confirmandus alicubi à Rege, & recipitur ab officiario Iustitiæ Regiæ, vel ordinariæ in eadem ciuitate, coram quo simul iuramentum præstat (*p*). Est, vt dixi, caput Scabinorum, atque ciuium, quasi illorum Magister (*q*), vnde etiam *maior populi* à Gregorio Turonensi nominatur. Diuersa in diuersis ciuitatibus eius est potestas, atque autoritas. Alicubi iurisdictionem habet, sed inferiorem duntaxat (*r*); nullibi tamen in generali ciuitatis conuentu Præsidis vices obtinet: hoc enim, vel Gubernatori, vel eius Locum-tenenti, aut primario officiario Iustitiæ regiæ, competit (*s*). Vocem *Escheuin* alii à barbaro latino *Scabinus* (*t*), quod iudicem significat, deriuant. Aliis Hebrææ originis (*u*), aliis à *scamno* (*x*), esse videtur: Loyseau autem illud deductum putat à verbo Gallico, *escheuer* (*y*), quod Latinis sonat *cauere*, vel *euitare*: hoc enim ipsorum muneris, videre ne quid Respub. detrimenti capiat. Electione ad hoc perueniunt, illa autem, pro ciuitatis more, vel ab omnibus, vel à certis deputatis, peragitur. Hanc alia non sequitur cõfirmatio, sed electione absoluta, statim Balliuo, aut eius Locumtenenti, aut alii Magistratui Regio, qui conuentus Præses est, electus iuramentum præstat (*z*). Munus hoc non est perpetuum, sed alicubi annuum, alicubi biennio terminatur (*aa*): & esse potius commissionem, quam officium, nonnulli videtur (*bb*): Idemque tradit, hoc potius in cura & gubernatione ciuitatis, quam in administratione iustitiæ consistere (*cc*), indeque de plano, & summario ordine, vel compendio, expediri (*dd*). Negare tamen haud licet, etiam nonnullis ciuitatibs iustitiæ administrationem per suos officiarios competere (*ee*), vel ab antiqua libertate (*ff*), quæ rara, & varie turbata (*gg*); vel ex priuilegiis Regum (*hh*), quæ diuersa (*ii*), & per Edictum Molinense (*kk*), (cui tamen contradictum (*ll*)) alicubi (*mm*) limitata. Hinc licet emolumenta ad ciuitatem pertineant, mandata tamen nomine Regis expediuntur (*nn*). Sunt autem inter alia iustitiæ istius capita (*oo*), Agoranomia (*pp*); & Astynomia (*qq*),

quæ summarie (*rr*), & gratuito (*ss*) expediri debent.) Alicubi, quod rarissimum tamen, potestatem habent conferendi officia nonnulla minora politiam concernentia (*tt*). Veste ab aliis, in plerisque locis bicolori, distinguuntur, qualis nota etiam nonnullorum aliorum est, qui ciuitati inseruiunt (*uu*). Sunt præterea ciuitatibus, Procuratores, Syndici, Consiliarii (*xx*), Quæstores (*yy*), vel alterius nominis, qui pecuniæ communis (*zz*), siue illa ex patrimonio (*aaa*) ciuitatis, siue ex benignitate Regis proueniat (*bbb*), curam gerunt. Reliqui incolæ ciuitatum, qui extra magistratus, atque functionum publicarum classem, referendi, varii sunt ordinis, tam honesti, quam viles (*ccc*). Alii suis ex reditibus se sustentant, alii mercaturam exercent, alii agriculturam, alii artificium, vel opificium (*ddd*), alii alios labores, & inter illos alii vilissimos subeunt. De quibus singulis, aut saltem plerisque, multa notatu digna occurrunt; vt de Aurifabris (*eee*), Aurigis (*fff*), Cauponibus (*ggg*), Chirurgis (*hhh*), Fabris (*iii*), Lanionibus (*kkk*), *Maistre fisi* (*lll*), Mercatoribus (*mmm*), *Messagers*, nunciis, vel tabellariis (*nnn*), Molitoribus (*ooo*), Pharmacopolis (*ppp*), Typographis (*qqq*), Vinitoribus (*rrr*), Vitriariis (*sss*), &c.

Testes & Testimonia.

a) *Villes signifioient anciennement les maisons des champs, ainsi que le Latin* villa; *d'où procede, que la plus-part des villages de Beausse, retiennent encor la terminaison de ville, à la suitte du nom de leur ancien Seigneur, & de present les villageois appellent, en plusieurs contrées, leurs villages, villes*: Loyseau *des ordres, chap. 8. n.* 7. Sed postea in Gallia, & alibi obtinuit, vrbes ciuitates dici, & villas: Tholosanus *de republ. lib. 2. cap. 1. n. 7.* Sunt tamen, qui differentiam constituant inter *ville*, & *cité*. *Villes, selon l'vsage commun de ce Royaume*, (ait Coquille, *sur les coustumes de Niuernois, tilt. des maisons & seruit. reelles, artic. 18. pag. 170.*) *sont nommées les places, esquelles sont plusieurs maisons, lesquelles places sont closes de murailles, & portes, & qui ont droit de corps & communauté, ont Escheuins, & deniers communs. Cités, selon ledict vsage commun de Chrestienté, sont appellées seulement les villes closes, qui ont Eglise cathedrale, & Euesque. Cela procede de l'establissement, qui estoit au temps de l'Empire Romain, selon lequel establissement la police de l'Eglise, quant aux Archeuesches,*

descbés, & Euesches, a esté establie. (Vrbes, secundum vsum communem in Regno Franciæ, nominantur loci, vbi multæ sunt domus, circumdati muris, habentes portas, ius corporis ac communitatis Scabinos, & ærarium. Ciuitates autem, vsu inter Christianos recepto, dicuntur loci, muris circundati, habentes Ecclesiam Cathedralem, & Episcopum. Hoc originem habuit à constitutione Imperii Romani, secundum quam politia Ecclesiæ, quod attinet Archiepiscopatus, ac Episcopatus, stabilita fuit.) Eadem de re apud Bouchel, *au tom. 1. de la bibliotheque, ou thresor du droit François, verb. cités, pag. 599.* ita legitur: *Selon l'Ordonnance de nos anciens, les villes, qui estoient sieges d'Euesques, ou Archeuesques, ils les ont nommées villes, & cités, entendans mettre difference entre ces deux noms, que toute cité soit ville, & non toute ville cité. Comme, que Bourdeaux, & Xaintes, soient cités & villes, ausquels lieux y a Archeuesque, & Euesque; mais la Rochelle, Pons, Blaye, & Libourne, où il n'y a siege, ny d'Euesque, ny d'Archeuesque, qu'elles soient villes seulement. Paris, pour ceste raison est appellée ville & cité, appellans mesmement les Parisiens cité, celle partie de la ville, où est l'Eglise cathedrale de Nostre Dame, & la demeurance de leur Euesque.* (Secundum vsum maiorum nostrorum, loci, vbi erant sedes Episcopales, aut Archiepiscopales, nominabantur vrbes & ciuitates, quo inter hæc duo nomina, aliqua daretur differentia; vt omnis quidem ciuitas esset vrbs, sed non quælibet vrbs esset ciuitas. Ita Burdigala, & Xantonensis ciuitas, sunt ciuitates, & vrbes, quoniam in illis est sedes Archiepiscopalis, ac Episcopalis; at Rupella, Pons, Blaya, Liburnia, in quibus nec Episcopalis, nec Archiepiscopalis sedes repetitur, sunt tantum vrbes. Lutetia, hanc ob causam, nominatur vrbs, & ciuitas; atque ipsius incolæ eam partem, vbi ecclesia cathedralis B. Virginis sita est, & habitat Episcopus, vocant ciuitatem.)

b) Villes, en vieil François, & encor maintenant en Alleman, s'appellent Bourgs, d'où vient, que nous appellons Forsbourgs ce, qui est hors le Bourg: Loyseau *d. l. Bourg pour ville, & de là Bourgeois, pour citoyens, Bourgeoisie, & forbourgs, que nous auons adoucy du mot de faux-bourgs, qui sont toutes les maisons hors l'enceinte de la ville:* Pasquier *des recherch. de la France, liu. 6. ch. 3. fol. 303. a. Les Hebrieux appellent les cités & villes, Burgan, c'est à dire, Bourg; les Grecs en leur langue πύργος; les Allemans purgum, à cause de la tuition, & deffense plus seure & ferme, & les Bourguignons Bourg, à raison du logement plus certains & asseurés;* Duret *des decadences, mutations, &c. des Monarchies &c. chap. 1. pag. 13.*

c) Vide supra *lib. 2. cap. 7. lit. zz.*

d) Tholosanus *d. lib. 2. cap. 1. n. 7.*

e) Villas muratas, à non muratis, distinguunt concordata Gallicana, & pragmatica sanctio. Atque muratas, seu muro cinctas, tradunt

esse populosiores, & egentes dignioribus Curionibus, seu graduatis, in religionis præpositura: alias non item: Tholosan. *d. c. n.* 8.

f) *En France il n'y auoit anciennement que certaines bonnes villes, où il y eut certains mestiers iurés, c'est à dire, ayans droict de corps, & communauté, en laquelle on entroit par serment. Mais par l'Edict du Roy, de l'an MDLXXXI. confirmé & renouuellé par vn autre, de l'an MDXCVII. toutes les villes de France sont à present iurées. Mesme, il est porté par ces Edicts, que les maistres de mestier, non seulement des villes, ains aussi du plat païs, doiuent estre iurés, & receus en iustice, & aussi ont droict de corps, & communauté:* Loyseau *du droict des offices, liu. 5. chap. 7. n. 77.* & *des Seigneur. chap. 9. n.* 48. vbi ait; sibi videri dictas *iurées, qui ont droict de corps de ville, & Escheuins, qu'on appelle, en quelques endroicts, Iurats.*

g) *Plusieurs villes de la Gaule Belgique, ont tousiours gardé la iustice ordinaire, iusques au temps de nos peres, quand l'ordonnance de Moulin fut faite, qui encor n'a peu estre executée en toutes. Et ces villes sont appellees dans les coustumes, villes de loy: comme en la coustume de Boulonnois, article XIII. au Comté de Boulonnois y a cinq villes de Loy, ayans Maieurs, & Eschenins, qui ont cognoissance du faict politique, & de toutes matieres suruenantes aux bourgeois. Et en l'article XCIX. il est encor parlé des villes de Loy, & Escheuinage. Car ès coustumes de Picardie, & communement dans Bouteiller, qui estoit du fons de ceste Prouince, le mot de loy, signifie iustice,* opinor, quia ibi nulla lege scripta, arbitria Magistratuum pro legibus erant. Inde, *venir à loy*, est iudicio sisti: *main de loy, c'est la main de iustice &c.* Loyseau *des seigneuries, chap. 16. n. 46. & 47.*

h) Talem se esse asseuerauit Bolonia, repugnans sanctioni Molinensi, quæ ciuitatibus adimebat iurisdictionem ciuilem. *Les habitans de Boulogne soustindrent tout hautement, contre le Procureur general du Roy, qu'ils auoient leur iustice de toute ancienneté, qu'ils s'estoient donnés, & adioincts à ceste Monarchie, à condition, que ceste iustice leur demeureroit, & en auoient tousiours ioüi depuis:* Loyseau *des Seigneur. d. chap. 16. n.* 83. Consimile aliquando à Rupellanis in medium prolatum, *disans, qu'aprés auoir esté, contre leur volonté, abandonnés à l'Anglois, par le traicté de Bretigny, & depuis l'ayant chassé, & s'estant mis en pleine liberté, ils s'estoient eux-mesmes remis, & reioincts à ce Royaume (de France), à condition expresse, de iouïr de certaines franchises, & libertés:* Loyseau *d. chap. n.* 86.

i) *Les priuileges des villes, qui ont esté baillés à titre onereux, ne sont point subiects à estre confirmés, & renouuellés de Roy en Roy; pource que la cause en subsiste tousiours, & que les contracts ont trait à perpetuité. Pareillement, ils n'ont pas accoustumé en ce cas d'estre reuoqués, principalement, quand ils ont esté verifies au Parlement; pource qu'il y va lors de la foy publique, & que les Roys sont tenus de leurs contracts legitimement faits, aussi bien que les particuliers. C'est pourquoy*



pourquoy les habitans de Chauay furent maintenus en leur Iustice, non obstant l'Ordonnance de Moulins, par arrest prouisional du XI. Iuin MDLXX. ayant fait apparoir, qu'ils la tenoient à tiltre onereux. Et c'est la cause, pourquoy on laisse les iustices aux Seigneurs de France, pource qu'elles leur ont esté concedées par les Roys, à tiltre de fief, qui est reputé tiltre onereux, qui de tout temps a esté licite, iusques à l'ordonnance du domaine, qui a prohibé, pour l'aduenir seulement, les concessions en fief du domaine, ou droicts de la Couronne. Et partant il n'est besoing de confirmation, & renouuellement des iustices Seigneuriales, aux changemens des Roys, ains seulement en faut reiterer la foy, comme des autres fiefs. Non que pourtant le Roy ne puisse sans iniustice reuoquer les priuileges, concedes a tiltre onereux par son predecesseur, lequel le peut encor moins lier, que le predecesseur peut lier vn beneficier, en attribuant nouueaux droits aux vassaux du benefice. Car, en outre, le Roy a pour luy la consideration du bien public, qui est tousiours plus-forte, que l'interest des particuliers. De maniere que pour vn reiglement public, & vne bonne reformation, il peut tousiours reuoquer les priuileges concedés à tiltre onereux, & fust-ce par luy-mesme. Mais toutesfois, il faut en tout cas, qu'il rende indemnes ceux, à qui il les oste, & qu'il leur restitue preallablement tout ce, qui est entré du leur au profit de la Couronne: Loyseau *d. ch.* 16. *n.* 88. 89. & 90. (Priuilegia, quæ ciuitates titulo oneroso obtinuerunt, non habent necesse, vt à singulis Regibus confirmentur, & renouentur, quoniam earum causa est perpetua, tanquam contractus. Similiter, eo quoque casu non solent reuocari, potissimum, quando in Parlamento fuerunt approbata; quoniam publica nituntur fide, ac Reges obligantur seruare contractus legitime celebratos, non secus atque priuati. Hinc Chauensium iurisdictio, non obstante constitutione Molinensi, permansit integra, sententia prouisionali lata XI. Iunii M D LXX postquam demonstrassent, quod eam consecuti fuissent titulo oneroso. Sic quoque Dynastis Franciæ relinquuntur iurisdictiones, quas Rex iisdem concessit titulo feudali, qui habetur pro oneroso, & semper æstimatus fuit licitus, vsque ad tempus quo constitutio de domanio lata fuit, qua sancitum, ne imposterum domanium, aut iura Coronæ, concedantur in feudum. Ac propterea non opus est, vt iurisdictiones illæ confirmentur, aut renouentur, vbi nouus Rex succedit antecessori suo, sed sufficit, vt renouetur fidelitas, sicut fit in cæteris feudis. Non quidem inde, quod Rex, non nisi iniuste possit reuocare priuilegia, ab antecessore suo alicui, titulo oneroso collata, qui eum minus obligare potest, quam antecessor beneficiarium, vasallis beneficii attribuens noua iura. Rex pro se semper habet considerationem boni publici, quæ vincit commodum priuatorum; vnde propter bonam reformationem publicam, & politiam, semper potest reuocare priuilegia, quæ concessa fuerunt titulo oneroso, etiam à semetipso. Verum, omni casu, debet indemnitatem præstare illis, quibus

quibus illa aufert, atque prius restituere, quod ab iisdem ad Coronam peruenit)

k) *Quant aux priuileges concedés gratuitement, d'autant qu'ils sont contraires au droict commun, & partant odieux, ils ne lient iamais le successeur du Prince, qui les a concedes*: Loyseau *d. ch. n.* 91. (Priuilegia, quæ gratuito concessa, quoniam iuri communi sunt contraria, nunquam ligant Principem, qui succedit illi, à quo fuerunt concessa.)

l) *Le terme de Bourgeois ne comprend pas proprement tous les habitans des villes: car les Nobles, ores qu'ils facent leur demeure dans les villes, ne se qualifient pas bourgeois; pource que la Noblesse est vn ordre du tout separé du tiers Estat, auquel la bourgeoisie conuient. C'est pourquoy le bourgeois est ordinairement opposé au Noble, comme quand nous disons, la garde Noble, & bourgeoise. Et d'ailleurs, les viles personnes de menu peuple, n'ont pas part aux honneurs de la cité, ny voix, aux assemblées; en quoy consiste la Bourgeoisie. Qui plus est, à parler proprement, les Bourgeois ne sont pas en toutes les villes, ains seulement ès villes priuilegiées, qui ont droict de corps, & communauté*: Loyseau *des ordres, chap.* 8. *n.* 7. & 8. (Nomen ciuis, proprie non comprehendit sub se omnes qui ciuitatem incolunt: nam nobiles, quando in ciuitate domicilium habent, non se appellant ciues; quoniam Nobilitas est ordo omnino separatus à tertio, sub quo sunt ciues; inde regulariter, ciuis opponitur nobili, vt quando dicimus, tutela Nobilium, tutela ciuium: personæ quoque viles, ex plebe, non habent ius se appellandi ciues; nec enim admittuntur ad honores ciuitatis, nec habent votum in conuentibus, in quo consistit ius ciuis. Ac, quod magis, si proprie velimus loqui, non reperiuntur ciues in omnibus ciuitatibus, sed tantum in ciuitatibus priuilegiatis, quæ habent ius corporis, & communitatis.)

m) Ragueau *en l'indice des droits Royaux, pag.* 408. Loyseau, *du droict des Offices, liu* 5. *ch.* 7. *n.* 19. Capitolinos dicit Tholos. *lib.* 47. *syntagm. iuris vniuersi, cap.* 15. *n* 4. & *c.* 35. *n.* 7. *ce sont les Escheuins de ville, comme à Thoulouse, lesquels aussi ailleurs s'appellent Consuls.* Capita regionum vrbis, in statutis Romanis, capita hominum in sua regione habitantium recensent, & explorant: *lib.* 1. *cap.* 18. *lib.* 2. *cap.* 57. Ragueau *en l'indice des droits Royaux pag.* 134.

n) *Afin que les Escheuins ne soyent sans Chef, il y a entre eux, presques en toutes les villes, vn premier Officier, qui au droit est nommé* primus Curiæ: *l. Alexandrinis, C. de decurionibus, lib.* 10. *& en France est appellé Maire ou Maieur, qui est tout vn. Car en vieil François Maire signifie maieur ou plus-grand. Inde vimaire*, vis maior; *mairemoustier*, maius monasterium. *Aussi Gregoire de Tours appelle le Maire des villes*, maiorem populi: Loyseau *du droict des offices, d. liu.* 5. *ch.* 7. *n.* 20.

o) Loyseau *d. ch.* 7. *n.* 42.

p) E's

gg) Ceste noble, & belle ville, a des Escheuins, & vn Maire, qui est comme le maistre, & souuerain officier des Bourgeois, & citoyens: Du Chesne *d.ch.p.*290. *Il y a* (inquit Ranchin *d.pag.*231.) *vn Maire & dix Escheuins, moitié marchands, moitié officiers dans Orleans, Mareschaussée, Iustice des pons & chaussees, Chambre de Monnoye, qui ne trauaille point, grenier à sel, Iuge & Consul des marchands: & pour la Preuosté ou Iustice ordinaire, elle est vne des plus-grandes de la France, pour son estenduë & reuenu: outre le Preuost & vn Lieutenant, il y a cinq Conseillers, vn Procureur du Roy, & deux Aduocats: les lieux releuans du Chastelet de Orleans, où est le siege de la Iustice, y respondent, & c'est le premier Iuge de la police, en laquelle il preside, assisté du Maire, des Escheuins, & des Deputés ecclesiastiques. Il y a aussi vn Cheualier du Guet auec trente Archers. Les habitans de Orleans ont l'intendance de la riuiere de Loire, & les Marchands, qui la frequentent, y ont vne Chambre de leur Communauté, en laquelle deux marchands d'Orleans president. Et cette Communauté, par vn priuilege special, plaide en premiere instance en la Cour de Parlement de Paris. Les plus-grands proces des marchands estoient contre les Seigneurs prenans peage sur Loire, aux fins de les obliger au balloyement de la riuiere: dés l'an MDCXXXI. le Roy a rembourse les Seigneurs, & reduit tous les peages à deux:* Ranchin *d.l.pag.*232. Vide supr. *lib.1.c.6. lit.o.*

hh) Forum primarium *Estappe* audit, quod ibi vina stabulentur, alio exportanda: Merul. *d. pag. 261.*

ii) Suppliciorum locus *Martroy*, ab Martyrum, vt volunt, memoria, nominatur: Merula *ibid.*

CAPVT VII.

De Ciuitate Bellouacensi.

Bellouacum (*a*), Gallis *Beauuais*, situm in Francia strictius sumpta, sub Valesiano Ducatu, est vrbs situ amœnissimo, adsitos habens hinc montes fertiles, non adeo excelsos, inde agros, ad omnis generis fructus reddendos paratos (*b*): fossis, murisque satis munita (*c*): ædibus sacris (*d*), (inter quas Ecclesia Cathedralis (*e*) admodum magnifica) atque profanis, elegans. Est sedes Episcopalis (*f*), & caput Comitatus ac Pariatus Bellouacensis (*g*), tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, Episcopo subiecta (*h*); quamquam habeat Maiorem, & duodecim Pares, vel Scabinos annuos, quibus nonnihil potestatis in gubernatione, & politia ciuitatis, relictum (*i*). Incolis magna sunt priuilegia, ab Ludouico XI. Rege ipsis concessa, anno M CCCC LXXII. quod Carolum Burgundiæ Ducem, obsidionem, qua vrbem cinxerat, soluere, reque infecta abire coëgissent (*k*). Masculis data potestas acquirendi, & tenendi feuda, cum immunitate seruitiorum bellicorum (*l*). Fœminis concessum, vt certis diebus festis masculos præcedant (*m*), & die nuptiarum, vel quandocunque illis visum, ornamentis vtantur, & pretiosis quibuscunque, pro lubitu, citra metum mulctæ (*n*).

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. part. 2. lib. 3. c. 21. pag. 246.*

b) *L'assiette de ceste ville est limitée de plusieurs coupeaux de montagnettes, & lignes fertiles, prés, pasturages, vignes, terres froumentieres; bref, de tout ce, que l'homme sçauroit souhaitter, pour l'entretien, & necessité de la vie:* Du Chesne, *d. tr. tit. de la ville & Comté de Beauuais, ch. 1. pag. 413.*

c) Les

c) *Les murailles bien flanquées, & remparées, les fossés profonds & larges, les escluses, qui retiennent, ou laissent couler les eaux, à la façon d'vn ancien corps de garde*: Idem *d.pag.*

d) *La beauté des edifices & bastimens, la magnificence des temples, & la amenité du païsage, la mettent au nombre des plus-belles, plus-signalées, & plus-fortes places du Royaume*: Idem *d.pag.*

e) *L'Eglise Cathedrale, fondée en l'honneur de S. Pierre, est l'vn des plus-somptueux: & magnifiques bastimens du Royaume, & qui fait gloire pour ses plus-precieuses reliques, des ossemens sacrés de S. Iust Martyr, de S. Euurot, & de S. Germer. La riche Abbaye de S. Lucian, le Conuent des freres prescheurs, & plusieurs autres temples, seruent d'ornement, & de splendeur à la ville*: Idem *d. pag.*

f) Vide supra, *lib. 3. c. 6. lit. eee. Ce qui releue encore plus son lustre, & ce qui surhausse d'auantage son excellence, c'est la chaire Episcopale, laquelle y fut establie par S. Lucian, Apostre de Beauuoisins, dés la primitiue Eglise, & que nos Roys, auec les Comtes de Blois, ont depuis enrichie des tres-glorieuses qualités, & prerogatiues. Les Comtes de Blois, & de Champagne, de la Comté qui leur appartenoit, en eschange de celle de Sancerre; le Roy Hugues Capet de la Pairie, si tost qu'il eut fait tomber la couronne en sa famille*: Du Chesne *d. ch. 1. pag. 414.*

g) Merula *d. loc.*

h) *L'Euesque est Seigneur temporel, & spirituel, & a droit de iustice, & Bailliage, tant pour le faict de l'Eglise, que pour la vuidange des procés, & differens, qui suruiennent entre les Citoyens*: Du Chesne *d. pag.*

i) *Bien y a-il vn Maire, & douze Pairs, ou Escheuins annuels, qui ont la reserue du Gouuernement, & de la police particuliere de la ville*: Du Chesne *d. p.*

k) Du Chesne *d. ch. pag. 415.* Merula *d. l.*

l) *L'exemption du ban, & arriere-ban, (du seruice guerrier, deu pour les fiefs*: Clement Vaillant, *de l'Estat ancien de la France liu. 1. ch. 12. pag. 65. b.) & le pouuoir de tenir fiefs, sans payer aucune finance à la Couronne*: Du Chesne *d. pag.*

m) *Les femmes, & les filles de Beauuais s'estant monstrées tres-vaillantes en la defense de leur ville, contre Charles Duc de Bourgogne, il leur est permis par patentes du Roy Louys XI. d'aller les premiers à la procession, & à l'offrande, le iour de l'assaut, & de la feste Saincte Angadresme, qui est patrone de la ville*: Loisel *és memoires des païs de Beauuais chap. 6. n. 4. pag. 174.*

n) *Et qu'elles se pourront parer, & habiller, tant le iour de leurs nopces, que toutes fois que bon leur semblera, vestir, & orner de tels ioyaux, & ornemens, qu'elles pourront recouurer, sans qu'elles en puissent estre reprinses, ny blasmées, de quelque estat & condition qu'elles soient*: Loisel *d. tr. ch. 7. n. 36. p. 234.* Du Chesne *d. pag. 415.*

CAPVT VIII.

De Ciuitate Bituricensi.

Biturigum, vulgo *Bourges*, olim Auaricum (*a*). Hoc nomen quidam putant habuisse ab Eura, flumine; illud vero idem esse quod biturris (*b*), vel, vt alii, deductum à Biturix nomine Græco (*c*): Græcos enim prima vrbis fundamenta posuisse. Nonnulli conditorem incertum esse (*d*), de restauratore autem, postquam aliquoties vim passa fuisset, constare, affirmant (*e*). Sita est in Aquitania, in agro satis amœno, qui non modo frumentorum omnium, & leguminum, verum etiam vinorum præstantissimorum, pecorum, piscium, volucrum, & quorumcunq; fructuum feracissimus. Quatuor dotata est riuulis, qui vulgo *Aufron*, & *Aurette*, ab vna; *Yure* & *Molon* ab altera parte fluunt (*f*). Veteris paulo sequior, quam hodiernæ vrbis situs fuisse creditur (*g*). Munita est fossis, muris (*h*), & turribus octoginta (*i*); inter quas principem tuetur locum illa, quæ appellatur *la grosse tour*, turris crassa (*k*). Vrbs formam habet oblongam, amplissimam, & spatiosissimam; portas maiores septem, totidemque suburbia (*l*). Inter ædes sacras, quarum plurimæ (*m*), Ecclesia Cathedralis (*n*), S. Stephano dicata, primas tenet; inter profanas publicas, est Palatium, & Curia (*o*); inter priuatas, maioris notæ, domus à Iacobo Cordo, thesaurario Regio, olim extructa (*p*), & ædes Alemannorum (*q*). Dignitatem vrbis indicat sedes Archiepiscopalis (*r*), Academia (*s*), sedes Tribunalis præsidialis (*t*), generalitas Thesaurariorum (*u*). Maior, & Scabini (*x*), censentur esse Nobiles (*y*). Insignia veruecem repræsentant, vnde & incolæ iocularem adepti sunt nomen, *les Moutons de Berry* (*z*): quo genere animalis prouincia maxime abundat, & hinc mercatura pannaria (*aa*) satis diues est. Priuilegia ciuium, & incolarum, sunt notabilia; vtuntur titulo Baronum (*bb*); ipsorum bona, mobilia & immobilia, confiscationi non subiacent (*cc*): gaudent immunitate tribu-

tributorum *(dd)*, si feuda teneant, non possunt euocari ad bellum *(ee)*; immunes sunt à militum præsidiis *(ff)*; non debent in carcerem coniici, si sufficienter caueant, nisi vbi crimen læsæ maiestatis commiserint *(gg)*; non possunt vocari in iudicium, extra ciuitatem *(hh)*. Ludouicus XII. Rex eos illo affecit beneficio, vt pro redemptione sigilli, quod in Præpositura Bituricensi contractibus apponitur, minus soluerent, quam olim *(ii)*.

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. part. 2. lib. 3. cap. 25. pag. 279.*

b) *Quelques vns tiennent, qu'elle estoit anciennement nommée* Biturris, *à cause de deux tours, basties là par deux freres, qui diuiserent ce païs entre eux.* Du Chesne *d. tr. tit. du païs & Duché de Berry, chap. 1. pag. 478.* A binis turribus Biturigibus nomen inditum fabulantur. Et laudat antiqui Grammatici carmen Calamæus:

Turribus à binis inde vocor Biturix.

Merula *d. c. pag. 280.*

c) *D'autres disent, que Biturix est vn nom Grec, imposé aux Berruyers, à cause de leur force naturelle. Et s'en trouue mesme, qui maintiennent, qu'ils sont Grecs d'origine, ou, que du moins les premiers fondemens de leur principale ville ont esté iettés par les Grecs. Qu'vn Iolce, fils d'Antye Thessalien, quittant son païs, aprés la defaite de son pere par les Argonautes, passa en Gaule, & s'addonant à ceste contrée à la nourriture du bestial, eut vn fils, appellé Hermain, lequel fit bastir trois forteresses, où est maintenant la cité de Bourges, & desquelles l'ancien chasteau estoit l'vne, l'autre en la fosse aux Arenes & la troisiesme au mont Hermain. Que de cet Hermain nasquit Cubes, & de Cubes Biturix, Prince fort estimé pour son conseil, & qui asseura le nom de Biturges aux Berruyers. Mais c'est trop se peiner en vain de nous representer par superstition, & raport de noms, les fondateurs de chaquë ville, &c.* Du Chesne *d. chap. 1. pag. 478.*

d) Quis condiderit, vt pleraque alia oppida, incertum est: Merula *d. pag. 280.*

e) *Outre les ruines, dans lesquelles la firent tomber les Romains sous la conduite de Cesar, encore fut-elle batuë par les Visigots, & depuis tellement demantelée par vn Didier, Comte ou Gouuerneur de Blois, & General de l'armée de Chilperic, allant contre Gontran Roy d'Orleans, qu'il n'y demeura Eglise, maison, ny muraille, qui ne portast les marques de son iniquité, si bien qu'il a fallu, que les habitans, & principaux Seigneurs du païs, l'ayent releuée. Mais sur tout nostre grand*

stre grand Charles, qui enferma le fleuue d'Aurette dedans l'enclos de ses murailles, & aprés luy, vn Abbé de S. Ambroise, l'ont montee à vn si haut estage de grandeur, & de force, que c'est auiourd'huy l'vne des plus grandes de la France, & si forte, que la vouloir surprendre, seroit presque entreprendre de faire possible l'impossible: Du Chesne *d. t. pag.* 481.

f) Merula *d. c. pag.* 279.

g) Laslay, apud Du Chesne *d. l. pag.* 48. Merula *d. c. pag.* 280.

h) Fortes quidem sunt muri, altique, sed externus perquam commaculati, propter latrinas, vel cloacas plurimas, vbi vulgus ventrem exonerat in fossas.

i) Hunc numerum exprimunt, Du Chesne *d. t. p.* 478. & Merula *d. c. pag.* 287. *m.*

k) *Ronde en sa figure, & si haute, qu'elle descouure trois, ou quatre lieuës de païs, ses murs espais de trois toises, ou enuiron, faits par dehors à poincte de diamans*: Du Chesne *d. t. pag.* 486. (*On y monstre la cage de fer & de bois, où Louys Duc d'Orleans, depuis Roy de France, douziesme du nom, fut enfermé*: Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 281.) Saxeæ huic moli, inquit Sincerus *in Itiner. Gall. pag.* 56. vix vllam æques aliam. Accedunt fere turres Norimbergenses iuxta portas ædificatæ. Fallor ego, aut res ita se habet, vt Norimbergensium turres istæ, elegantia, & altitudine longe hanc superent, crassitudine autem æquent, vel vix cedant.

l) *La forme de la ville entiere est presque en ouale, ayant de circuit quatre cens quarante toises, ou enuiron. Elle a sept grandes portes, outre les poternes*: Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 280. Ingruente ab hostibus metu, quatuor tantum portæ patent, Burbonia, S. Priuati, S. Sulpicii, & Aronia: Merula *d. l. pag.* 280.

m) Septendecim sunt Ecclesiæ, quas collegiatas vocant, (ita Merula *d. pag.* 280. Sed fortassis error est typographicus, & vox *septemdecim* ex sequenti linea irrepsit in locum vocis *septem*: tot enim, non plures numerant Ranchin *d. l.* & Du Chesne *d. l. pag.* 485. nempe *S. Estienne, la S. Chapelle, S. Vrsin, S. Austrille, S. Pierre le Pueillier, Nostre Dame de Sales, & Nostre Dame de Monstier moyen*) septemdecim Parochiæ, quatuor Mendicantium ordinum conuentus, duæ virorum Abbatiæ, vna S. Sulpicii, extra muros ciuitatis, altera intra, D. Ambrosii; tres mulierum conuentus, Annunciationis (*l'Annonciade*), in honorem D. Virginis, D. Laurentii, Sororum Mendicantium D. Claræ.

n) *L'Eglise de S. Estienne est la Cathedrale, chef de la premiere Aquitanique, qui a la preeminence sur toutes les autres Canonicales de la ville*: Du Chesne *d. tit. pag.* 484. Moles magnifica, structuræque elegantia vix vlli in Gallus secunda: Sincerus *d. tr. pag.* 54. Eius ornatum varie turpauit ciuilis belli

belli licentia. Inter alia obseruaui, Dei Angelorumque imagines capite plerasque truncatas, Diabolorum autem integras, mansisse.

o) Palatium, quod olim Ducum Biturigum, nunc Regium, & iustitiæ tribunal, opus est, non admodum perfecti splendoris. Interius in atrio, iuxta insignia Regis, hæc legitur inscriptio. *Henricus IV. Franciæ, & Nauarræ Rex Christianissimus, fortissimus, ac super omnes felicissimus Princeps, liberator Regni, fundator quietis, hanc Basilicam, à Iohanne, inclyto Biturigum Duce, olim inchoatam, & post variis casibus afflictam, in vsum Curiæ ac Populi Bitur. peragi iussit, curante Maximiliano de Bethune, Duce de Sulli, Franciæ Pari, Marchione de Rosny, Comite de Dourdan, supremo Domino de Bonbel, & Kyriodornal, rei tormentariæ Magistro, ac viarum curatore, ærarii quoque, ac operum, cum Regiorum, tum publicorum, præfecto. Anno Domini MDCVII.*

p) *Le palais magnifique de Iacques Cœur*, (quod tot luminibus diem haurire perhibent, quot diebus annus distinguitur: Sincer. *d. tract. pag.* 58. fateor me illa non numerasse.) *natif de Bourges mesme, argentier du Roy Charles VII. & hardy marchand, trafiquant auec toutes les nations de l'Europe, & de l'Asie. Ce fut le cinquiesme marchand François, qui descouurant les mers à nous incognuës, alla en Leuant, & eut commerce auec les Turcs. Il estoit si habile homme, & auoit tant de vaisseaux sur mer, tant d' intelligences auec les estrangers, & vne si bonne reputation de loyauté, pour le fait du commerce, qu'en peu de temps il deuint extremement riche, acheta plusieurs belles terres, fist bastir plusieurs belles maisons, & à ses despens decora la ville de Bourges de plusieurs bastimens publics, & l' embellit de ruës nouuelles. Mais, comme en France vn homme ne peut s'enrichir par son industrie, qu'il ne soit incontinent enuié, soupçonné, & accusé de se seruir de moyens illicites, il fut, sous ombre, qu' il trafiquoit entre les Turcs, accusé de pratiquer de secrettes intelligences auec eux, au detriment, & preiudice des Chrestiens, de leur enuoyer, contre l' ordonnance Ecclesiastique, des armes, & des armuriers, pour leur en forger à la façon de celles des Chrestiens, de sentir mal de la foy, pour auoir pratiqué par mieux, de leur auoir renuoyé vn Chrestien esclaue, qui s' estoit sauué des fers de la captiuité; d' auoir communiqué les secrets du Roy à ses ennemis, mal administré les deniers de sa Maiesté, & faict plusieurs grandes exactions en Languedoc. Pour ces causes, il fut, par le commandement du Roy, son maistre, mis en prison, & quelque temps aprés condamné à grosses amendes, & banni à perpetuité de la France*: Du Chesne *d. tit. p.* 486.

q) Ædes Alemannorum ibi positæ fuerunt ab Alemannis, qui quondam Regiæ gazæ præfuerunt, antequam nundinæ, quæ ibi, maximo peregrinorum concursu, celebrari solitæ, Lugdunum transferentur, anno MCCCCXCVII. Merula *d. c. pag.* 291.

r) Vide supra *lib.* 3. *cap.* 6. *lit. y.*

s) De Academia Bituricensi dixi supra *lib.* 5. *cap.* 11.

t) *Les officiers de ce siege presidial, sont, le Bailly, les Iuges presidiaux, Lieutenans, general, ciuil, & criminel, huict Conseillers, les gens du Roy, & le Greffier d'appeaux*: Du Chesne *d. tit. pag.* 488.

u). *Maintenant encore y a Election, & Generalité de Thresoriers, tant pour la recepte des tailles, & subsides de tout le païs, que pour la vuidange des procés, & differens, qui se peuuent mouuoir à cause d'iceux*: Du Chesne *d. tit. pag.* 489.

x) *Sa police, guet, & garde sont entre les mains du Maire & de quatre Escheuins, assistés de trente deux Conseillers de la ville*: Ranchin *pag.* 281. *Le Maire, & les Escheuins, ont la reserué, & le gouuernement de la police, comme des viures, & edifices, & de la garde en temps de guerre: & cognoissent mesme des procés, & differens, qui se meuuent entre les citoyens; procés, dont les appeaux ressortent simplement à la Cour Souueraine de Paris, là où tout le reste du Bailliage respond au Siege presidial*: Du Chesne *d. p.* 488. *Les Maire & Escheuins cognoissoient autresfois de toutes causes ciuiles & criminelles; & leurs appellations deuoluoient immediatement à la Cour de Parlement de Paris: mais Louys XI. attribua les causes ciuiles au premier Iuge & Magistrat de Bourges, qui est le Preuost, laissant au Maire les causes criminelles, dequoy il iouit auec les Escheuins & autres Iuges deputés par les bourgeois, dont est appel pardeuant le Bailly par ordonnance de Charles VIII. Ce priuilege a esté confirmé par les Roys subsequens, & verifié au Parlement de Paris. Ils ont leur corps de Iustice, & prisons auec iour de plaid dans l'Hostel de ville. Cette iurisdiction est non seulement sur Bourges, mais aussi sur la Septaine, qu'ils appellent* à septo vrbis, *qui sont dixneuf paroisses*: Ranchin *d. tom. pag.* 286.

y) *Les Maire & Escheuins de Bourges, ont le tiltre de noblesse, ne faisans acte contraire à icelle*: Iean Chaumeau, *en l'histoire de Berry, liu.* 5. *chap.* 16. *pag.* 214.

z) Sincerus *in d. Itiner. pag.* 502.

aa) Panni Bituricenses (*les draps de Berry*) commendantur, præ aliis Franciæ pannis, quod pluuiæ resistant. *Les draps de Berry sont fort estimés, & sont en effect les plus fins, & les meilleurs, qu'on puisse voir ny en France, ny és prouinces estrangeres. La police qu'on a establie dans Bourges pour les marquer, est singuliere: chaque année sont esleus six hommes à cet effect, sçauoir deux marchands Drapiers, vn Teinturier, vn Foulon, vn Tisseran, & vn Tondeur, lesquels ont la charge de les visiter dans l'hostel de ville, où tous les draps sont apportés, pour les recognoistre, & iuger, s'ils sont dignes de la marque & armoirie de la ville, qui est vn mouton. Ceux qui les exposent autrement en vente, sont amendables à l'arbitre des Maire & Escheuins de la ville, ausquels Louys XII. en a donné le pouuoir*: Ranchin *d. tom pag.* 285.

bb). *Il y a quelques villes priuilegiées, comme Bourges entre autres, dont les*

les Bourgeois se qualifient Barons, ainsi que Camdenus a remarqué, qu'en Angleterre ceux de Londres, Varuuic, & autres villes, auoient ce droict, de se qualifier Barons: Loyseau des Seigneuries, chap. 7. n. 44.

cc) *Les biens, meubles, & immeubles, des manans & habitans de la ville de Bourges, n'escheent, & ne sont subiects à confiscation, & publication aucune, pour quelque delict, forfaict, ou crime, qui ait esté commis par aucun des manans de ladite ville, & pais de Berry: ains l'execution faicte sur les corps, ou sur la vie, des criminels, leurs biens demeurent aux heritiers*: Chameau *d. liu. 5. chap. 2. pag.* 167. Ranchin *d. pag.* 286.

dd) *La ville, & cité de Bourges est exempte, quitte, & franche, de toutes tailles, subsides, & impositions quelconques.* Chameau *d. liu. 5. chap. 3. p.* 171.

ee) *Les Bourgeois de Bourges tenant fiefs, ou arriere fiefs, sont exempts du ban, & arriere-ban*: Idem *d. liu. 5. chap. 4. pag.* 172.

ff) *La ville de Bourges est exempte de garnison*: Idem *d. liu. 5. chap. 5. pag.* 174.

gg) *Non seulement pource, que la ville de Bourges est au milieu de ce Royaume, hors de toute soupçon d'intelligence, & faction, auec les estrangers, & que par ce moyen les personnes des delinquans sont d'autant difficiles à euader punition meritée; mais à cause des fidelités, diligences, & obeissances, les Roys de France ont octroyé aux bourgeois de Bourges, par priuileges, qu'iceux, ayans domicile en la ville de Bourges, ne puissent, & ne doiuent estre constitués prisonniers, pourueu qu'ils baillent bonne, & suffisante caution, horsmis en cas de crime de leze maiesté*: Idem *d. liu. 5. chap. 8. pag.* 176.

hh) *Les Bourgeois ne peuuent estre tirés par adiournement, citation, ou autre exploict, hors les murs de la ville, ny distraicts de leur iurisdiction ordinaire*: Idem *d. liu. 5. chap.* 14. *pag.* 183.

ii) *L'an MDXI. au mois de Mars, le Roy Louys XII. à Blois, remit l'emolument du seau ès contracts de la Preuosté de Bourges, à dix deniers Tournois, pour chacune lettre, & contract, parce qu'on auoit accoustumé payer vn denier pour liure*: Idem *d. liu. 5. chap. 7. pag.* 175.

CAPVT IX.

De Ciuitate Blæsensi.

BLœsia, vulgo *Blois*, Belsiæ ciuitas, in dextra Ligeris, colli accliuis, saluberrimi est aëris, gratissimi soli, agri amœnissimi, vitibus pulcherrimis consiti, omnique frumentorum genere, fructiferisque arboribus luxuriantis (*a*). Antiqua credi-

creditur, quamquam de conditore non constat (*b*). Sacras ædes habet aliquot, & inter illas templa collegiata duo, vnum S. Saluatori, alterum D. Iacobo sacrum (*c*). Profanæ sunt, arx Regia, quam condiderunt, & exornarunt, Ludouicus XII. & Franciscus I. Franciæ Reges, quorum symbola, huius *Salamandra* (*d*), illius *Erinaceus*, repetita hinc inde conspiciuntur. Supra introitum Ludouicus XII. equo insidens repræsentatur (*e*). Non procul ab arce, sed extra mœnia, sunt horti Regii duo, satis ampli; superiori contigua est amœnissima ambulatio inter arbores, quæ vsque ad syluam proximam per mediam se extendit leucam. Palatium Iudicio Præsidiali inseruit. Pons saxeus, in quo pyramis (*f*) eminet, suburbium, ad sinistram Ligeris partem, cum vrbe connectit. Vrbem, præter aëris salubritatem, claram reddit, quod Regalis ciuitas (*g*), & Comitatus caput dicta; quod sede Præsidiali (*h*), ac Camera Computorum (*i*), cumulata, aliquotque comitiis Regni (*k*) nobilitata fuerit; præsertim illis anni MDLXXXVIII. in quibus Guisius Dux cum fratre Cardinali interfectus (*l*), ac corpora eorum igne absumpta, iussu Henrici III. Regis (*m*).

Testes & Testimonia.

a) Merula *d. tract. cap.* 22. *pag.* 256.

b) *Bien que Cesar en tous ses Commentaires ne face aucune mention de Blois, si est il vraysemblable, qu'il estoit dés lors quelque chose:* Du Chesne *d. tr. tit. de la ville, bailliage, & Comté de Blois, chap.* I. *p.* 267. Blœsenses Gregorio Turonensi noti, circa annum DLX. Merula *d. c. pag.* 255.

c) S. Saluatoris templum, prope arcem est: D. Iacobi vero in ciuitate.

d) *Il a semblé à aucuns, que la deuise de la Salamandre, prise par le Roy François I. n'estoit pas propre pour sa grandeur, comme estant deuise amoureuse, & prise d'vne chanson du Poëte Petrarque, qui se commence; ben mi credea: & du mesme lieu est pris le mot de ladite deuise; mi nutrisco & ardo. Vray est, que ledit Roy, faisant profession d'amour, en appliquoit quelques fois les propos à chauses hautes: comme quand il deuisoit à l'esgard de l'Empereur Charles V. de la pretension, qu'il auoit eüe à l'Empire, il disoit, que ledit Empereur n'en deuoit estre mescontent, non plus, que quand il aduient, que deux ieunes Gentilshommes sont amoureux d'vne Dame, ils n'en entrent en fascherie, & ne laissent de monstrer*

bon visage l'vn à l'autre. Ceste comparaison sembloit trop basse pour si haut subiect: Coquille *en l'histoire du pais, & Duché de Niuernois, pag. 205.* De Salamandra Francisci I. hoc placet adiicere, (verba sunt Claudii Minois *in syntagm. de symbolis &c. quod præmisit commentario in Alciati Emblem. pag. 23.*) quod pauci aut nulli ex scriptoribus attigerunt, vel ex nostris, alioqui curiosis & eruditis: forte quia sensum Principis assequi non potuerint; aut quia noluerint teneros amores, quibus ille delectatus fertur impensius, suis celebrare commentariis. Accepimus enim à patribus, Principem reuera maximum à quibusdam familiaribus non semel monitum, abstineret ab vsu amorum nimio, opposuisse consultoribus alioqui bonis suam Salamandram, quæ coniecta in focum crepitantem dicitur algore suo flammas restinguere.)

e) Additi sunt versiculi:

Hic, vbi natus erat dextro Ludouicus Olympo,
Sumpsit honorata regia sceptra manu.
Felix quæ tanti fulsit lux nuncia Regis!
Gallia non alio Principe digna fuit.

f) Pyramidi hæc incisa: *De casu Pyramidis in crepidine pontis Blæsensis erecta, incolumi manente corona ad basim posita, anno* CIƆ IƆ XCIII. *Mens. August.*

Pyramis excelso stabat quæ margine pontis,
Sacra coronata Lilia fronte gerens,
Dum leuis audaci pertentat culmine cœlum,
Nocturno venti turbine quassa ruit.
Non tamen illa sacram pestis violasse coronam,
Aut Francos flores polluere ausa fuit.
Quippe & tela Iouis Regalia signa verentur,
Hæcque sub Henrici numine tuta manent.

Pio, merito, felici, triumphatori, augusto, Henrico Galliæ & Nauar. Regi, Populus, & Magistratus Blæsensis D. D. N. Chauuet Præpositus vrbis versus panxit.

g) *Blois est la capitale du païs Bloisien, & l'vne des Chambres Royalles, où les enfans des lys prenoient iadis leurs premieres nourritures. Cette ville est dite la ville aux Roys, pour auoir esté l'vn de leur plus delicieux seiours*: Du Chesne *d. chap. 1. pag. 262.*

h) *Elle est riche d'vn des principaux Bailliages, qui ressortent, en premier appel, à la Cour souueraine du Parlement de Paris, & qui a vn Bailly de robe courte, comme chef de la Noblesse du Païs, vn Lieutenant general, vn particulier, & le criminel, sept Conseillers, vn Procureur du Roy, vn Greffier, & autres officiers pour la distribution de la iustice*: Du Chesne *d. pag. 262.*

i) *Elle void au dedans de ses murailles, vne Chambre de Comptes, pour les*

les comptes de son Comté, & autres terres de la Maison d'Orleans, & que son General en est President: Du Chesne *d.ch.pag.264.*

k) *C'est elle, qui a veu deux fois les Estats du Royaume tenus dans l'enclos de son Chasteau, des iours, & du regne d'Henry III. Les premiers l'an MDLXXVII. les seconds l'an MDLXXXVIII.* Du Chesne *d.ch.pag.265.*

l) Quo de vide *le 3. Recueil des choses plus-memorables, aduenuës sous la Ligue, pag.156. & seqq. l'Histoire des derniers troubles de France fol.147. & seqq.* Hinc arx illa Principibus adhuc hodie suspecta & fatalis. *Le Duc de Vendosme y ayant esté arresté* (regnante Ludouico XIII.) *dit a son frere, ie vous auois bien dit, que le Chasteau de Blois est vn lieu fatal pour les Princes:* Autor *de l'histoire du ministere du Cardin. de Richelieu, part.1. pag.300.*

m) *Le pretexte de la religion auoit rendu ces deux Princes Lorrains si recommendables, durant leur vie, que le Roy, doubtant que le peuple superstitieux deferast à leurs corps la veneration deuë aux vrais martyrs, les fit dessecher dans de la chaux viue, & puis brusler les os, & en ietter les cendres au vent: quoy qu'il les eust accordés à leur mere, pour leur donner sepulture:* Scipion du Pleix, *en l'histoire de Henry III. pag.266.n.22.*

CAPVT X.

De Ciuitate Boloniensi.

BOlonia, Francis *Boulogne (a)*, & cum additamento, *sur mer (b)*, Flandris *Beunen (c)*; oppidum in Picardia, quod in superius hodie, & inferius diuisum (*d*). Illud altiore situm loco; hoc autem, planiora occupans, mare alluit. Alterum ab altero passibus distat centum, aut circiter. Comitatus Boloniensis, quem Ludouicus XI. in feudum recepit à Beata Virgine Maria (*e*) præcipuum est, & sedes Iudicii Præsidialis (*f*). Iactat se ad Regnum Franciæ accessisse saluis libertatibus suis (*g*).

Testes & Testimonia.

a) Dictam nonnulli putant à *boüillir*, quod *ardere* sonat. Totus enim tractus huius Comitatus arenosus est, eius generis arenæ, quam *vrentem* vocant: Merula *d.tr.cap.20.p.225.*

b) Ad differentiam *de la Boulogne la Grasse*, Bononiæ, quæ est notissima Italiæ ciuitas.

c) Flan-

c) Flandris, reliquisque Inferioris Germaniæ populis, propius ad veterem appellationem accedentibus; dicitur *Beunen* : Merula *d.c.p.226.*

d). Il y a (comme dit Ferron, en son supplement sur Paul Emile) Boulogne la haute, & Boulogne la basse. Cette-cy ne fut qu'vn bourg, auant que les Anglois vinsent y mettre le siege. (Merula *d. c. pag.* 225. adscribit superiori) *y ayant vne Eglise dediée à S. Nicolas, & vn conuent des freres Mineurs. La mer Angloise bat presque contre ses murs, & s'embarque-on prés ledit Conuent, pour passer en Angleterre. Voire est ceste ville basse loing de la haute Boulogne enuiron cent pas, & quelque peu d'auantage. La haute Boulogne est close de tres-fortes murailles, & fortifiée de fossés tres-profonds, qui enseignent les murs de toutes parts* : Du Chesne *d.tr.tit.de la ville,&c.de Boulogne ch.1.pag.457.*

e) Louys XI. composa auec le Seigneur proprietaire de Boulogne, Bertrand de la Tour, &, comme nouueau Seigneur, en fit hommage, desceint, & desesperonne, teste nuë, & à genoux, à la Vierge Marie, donnant pour droit, & deuoir, a son image, vn cœur d'or massif, pesant deux mille escus, a telle condition, que des lors en auant, luy, & ses successeurs Roys, tiendroyent la Comté de Boulogne de la Vierge, luy en feroient hommage, & à chacune mutation de vassal, payeroient vn cœur d'or fin de ce poids : P. Matthieu *en l'histoire de Louys XI. liure* 8. *pag.* 433. (Ludouicus XI. transegit cum Bertrando Turriano, qui erat Dominus Boloniæ, & tanquam nouus acquirens, Virgini Mariæ homagium præstitit, discinctus, sine calcaribus, capite nudus, & procumbens in genua, offerens, tanquam debitum, eius imagini, cor, ex solido auro, pondere æquans duo millia scutorum, hac addita lege, vt imposterum ipse, & eius successores, Reges Franciæ, tenerent Comitatum Boloniæ à B. Virgine in feudum, ei iurarent fidelitatem, & mutatione vasalli contingente, offerrent cor ex auro puro fabrefactum, prædicti ponderis.)

f) En ceste ville y a Bailliage, ressortissable au Parlement de Paris: Du Chesne *d. tit. pag.*460.

g). Loyseau, *des Seigneuries chap.16.n.83.* vide supra *h.lib.cap.1.lit.h.*

CAPUT XI.

De Ciuitate Burdigalensi.

BUrdigala, Francis *Bourdeaux*, antiqua Aquitaniæ, vel Guiennæ *(a)*, ciuitas, ita nominata, à *bardis Gallis (b)*, vel à *bord des eaux (c)*, vel à *bour da, & Iala (d)*, riuulis; vel *Biturigala (e)*, contracte *Burdigala*; vel *Burgus* Gallorum *(f)*; sic nem-

sic nempe variant scriptores. Sita est in Garumnæ ripa ad Pyrenæos pertinente, vel Occidentem spectante (*g*): aduersa ripa collibus surgit amœnissimis, vario arborum genere consitis, imprimis vite (qua tota circumiacens regio abundat, quæ generosum illud temetum, *vin de graue* (*h*) dictum, cum aliis (*i*) suppeditat Septentrionalibus populis (*k*)). In iis cliuus est in vrbem & Meridiem obuersus, peruetusto cupressino luco, qui nunc vix septem est iugerum, celebris (*l*). Olim ipsa vrbs parua fuit, Ausonio teste (*m*), sed varie postea aucta, eo excreuit, vt hodie quadringenta, & quinquaginta iugera occupare dicatur (*n*). Ædificia tam sacra, quam profana, quæ famam habent, hic multa sunt (*o*). Duæ insignes Ecclesiæ, quarum vna Metropolitana, duodecim Parœciæ, octo cœnobia Monachorum, vnum sacrarum Virginum, quibus quidam annumerant collegium Iesuitarum (*p*). Profana sunt, vel antiqua, vel recentiora. Inter antiqua primas tenent, Palatium Tutelæ (*q*), & Palatium Gallieni, vel potius amphitheatri reliquiæ (*r*). Recentioribus accenseri debent, Arx Vmbraria (*s*), quæ hodie Parlamento Regio inseruit, arx *Troupette* (*t*), vbi militum est statum præsidium: Curia, siue Basilica vrbis, Armamentarium, Aula mercatorum, vulgo *la bourse* (*u*). Egregium quoque est palatium Cardinalis de Sourdis & picturis elegantissimum (*x*). Porro, Burdigala fulget sede Archiepiscopali (*y*), Parlamenti Regii (*z*), Seneschalli Guiennæ, Admiralitatis (*aa*), Academiæ (*bb*), ac generalitatis, vt vocant, tributorum istius prouinciæ (*cc*). Est vero caput Senatus ciuitatis Maior (*dd*), iuxta quem iurati (*ee*) sunt, consilium triginta ciuium selectorum, cui, si momenta rerum exigant, trecenti alii adiungi solent (*ff*). Insignia ciuitatis lunam crescentem, aliaque exhibent (*gg*). Priuilegia accepit varia, quorum alia generalia, alia specialia, ad certum ordinem personarum spectant. Sic constitutio Philippina Maiori, & Iuratis, imperium & iurisdictionem concessit (*hh*). Carolus IX. ius nundinarum ciuitati dedit (*ii*); alii alia, non ciuitati modo, sed & adiacentis territorii habitatoribus (*kk*). Misera eius sors fuit

fuit anno MDXLVIII. cum omnibus priuilegiis exuta (*ll*), quæ tamen mox Regis beneficio recepit, in pristinum statum, exceptis paucis, restituta (*mm*). Olim, vt fertur, circa annum MCCCXIV. ibi patres habuerunt ius vitæ & necis in liberos, nec minus mariti in vxores. Vir vxorem præira, aut doloris impatientia, occidens, modo solemni iuramento pœnitentiam declarabat, omni pœna erat exemptus (*nn*). Mas, fœminaque, in adulterio deprehensi, fune vtrinque genitalibus alligato, per vrbem trahebantur (*oo*). Inter statuta, condita anno MCCCCXI. vnum fuisse memorant, quo illi, qui ad generale ciuitatis consilium vocatus non veniret, non modo mulcta imposita, sed etiam cautum, vt fores à lictoribus rumperentur. Filiafamilias, vi statuti Burdigalensis, si pater eam elocare negligat, post annum ætatis vigesimum, sua sponte citra pœnam nubit (*pp*). Alienigenæ Burdigalæ habitantes, fiunt ciues Regni, & ita iure Albinagii eximuntur (*qq*). Filius qui hic per annum seorsim à patre habitauit, à patria potestate liberatur (*rr*). Nec illud silentio inuoluendum, aliquando Anglorum genti, quæ Burdigalam commerciorum causa nauigaret, certas fuisse præscriptas regulas, quas obseruarent (*ss*); & generaliter omnibus vinum naui Burdigala asportaturis interdictum esse, vela ventis dare, vel abire, priusquam cupressinum ramum à Magistratu acceperint, soluta propterea certa pecuniæ summa (*tt*). Denique notandum quoque est ius, quod Capitali Buchensi in foro Clicensi competere dicitur (*uu*), nec non quod de reditibus annotatum legitur (*xx*).

Testes & Testimonia.

a) Guienna, depranatum nomen est ex Aquitania, vt res ipsa loquitur: Merula *d.tr.chap.34.in pr.*

b) Bardigalli, id est, stulti Galli. Fecit hoc Domitius Calderinus, reprehensus propterea à Vineto *in antiquitat. Burdigal.n.32. & ad Ausonii Burdigal.n.208.* Terentium Varronem irrisum fuisse, quod Græcis verbis Latinas dederit origines: huic parem esse Domitium, qui Gallicæ voci Latinam similiter dare voluerit. Gallos non fuisse tam vocabulorum inopes, ve-

 risimile

rifimile esse, vt oportuerit paupertati linguæ suæ opem quærere ab abundantia Latinæ. Quod si omnino à bardis nomen fœnerandum huic vrbi, bardum potius gallice, quam latine interpretandum, quem Gallorum linguæ significare cantorem, testem citat Festum.

c) *Du bord des eaux de la Garonne, comme veulent dire quelques vns:* Du Chesne *d.tr.liu.3.chap.2.pag.699.*

d) *De la Bourde, & la Iale, deux petites riuerettes, entre lesquelles Bourdeaux est assis, tout auprés de l'vne, & à vne lieuë & demie, ou deux lieuës, de l'autre:* Du Chesne *d. pag.* (A *Burda* & *Iala*, duobus riuulis, quorum alter proximus Burdigalę, alter ad vnum & dimidium, vel duos lapides, remotus.)

e) Audiendus potius, quamquam sæpe etiam vanus, Isidorus, cuius (Burdigalam, Biturigalam quandam esse, & à Biturigibus Gallis conditam, innuentis, vt vult Vinetus) hæc sunt, *lib.15.* verba: Burdegalum appellatum ferunt, quod Bituriges Gallos primum habuerit colonos, quibus ante cultoribus adimpleta est. Sic legendum ex veterum codicum autoritate: in vulgatis sunt *Burgi Galli*, ait Merula *d. cb.34. p.332.* Sicque faciunt in Gallia duplices Bituriges: alios Ligeriones, ad Ligerim fluuium, vbi nunc *Bourges, & le Berry*, quos appellant Cubos; alios vero Garumnanos Bituriges, vbi nunc Burdigala: Balthasar de Vias, *in Sylua Regia, pag.*300. *n.2.*

f) Du Chesne *d.p.699.*

g) Merula *d.l.p.332.* Balthasar de Vias *in d. sylua regia, p.*300.

h) In Gallia nulla regio vino magis abundat, eoque generoso: vulgo *vin de graue* dicitur. *Graue*, quod, quamuis Vasco, non intellexit Belleforestus, per totam Galliam significat arenam, (docente id Scaligero) & terram arenosam, siue saburretum. Solum autem suburbanum, in quo præstantissimum illud vinum nascitur, dicitur *Graue*, quia totum arenosum est: Merula *d.cap.p.335.*

i) Alia vina, notæ vix vilioris, sunt, *le Larmont*, & *de la Bastide*: Merula *d.pag.*

k) Vide supra, *lib.1.cap.6.lit.ii.*

l) Merula *d.l.p.332.*

m) Ausonii vetus Burdigala quadratæ fuit figuræ, sed oblongæ: sic vt in longitudinem Elias Vinetus, diligenter aliquoties scrutatus, CCCLXXII. in latitudinem CC XXX. hexapodas habuisse eam deprehenderit. Ex quis colligit, centum & septem iugera tantum soli eam obtinuisse, adeoque reuera fuisse paruam, vt apposite sub initium carminis Ausonius potuerit dicere, quosdam arbitrari posse, se ideo à descriptione, & præconio patriæ suæ abstinere, quod conscius esset vrbis exiguæ: Sincerus *d. append. cap.* 4. *pag.*397.

n) *Les Sarrazins, & Normans, l'ayant bruslée depuis le temps d'Ausone,* (qui

(qui a faict vn liure des villes les plus-renommées de son temps) elle a esté rébastie, & close d'vne closture plus spacieuse, voire par succession de temps, & à diuerses reprises accreüe en telle grandeur, qu'elle n'a auiourd'huy moins de quatre cens cinquante iournaux de plan, qui est enuiron la tierce partie de la ville de Paris. Du Chesne *d. ch. 2. pag. 703.* Cum ista veteri quadratura expirauit & vetus vrbis paruitas. Quadratura ista abiit in figuram multangulam, maxime à meridionali, & vicina occidentali parte, tum ab Oriente, vbi nunc sinum quendam, siue mediam Lunam, vt loqui vulgus amat, facit: quem olim talem non habebat; quippe cuius latitudo tanta non erat, vt istam curuitatem complecteretur totam: Sincer. *d. pag. 397.*

o) De quibus agit Du Chesne *d. ch. pag. 703. & 705.*

p) Merula *d. l. p. 333.* & Sincerus *in d. append. cap. 7. pag. 432.*

q) Vinetus *ad Ausonii Burdigalam, n. 210.* de Palatio Tutelæ ita scribit: Hoc etiam extra vrbem erat, sed propius Garumnam, & iuxta fossam, qua latus vrbis, septentriones spectans, muniebatur: verum in ipsa tandem inclusum est vrbe, cum illa ad eam partem ampliata fuit. Peryſtilium est quadrangulum orthogonium, longum pedes octoginta septem, latum sexaginta tres. Pilis (sic vulgus vocat) siue columnis assurgebat striatis, octo in longitudine, & sex in latitudine, quæ fiebant, in toto ambitu, columnæ quatuor & viginti. Earum adhuc steterunt decem & octo. Subest vero Camera antiquo artificio, in qua vinum conditur. Templum fuisse patens quidam suspicantur, & ex ipso nominis vestigio, Dei Tutelaris fanum. Habebant enim Deos, in quorum tutela suas esse ciuitates volebant. Fuit quoque apud eos eiusdem originis Tutelanus Deus, cuius meminerunt Nonius Marcellus, & Aurel. Augustin. *lib. 4. de Ciuit. Dei.* Fuit & Tutilina Dea. Hæc ex Vineto Sincerus *d. append. cap. 3. pag. 379. & 380.* & bonam partem Merula *d. l. p. 334.*

r) De hoc ita Vinetus *d. n. 210.* Palatium Galieni, quod vocant, seu Galienæ, de quo antiquitatis ignarum vulgus egregiam fabulam commentum fuit: quam & Rodericum quendã Toletanum referre non puduit, *libro quarto Hispanicorum*; id videtur potius à Gallieno Augusto nomen accepisse: quo Imperatore Tetricus quidam, Aquitaniæ præfectus, Burdigalæ fuit Imperator factus. Est autem Amphitheatrum, siue potius pulchri quondam Amphitheatri tenues reliquiæ. Id circumdabant parietes sex: eratq; extimi, qui reliquos altitudine superabat, & intimi, omnium humilimi interuallum octoginta sex pedes, quantum quidem semiruta & iacentia vetustissima monumenta nobis eo pede metiri licuit, quem Glareanus Heluetius à Budæo Parisiensi accepisse se dictitabat. Mediæ areæ longitudo, quam excipiebant vtrinque portæ singulæ, ducentos & viginti quatuor; latitudo, centum & quadraginta pedes patebat, vt hæc oui figura construi moris erat. Vt autem de fabula constet, quam Vinetus explodit, ex Lurbei *Chronicis* discimus,

mus, putasse Rodericum Toletanum, Caroli Magni iussu, & auspiciis, ab exilio Hispanico reuersi, in gratiam Galienæ, Regis Galastri filiæ, exædificatum. Esse autem certissimum, alia monumenta olere reliquias Romanæ potentiæ, quæ adhuc in pluribus Galliarum locis supersint; neque alibi Carolum à Pipino profugisse in Hispanias legi. Hæc enarrans Sincerus, *d. c. 3.* addit *pag.* 379. suo tempore luparum, & prostibulorum istic fuisse consistorium. Quando ego illud oculis lustraui, ex cadauere, variisque ossibus ibi iacentibus, deprehendi morticinis locum destinatum.

s) Arx fuit olim Burdigalæ, nomine Vmbraria, Regia antiquorum Aquitaniæ Ducum. Vocabulum suum inde habuit, quod aquifolio, & aliis arboribus, vmbram facientibus, vndique circumdata erat. Ipsa arx restat adhuc, nomenque priscum seruat, etsi istam arborum vmbram, propterea, quod ædificia in ipsarum locum posita fuere, perdiderit, & iam sedes est Parlamenti Regii: Sincer. *d. append. cap. 7. pag.* 434.

t) Ita nominat Du Chesne *d. ch. pag.* 703. Sincerus *d. loc. pag.* 435. Tropeita.

u) Instituta dicitur hæc aula, ad mercatorum lites dirimendas: Gœlniz *in itiner. Belgogall. pag.* 617. Regis insignia supra portam, cui inscriptum, *Pietati & Iustitiæ*, collocata conspiciuntur, & sub illis hæc verba: *Fidei iustitiæq; sacrum mercatorum Burdigal. ordo opus hoc ex Dei princi. beneficio ac iussu instituit, cui prima fundamen. Ioannes Riniacius mercalium rerum iudex, Pe. Saluagius, & Ioa. Pratanus, Consiliarii iacienda curauerunt. Mense Mart. ann. Christi MDLXXI.*

x) Nempe in xysto, siue galeria, vt vocant, longitudine XCIV. passuum, ad parietem hæc scripta:

B. V. Mariæ. F. de
Sourdis
S. R. E. Card. D.
Auspice cælorum regina porticus ista
Surgit, & aspectu nobiliore nitet.
Hanc mihi delegi dominam, vitaeq; magistram:
Eu vtinam seruum me velit esse suum!

De artifice, in alia pariete, ita legitur: *Sacras imagines præsentis aulæ Beat. Virgini Mariæ ab Illustr. ac Reuerendiss. Cardinale de Sourdis, huius Ciuitatis Archiepiscopo, dicata, in obsequium eiusdem S.mæ Virginis, ac eiusdem Illustr. & Reuerend. Cardis. Frater Ludouicus Pasqual Carthusianus, ex Villafranca, diœcesis Barchinonæ oriundus, ex animo faciebat anno salutis nostræ MDCXIV.*

y) Vide supra *lib. 3. cap. 6. lit. z.*

z) De quo infra *lib. vlt. cap. 6.*

aa) *En ceste ville, outre le Parlement, sont aussi les Sieges, du Seneschal de*

de Guyenne, & de l'Admirauté, pour le fait de la marine: Du Chesne *d. chap. pag.* 708.

bb) Vide supra *lib. 5. cap.* 12.

cc) *Le Bureau des Finances, & l'assiette de la recepte generale des tailles de Guyenne, auec les Thresoriers generaux en la generalité d'icelle, la decorent encore, l'enrichissent, & l'ennoblissent de beaucoup*: Du Chesne *d. pag.*

dd) Maioris libere creandi ius Burdigalensibus concessit, anno MCLXXIII. Henricus Angliæ Rex, cui illi tunc subditi. Lectus à populo primus, Dominus de Monodei, ciuis Burdigalensis. Eiusdem electio iterum, ciuium consensu, ad Principem est translata, in gratiam Eduardi, Henrici Angliæ Regis primogeniti, anno MCCLX. (sed ea iterum postea ad ciues rediit.) Hinc Maior ab initio erat annuus, donec tandem Carolus VII. Franciæ Rex, anno MCCCCLIV. Ioannem Burellum perpetuum constitueret: quod postea ad fatalem anni MDXLVIII. tumultum durauit: Sic, vt licuerit Maiori, quotannis è numero Iuratorum Submaiorem vnum eligere, qui, eo absente, collegio Iuratorum præesset. Henricus II. Fr. Rex, Burdigalensibus in gratiam receptis, hoc in Maiore mutauit, ne esset perpetuus, sed biennis: Sincerus *d. append. cap.* 12. *pag.* 475. potest tamen continuari per alterum biennium, si idem Maior noua electione creetur, qui antea erat: Du Chesne *d. chap. pag.* 709.

ee) Iurati olim quinquaginta, (secundum Merulam *d. loc. pag.* 335. triceni numero) postea ad viginti quatuor redacti, & sub Eduardo Angliæ Rege, anno MCCCLXXVIII. contracti ad duodecim, pro numero regionum vrbis. Tandem, ex constitutione Henrici II. ad sex, (redactis etiam ad eundem numerum regionibus vrbis: Merula *d. pag.* 335.) sic, vt singulis annis tres Iurati mutentur: Sincerus *d. cap.* 12. *pag.* 475. Idem Eduardus, prædicto anno rescripto suo prohibuit, ne quis Nobilis, aut Miles generosus (sic enim verba habent) deinceps Iuretus foret: quod consensu ciuium A. MCCCXCII. abrogauit Ioannes Dux Lancastriæ, Præfectus Aquitaniæ, suam relinquens suffragiorum ciuibus libertatem: Merula *d. l.* Cæterum *le Maire & Iurats portent titre de Regens & Gouuerneur de la ville, precedent en tous actes les Nobles de la prouince, & tous autres du Royaume, s'ils n'ont droit de monter és hauts sieges du Parlement. Le Maire est tousiours vn Seigneur du païs, & deux des Iurats sont de la Noblesse, deux Aduocats en Parlement, & deux bourgeois ou marchands. Ils font marcher deuant eux, quand ils vont en corps, quarante Archers du guet, vestus de casaques d'escarlatte, & sont suiuis des officiers de la ville, qui sont le Clerc, Procureur, Syndic, & Thresorier, les Assesseurs, le Notaire, Portier, Cheuaucheur, Trompettes, & autres officiers politiques, qui sont en grand nombre, & entre autres vn Fourrier de la ville, les Visiteurs de la riuiere, les Intendans des œuures publiques. Le Maire est vestu de velours blanc & bleu, auec paremens de*

de brocatel, & marche quelques pas auant les Iurats, qui ont des robes, & chaperons de damas blanc & rouge, doublé de tafetas rouge, és entrées des Roys de velours blanc & rouge, double de tafetas, & celle du Maire de brocatel: Ranchin *d. pag.* 313. *Le Maire souloit prester serment en l'Eglise de S. Seuerin, comme font encor auiourd'huy certains officiers de la ville, prenans le chaperon & marque de Iurade: mais le Maire le preste en l'Eglise metropolitaine de S. André, entre les mains de l'Archeuesque, ou du Doyen du Chapitre en son absence. Les Maire & Iurats ont iustice haute, moyenne & basse, dans la ville & banlieuë, qui leur a esté confirmée par Ordonnance de Philippe le Bel de l'an MCCXCV. Leurs appellations ressortissent nuëment à la Cour de Parlement, & auant son institution, le Seneschal de Guyenne, qu'on appelloit pour lors Iuge de Gascogne, en cognoissoit:* Idem Ranchin *d. pag.*

ff) Merula *dict. l.* Sincerus *d. l.*

gg) Sincerus *d. append. c.* 7. *pag.* 437. Ciuitatis insignia turres esse ait, quibus repræsententur duæ illæ, quæ ædificatæ ad Basilicam vrbis: Fauyn autem *au theatre d'honneur, liu.* 2. *chap.* 1. *pag.* 427. ita docet: Burdigala à Geographis appellatur portus Lunæ, *à cause de son assiette en demy-lune, du costé qu'elle est baignée de la grosse riuiere de Garonne, courbée en demi-cercle, & toute ronde de celuy qui tire aux landes de Bourdeaux; c'est pourquoy ceste ville porte vn croissant en ses armes, auec la representation de son fleuue, de sa maison de ville, du leopard de Guyenne, auec le chef de France.* vel, vt idem Fauyn *d. tr. liu.* 3. *pag.* 398 scribit: *La ville de Bourdeaux, capitale de Guyenne, porte d'or, au lion passant de gueules, soustenu de la forme de leur hostel de ville, d'argent, massonnée de sable, à la tour de mesme, chargée d'vne cloche d'azur, porté d'vn pont, basty sur vne riuiere, ondée d'argent, & d'azur, au croissant d'argent en poincte, au chef de France.*

hh) Philippus, Francorum Rex, in Burdigalensium gratiam, vtque eorum sibi animos deuinciret, rescripto suo, quod adhuc religiose in ærario publico seruatur, concessit collegio Maioris, & Iuratorum vrbis, omne imperium, & iurisdictionem, non solum in vrbe, & suburbiis, sed etiam in terris vltra primum lapidem, siue territorio, quod *Banleucam (Banlieuë)* vocant, cum omnimoda potestate, sibi tantummodo iure imperii supremi recepto, & iurisdictione ciuili, inter extraneos exercenda per Præpositum Vmbrariæ. Hæc constitutio vulgo Philippina vocatur. Hinc fit etiam hodie, vt in supremi imperii notam, & tanti beneficii memoriam, etiamsi Præpositi Vmbrariæ nulla sit iurisdictio, & à Seneschallo exerceatur, sententiam capitalem ab Iuratis latam, & à Senatu confirmatam, non prius exequi, & lege agere in damnatum liceat, quam reus ante castrum Vmbrariæ ductus sit, & ibi à lictore ter nomen Præpositi Vmbrariæ, etiam nemine respondente, proclamatum fuerit: Merula *d. l. pag.* 336.

ii) Im-

l) Basilica vrbis Capitolium dicitur, vbi, si ingredi velis, arma deponas necesse est. Ædificium est satis elegans, & amplum.

m) In eodem est etiam armamentarium, in duas distinctum partes, quarum vna tormenta bellica maiora continet, altera minora, & alia arma. Supra portam illius hæc legitur inscriptio:

Hic sua deposuit Mauors, sua Iupiter, arma.
Amborum vires nam Ludouicus habet.
M DC XVIII.

Supra alterius vero:

Terrea

Ferrea Cantabrica bene fistula iungitur hasta:
Eminus illa tonat, cominus illa ferit.

n) Pons, quod Garumna secat, connectit, ad transitum peditum non equitum, aut curruum, aptus.

o) Molendinum non procul est à statione nauigiorum, Garumnæ inædificatum, nouo artificio, de quo Sincer. *pag.* 149. & Gœlniz *pag.* 598.

p) Vide supra *lib.* 3. *cap.* 6. *lit. bb.*

q) *Elle est ornée d'vn Parlement de France, fort rigoureux, & seuere obseruateur de la iustice &c. de sorte qu'aux epithetes communs des bonnes villes de France, on dit; Paris la deuotieuse, Tolose la iusticiere, & Lyon la marchande:* Lutetia orat, Tolosa iudicat, Lugdunum mercatur: Fauyn *d. pag.* 444.

r) Vide supra *lib.* 5. *cap.* 19.

s) Magistratus oppidanus, quem Capitolatum vulgo vocant, constat VIII. viris, (*huict Capitoulx*, octo viri Capitolini, *ayans ce nom de leur ancien Capitole, & ont le gouuernement de la police, & iustice ciuile & criminelle, dont quatre sont esleus tous les ans au iour de S. Catherine, & mis en leur charge à la S. Luce ensuiuant*: Fauyn *d. pag.*) à quibus ad Senatum prouocatio est: cum res magni momenti incidit, comitia vrbis ordinum cogunt: Thuanus *lib.* 95. *histor. in princ.* Senatus merum mixtumque habet in ciues & subditos imperium, quod rarum in Gallia reliqua: Gœlniz *pag.* 598.

t) *Les Capitoux sont comme les Escheuins*: Du Chesne *pag.* 643. *Ils sont declarés nobles, par arrests, & par lettres, iouïssent des priuileges de noblesse, & portent vn de leur boutons de drap d'or*: Louys d'Orleans, *aux ouuert. des Parlem. ch.* 25. *pag.* 310. *Les Capitouls ont vn pareil pouuoir, chacun dans son quartier, & sont nobles durant, & aprés leur année. Ils ont les clefs, & la garde de la ville, auec Iustice criminelle, Cour & prisons, & autres priuileges; leurs images demeurent dans l'Hostel de ville aprés leur année, comme il se pratique pour le Preuost des Marchands & les Escheuins de Paris, & pour les Consuls de Montpellier*: Ranchin *d. t. pag.* 351.

u) In Gallia Iudices negotiatorum proprii sunt negotiatores ipsi, permisit enim Rex negotiatoribus, deligere ex seipsis vnum, quem dicunt Iudicem; alicubi, vt Tholosæ, vocant Priorem, & alios, consilii causa, quos vocant Consules: addunt & Assessorem togatum, vt de litibus & controuersiis, motis inter negotiatores, viduas eorum, institores, & exercitores, cognoscant, sine prouocatione, vsque ad certam pecuniæ summam, quingentarum alicubi librarum, cum facultate exsequendi iudicia huiusmodi, non obstante appellatione, & sine eius præiudicio. Possunt & sequestros, vsque ad programmata subhastationum, pignorum, in causam iudicati, seu rerum immobilium in pignus captarum, constituere: verumtamen subhastationes, & addictio dominii, quam vocant *Interposition de decret*, illis non permittun-

mittuntur, sed hoc iudici ordinario relinquitur: *constit. Caroli IX.* MDLXIII. Tholosanus *syntagm. iur. lib.* 47. *cap.* 37. *n.* 4.

x) *Ceux de Thoulouse portent en leurs armoiries vn mouton sans cornes: le bon compagnon rendoit la raison, que c'est, parce qu'elles sont odieuses, & qu'il y en a assés par tout ailleurs*: P. de Lancre *au tableau de l'inconstance, liu.* 2. *disc.* 2. *fol.* 110. *b.*

y) Guil. Benedict. *in c. Raynutius, ad verb. & vxorem nomine, n.* 194. *de testam*, diploma huius priuilegii promulgatum fuit in Curia Tholosana anno MCCCCLXXVI. Tholosanus *syntagm. iur. lib.* 42. *cap.* 8. *n.* 25.

z) Ex Boërio Tholosanus *d. syntagm. lib.* 14. *cap.* 1. *n.* 22. Adde quæ ex Bodino notaui supra *lib.* 1. *cap.* 6. *lit. ccc.*

CAPVT XXXV.

De Ciuitate Turonensi.

TVronum, Francis *Tours*, vrbs antiquissima (*a*), ad Ligerim, & Carum sita, hodie sedes Archiepiscopalis (*b*): nomen habere dicitur à Turno (*c*), conditore suo. Est mercaturæ dedita, potissimum serici. Ædibus sacris abundat; quas inter sunt templa, D. Martini (*d*), qui in magna fuit apud Francos, tam Reges, quam populum, veneratione (*e*), inde donis olim variis affectus (*f*); D. Gratiani, S. Saturnini, &c (*g*). Profanæ structuræ sunt, arx (*h*), pons supra Ligerim (*i*), & area, quæ ludo, quem *palemaille* appellant, inseruit, amœnissima, arborum vmbra contra ardorem Solis munita (*k*). Ciuium capita sunt, Maior, & Eschcuini (*l*): insignia vrbis, tres turres, & tria lilia (*m*).

Testes & Testimonia.

a) *Ceste ville est tres-antique*: Du Chesne *d. tr. tit. du païs, & Duché de Touraine, chap.* 1. *pag.* 470.

b) Vide supra *lib.* 3. *cap.* 6. *lit. ii.*

c) *Quelques vns tiennent, qu'vn Troyen, appellé, Turnus, contemporain d'Ænee, ce grand ancestre, & premier parent de la nation Romaine, ietta la premiere pierre de la ville de Tours, voire maintiennent, que son tombeau y est encore apparent. Mais, tant s'en faut, que ie vueille m'accorder* (verba sunt Du

Chesne *d. pag.* 470.) *à ceste opinion, plus-fabuleuse que vraysemblable, que ie croy mesme auoir esté bastie long temps auant la grande Troye; & si ce fut vn Turnus, qui en dressa le plan, qu'il fut plus-tost de la Nation des Gaules, que de quelque estrangere.*

d) Du Chesne *pag.* 473. Ossa autem S Martini, quæ hoc in templo multos per annos deuote custodita dicebantur, tempore Caroli IX. Regis, ab Hugonotis igne absumpta fuerunt.

e) Obseruaui tabulam altari impositam, cui hæc oratio ad S. Martinum inscripta:

O sainct Martin, parfaict amy de Dieu,
Ie te requiers humblement en ce lieu,
Tres-glorieux Archeuesque de Tours,
Qu'il te plaise me garder des faux tours
De l'ennemy, soit en iour, ou en nuict,
Qu'il ne me face aucun mal, ou ennuy.
Impetre moy par ta saincte oraison,
Que mes briefs iours ie viue de raison,
Et que si bien en ce monde ie face,
Qu'aprés ma mort ie puisse voir la face
Du doulx Iesus, du monde le Sauueur,
Lequel aux siens esgallement saulue.

Supplie le donc Sainct Martin, qu'il me garde
De toutes fiebures, quartes, ou continuës,
Et qu'en santé mon las corps continuë,
Durant mes iours, humblement le seruant,
En me rendant de bon cœur son seruant. Amen.

f) *Si tost que le Roy Cloüis fut Chrestien, il honora les reliques de Saint Martin de grands dons, & offrandes, entre lesquelles il y donna le coursier, sur lequel il estoit monté en ses batailles, & victoires: & depuis le voulant rauoir, & racheter, pour le prix qu'il pouuoit valoir, enuoya deuant la chasse dudit Sainct cent pieces de or, de la monnoye lors courant. Mais, comme il voulut monter sur le cheual, il ne se mouuoit aucunement, & sembloit, qu'il eust les pieds attachés contre terre. C'est pourquoy il renuoya autres cent pieces, iusques à la cinquiesme fois, & alors le cheual s'esmeut. Ce qui occasionna Cloüis de dire, que S. Martin estoit bon aide, mais cher en prix:* Du Chesne *pag.* 474. Aliter rem refert Charron *en l'histoire vniuerselle, ch.* 95. *pag.* 683. & addit ex Abbate Vrspergense, Clodoueum dixisse; Vere beatus Martinus bonus est in auxilio, sed carus in negotio. *La victoire ainsi obtenuë contre Alaric, Cloüis s'en va rendre graces à Dieu, & à S. Martin, en son Eglise de Tours, auquel il auoit promis, en cas de victoire, vn beau cheual. Il luy enuoya*

enuoye, mais n'estant d'assés grand prix, le cheual ne peut miraculeusement bouger de l'estable; qui fut cause, qu'il adiousta au prix dudit cheual cent escus d'or. Ce faict, le cheual bougea, & fut amené en ladite Eglise, & Conuent, qui le receut en don. Sur quoy dit Cloüis, en gausserie, S. Martin m'a bien aidé au besoing, mais il m'a cherement faict couster: Claude du Pré, *en l'abregé de la vraye origine des François, liu. 5. chap. 7. pag. 117.* Aliud exemplum recitat Monstrelet, *en sa Chronique, du Roy Louys XI. que pour la grande, & singuliere confidence, que de tout temps il a eu à Monsr. Sainct Martin de Tours, il voulut, & ordonna, estre faict vn grand treillis d'argent, tout autour de la chasse dudit Sainct Martin, lequel y fut faict, & pesoit de seize à dixsept mille marcs d'argent, qui cousta, auant que d'estre prest, & tout assis, deux cens mille francs. Et est à sçauoir, que pour finer de ladite grande quantité d'argent, à faire les ouurages dessudits, furent ordonnés commissaires, pour prendre, & saisir toute la vaisselle d'argent, qu'on pouuoit trouuer, à Paris, & autre ville; laquelle vaisselle fut payée raisonnablement &c.* Du Chesne *pag. 477. & seq.*

g) Vide Du Chesne *pag. 482.*

h) Arx vetusta, & fortis, sed parum elegans.

i) Pons lapideus, arcuum XIIX. Gœlniz *pag. 265.*

k) Plus mille passus æquat longitudo, arborum latissimarum septem ordines loco opacitatem adferunt: Sincerus *pag. 96.* Nulla in tota Gallia huic æqualis reperitur.

l) Du Chesne, *pag. 486.*

m) *La ville de Tours porte ses armes conformes à son nom, sçauoir est, trois tours, au dessous de trois fleurs de lys:* Du Chesne *pag. 470.*

CAPVT XXXVI.

De Valentia.

VAlentia, vulgo *Valence*, vrbs superioris Delphinatus, quam alii antea Romam, à Romo quodam (*a*), dictam, alii Valentio, seu Valente, Imperatore (*b*), conditam prædicant. Sita est ad Rhodanum, in loco amœno, & fœcunda (*c*). Templa habet, Cathedrale S. Apollinaris, B. Petri, S. Iohannis, &c. Illustratur sede Episcopali (*d*), Iudicio Præsidiali (*e*), atque Academia (*f*). Ciuium moderatores sunt Consules quatuor (*g*).

Testes & Testimonia.

a) Valentiam, antea Romam dictam, à Romo Hispanorum quondam Rege, nonnulli affirmant: Gœlniz *pag.* 454. alii à Romo, *fils d'Allobrox, Roy des Gaules*: Du Chesne *d. tr. liu.* 4. *chap.* 5. *pag.* 813.

b) Du Chesne *pag.* 814. Gœlniz *d. l.*

c) *Ceste ville est assise le long du Rhosne, en vn terroir assés fecond, & fertile*: Du Chesne *d. pag.*

d) Vide supra *lib.* 3. *cap.* 6. *lit.* kkkkkk.

e) Du Chesne *pag.* 817.

f) Vide supra *lib.* 5. *cap.* 20.

g) *Quatre Consuls, pour l'ordre, & police publique*: Du Chesne *p.* 817.

CAPVT XXXVII.

De Ciuitate Viennensi.

VIenna, *Vienne*, vrbs Delphinatus inferioris (*a*) nomen accepisse fertur à biennio (*b*), intra quod à Venerio Afro exule, ædificata; quod alii rident (*c*). Antiquam esse variis notis deprehenditur. Sita est ad Rhodanum; templum habet Cathedrale S. Mauritii, &c. (*d*), estque sedes Archiepiscopalis (*e*). Publica ædificia profana sunt, Basilica vrbis, Castella (*f*), turres (*g*), amphitheatrum (*h*), & pons supra Rhodanum (*i*). Insigne ciuitatis est vlmus.

Testes & Testimonia.

a) Du Chesne, *d. tr. liu.* 4. *chap.* 4. *pag.* 810.

b) Quasi *Bienne*, aut *bienna*: Sincerus *pag.* 217. Du Chesne *d. pag.*

c) Merula *d. tr. cap.* 40. *pag.* 400.

d) Du Chesne *d. pag. & seq.* Sincerus *pag.* 217. *Elle a dix paroisses, outre l'Eglise Cathedrale de S. Maurice, & les Eglises Collegiales de S. Pierre, S. Seuers & S. André le Religieux*: Ranchin *d. tom. pag.* 380.

e) Vide supra *lib.* 3. *cap.* 6. *lit.* kk.


f) Vnum vocatur *Pipet*, fortissimum in rupe edita: alterum, *la Bâtie*, non tanti roboris: Sincer. *pag.* 219.

g) Vna

g) Vna dicitur turris *Auriaca*, quod aliquando Princeps aliquis Auriacus ibi custoditus: altera *Rotunda*, à Tiberio olim constructa; *où on tient communément, que Pilate rendit la vie à celuy, qui la luy auoit prestée:* Du Chesne *pag.* 811.

h) Magna sui parte integrum: Sincerus *d. pag.* 219.

i) Gœlniz *pag.* 449.



NOTITIAE REGNI FRANCIAE

LIBRI SEPTIMI,

CAPVT. I.

De Comitiis Regni Franciæ.



Omitia Regni Franciæ, quæ olim Parlamenta (*a*), Placita (*b*), & Sanes (*c*), dicta, postea Status, *Estats* (*d*), vel conuentus Statuum, *assemblées des Estats*, appellari cœperunt, eoque nomine adhuc hodie denotantur. Diuiduntur autem in Status, vel conuentus, generales (*e*), vel speciales: quorum cum non omnino vna sit facies, distinctim explicari debent. Generales itaque quod attinet conuentus Statuum Regni Franciæ, regulariter solus Rex eos indicendi potestatem habet (*f*), qua vtitur, vbi id sibi, vel Regno vtile videtur (*g*), sic tamen, ne quicquam de maiestate sua remittat (*h*). Extraordinarii casus sunt, quando alius (*i*) quam Rex, & aliò quam Regis nomine, Status ad comitia inuitat. Vt autem à Regis arbitrio conuocatio dependet; ita etiam ab eiusdem placito, an solos tres Regni ordines vocare velit, an præter istos, etiam iustitiæ Præsides, vt aliquando factum constat (*k*). Tres illi Ordines, vel Status, sunt, vt supra monuimus, Ecclesiasticus, quem nonnemo ab eiusmodi conuentibus remotum voluit (*l*), Nobilium, & plebis, cuius olim exilis in Gallia æstimatio (*m*), deinde tamen maior, & talis, vt ad comitia vocari Regibus placuerit (*n*). Conuocatio fit literis, non, vt olim, ad Pares Franciæ (*o*), sed ad Balliuos, & Seneschallos (*p*) Regni directis. His exprimitur locus (*q*), vbi conueniendum, tempus, seu dies, quando

quando comparendum, aliquandoque causa (*r*), vel generaliter, vel determinatim. Causas potissimum tres (*s*) enumerant politiæ Gallicæ periti, ob quas conuocatio Statuum aliquando facta fuerit; vnam, quando ob minorennem Regis ætatem, aut mentis vitium, aut captiuitatem, Regno Gubernator, vel Rector constitui debuit (*t*); alteram, quando reformatione vitiorum, & abusuum, opus fuit (*u*): tertiam, quando noua tributa & subsidia populo imponenda fuerunt (*x*). Sunt tamen, qui scribant, in causarum concursu, multa, & inprimis reformationem speciose prætendi, in effectu autem potissimum subsidia quæri (*y*). Cæterum, postquam mandatum Regis Balliuis, & Seneschallis insinuatum, eorum partes sunt, ordines istius Prouinciæ ad præcipuam Balliuatus vrbem euocare (*z*); cum comparentibus literas Regis communicare, eosdemque admonere, vt eligant idoneos probosque ad comitia delegandos (*aa*). Secedunt posthæc singuli ordines in singula loca sibi destinata, vbi eligunt deputatos, exiguntque ab iisdem iuramentum, & cætera disponunt, quæ sibi, Regnoque vtilia fore putant (*bb*): quo in actu Lutetia fere singularis (*cc*). Postquam tempus habendorum comitiorum, à Rege præscriptum, appropinquat, deputati Ordinum ad locum destinatum se conferunt, vbi per publicum præconem, in omnibus triuiis, nec non per edicta, diuersis in locis affixa, admonentur (*dd*), vt in locis sibi destinatis separatim conueniant (*ee*). Conueniunt itaque, & Ordinum quilibet numerum deputatorum suæ classis in catalogum refert; dehinc singulorum mandata exquirit, ac examinat (*ff*). Præsidemque sibi electione constituit (*gg*). Solet quidem Præfectus Mercatorum Lutetianus in plebeii ordinis classe, plerumque Præsidis vices obire; at hoc non ex iure aliquo iam constituto, sed itidem vi electionis, specialiter factæ, quod disertis verbis, cautionis ergo, in acta referri consueuit (*hh*). Sic etiam eligitur Graphiarius, siue Secretarius, & deinceps duo Euangelistæ, qui, se probe munere suo functuros, Præsidi iureiurando promittunt (*ii*). Reuerentiæ, honestatis, & beneuoli affe-

affectus causa, Ordines per deputatos se inuicem salutant (*kk*), quo in Ecclesiastici, aliquando primi sunt (*ll*), quandoque salute demum accepta, eandem reddunt cæteris. Porro delegati, quorum magnus esse solet numerus (*mm*), ex omnibus Balliuatibus, & diœcesibus, in duodecim classes distinguuntur, secundum duodecim prouincias (*nn*); inter quos Burgundia aliquando aliis litem de præcedentia mouit, sed vt cederet iussu Regio coacta fuit (*oo*). Prima classis constat deputatis ciuitatis Parisiensis, quibus adiuncti sunt deputati ex Balliuatibus Præfecturæ Insulæ Franciæ, puta, Veromanduis Syluanectensibus, Valesiis, Claromontanis, Bellouacis, & Ducatuum, ac Balliuatuum, Nemorosii, Mirabelli, Drecensis (*pp*). Secunda classis complectitur Burgundiam, tanquam Ducatum, & olim primum Patriciatum Franciæ, in qua censentur Balliuatus Diuionis, Augustoduni, Ausciorum, Montis Cabiloni, Matisconis, & Autissiodori (*qq*). Tertia classis continet Normanniam, cuius Balliuatus sunt, Rothomagus, Cadomum, Drocæ, Constantinum, & Gisortium (*rr*). Quarta classis est Guienna, cui, præter Balliuatus, qui Parlamento Burdigalensi subsunt, in comitiis Blœsensibus adiuncti fuerunt Deputati Balliuatus & Seneschalliæ Pictauiensis, licet proxime præcedentibus comitiis, per prouisionem, vt vocant, Aurelianensi præfecturæ fuerint attributi, quod etiam factum in comitiis Lutetianis, anno MDCXIV. (*ss*). Quinta classis Britannia, per se (*tt*). Sexta classis Campania, comprehendens Balliuatus, Trecensem, Melodunensem, Caluomontensem, Victoriacum, Castellum Theodorici, Prouinium, Sezannam, & Agendicum Senonum, cum suis appendicibus (*uu*). Septima classis, Languedocia, complectens Tholosam, Carcassonam, Nemausum, Podium, Laureacum (*xx*). Octaua classis Picardia, complectens Ambianum, Pontiuium, Peronam, Royam, Montem Desiderii, & Caletum (*yy*). Nona, Delphinatum (*zz*). Decima, Prouinciam, cum suis diœcesibus (*aaa*). Vndecima, Lugdunensis est prouincia, ad quam pertinent, Lugdu-

Lugdunum, Aruernia, Borbonia, Forenses, Belloioci, Marchia vtraque (*bbb*). Duodecima, Aurelianum, continens ciuitatem Aurelianensem, Blœsas, Turones, Andegauenses, Cenomanos, Bituriges, Carnutes, Perchiam, Niuernium, Gienum, Montargirium, Stampas, Ludonum, & Encolismam (*ccc*). Antequam autem comitia incipiunt, Ordines ita congregati, & cum illis Rex, aliique proceres, solemni processione (*ddd*) ad sacra Missæ, & concionem audiendam se conferunt; postera vero die, vel illa, quæ comitiis destinata, Ordines vocantur per præconem, comparentque in loco (*eee*), vbi Rex in theatro editiori considet, ad dextram, & sinistram habens Reginam, & liberos, aut fratres. Non procul ab his, ad dextram, scamno transuerso insident agnati Regis, & alii Principes Patricii: ad sinistram simili scamno insident Episcopi Pares Franciæ, & Cardinales (*fff*); ad pedes Regis sedet magnus Regni Camerarius, & ante ipsum, Comes Stabuli, cum nudo gladio erecto; itemque Cancellarius. In ipso aditu theatri sedent quatuor Secretarii Status, & in aliis sedilibus Consiliarii Consistorii Regii (*ggg*). Sunt etiam hic sedilia posita pro deputatis Ordinum, quæ illi, à caduceatore vocati, occupāt, prout à Magistro cæremoniarum dispositio facta (*hhh*). Fieri autem ita consueuit, vt dextram teneant Ecclesiasticorum, sinistram Nobilium, & post hos locentur plebeii ordinis deputati. Conuentum cingit ingens hominum corona. Imperat silentium Heroldus; quo facto, Rex (*iii*) breui (*kkk*), vt plurimum (*lll*), oratione Ordines alloquitur, cætera exponit Cancellarius (*mmm*), & Regis iussu deputatis concedit dicendi, conueniendi, ac in commune consulendi, potestatem (*nnn*). Tum singulorum Ordinum Præsides, vel Oratores, primum Ecclesiasticorum, deinde Nobilium, & post Tertii ordinis, illi stantes, hic in genua prouolutus, Regi gratias agunt (*ooo*). Et sic actu finito (*ppp*) cœtus dimittitur. Nonnunquam alia die deputati ad sacram accedunt synaxin, quo ad consilia, & deliberationes, diuina gratia magis instruantur (*qqq*). Antequam vero ad has se accingunt deputati Ordi-

num, quilibet Præsidi suo, iuramentum præstat (*rrr*). Consultationes tribus in Cameris separatim suscipiuntur à Statibus, in tot classes distinctis; vbi non raro de ordine dicendi sententiam, aliisque, controuersiæ oriuntur: Sed, quo minus hinc confusio, aut mora nascatur, studiose præcaueri solet (*sss*). In his ipsis comitiis plerumque conficiuntur, ex particularibus libellis prouinciarum, tres alii generales, quos *Cayers* vocare consueuerunt, vnus ab Ecclesiasticis, alter à Nobilibus, ac tertius à plebeio ordine (*ttt*); raro vnus ab omnibus (*uuu*). In hos libellos referuntur, non solum grauamina prouinciarum, sed etiam in iisdem totius Regni status deprauatus articulatim exponitur, & medicina annectitur malo. Hos, Oratores Ordinum (*xxx*) Regi publico in consessu offerre (*yyy*), atque ab eodem (*zzz*) submisse (*aaaa*) petere solent, vt salutem omnium, & singulorum, sibi curæ, cordique esse velit, & benigne petitis annuere: Facturum se hoc Rex, quantum sibi iustum, necessariumque videbitur (*bbbb*), promittit; atque sic comitia finem sortiuntur (*cccc*). Quamquam autem comitiorum effectus non parui sint (*dddd*), non semper tamen respondent Statuum placito, aut petitis. Sunt porro alia comitia, ad quæ, secundum Regis iussum, selecti ex omnibus ordinibus conuocantur, quos *Notabiles*, & sic conuentum Notabilium, appellare solent (*eeee*). Denique, sunt etiam conuentus prouinciales (*ffff*), qui & ipsi haud aliter, quam Rege consentiente, haberi possunt (*gggg*); nec in iisdem alia, Præside Gubernatore prouinciæ (*hhhh*), proponi, ac tractari, quam quæ salutem prouinciæ, & obedientiam Regi debitam, concernunt.

Testes & Testimonia.

a) Parlamenti vocabulo colloquium, & conuentus hominum intelligebatur, variis ex locis vnum in locum communi de re deliberandi causa coëuntium: Hottomannus *in Francogallia, cap. 13. pag. 108.* Estienne Pasquier *liu. 2. des recherches de la France ch. 2.* Idem Parlamenti nomen, hoc in sensu, in Britannia popularibus ordinum comitiis remansit.: Choppin. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 15. n. 2.*

b) Placi-

b) Placitum, interdum conuentus procerum Regni, vel Imperii, quod & Curia dicitur: Hottoman. *de verb. feudal. verb. placitum*. Louys d'Orleans, *aux ouuertures des Parlemens chap. 6. pag. 92.*

c) Freherus, *ad constit. Adolphi, de insulu Rheni, pag. 7.*

d) In Gallia comitia generalia vocantur Status Regni, vel Regnicolarum melius, nempe conuocatio totius populi trium statuum: Tholosan. *de Republ. lib. 24. c. 5. n. 1.*

e) *Estats Generaux*: Loyseau *des Ordres, ch. 8. n. 4. & Prouinciaux*. Bret *de la souuerain. liu. 4. ch. 11.*

f) *Les Estats ne se tiennent, & ne se conuoquent, que par le commandement du Roy; en quoy consiste vne des principales marques de la souuerainete Royale.* Quid enim maius est, inquit Cicero *lib. 2. de legibus*, si de iure quærimus, quam posse à summis imperiis, & à summis potestatibus comitia, & consilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere: Bret *d. ch. 11. pag. 641.* Status ad comitia generalia ex imperio Regis, & non aliter, coëunt & conuocantur: Tholosan. *de Republ. lib. 24. cap. 4. n 8.*

g) Nostri Reges (ait Bodinus, *de Republ. lib. 3. cap. 7. pag. 541.*) non ita sæpe, vt Angli, comitia cogunt.

h) *Plusieurs soustiennent, que l'assemblée des Estats Generaux, & Prouinciaux, est incompatible auec la souueraineté des Roys; & pour fondement de leur dire, ils mettent en auant cette proposition, que dans les Monarchies le peuple doit estre entierement priué de la cognoissance des affaires, & n'auoir aucune part en l'administration de l'Estat: Et que parmy les Romains, si tost que leur Republique eut changé la forme de son gouuernement, les Empereurs supprimerent les Comices, & toutes les assemblées generales du peuple.* Post imperium à Tiberio initum, ait Tacitus, ita desierunt fieri comitia, vt nunquam postea populo restituta sint. *de quoy le Iurisconsulte Modestin rend la raison, en la loy vnique, ff. ad L. Iul. de ambit.* quia ad curam Principis hodie omnia pertinent. *Mais i'oseray dire, que cette opinion ne doit estre receuë, ny considerée, que dans les Estats tyranniques; & Seigneuriaux, où les Princes ont en horreur les assemblées publiques; pource qu'ils craignent tousiours, que l'on ne conspire contre leurs personnes, & qu'ils ne veulent point auoir d'autres loix, ny d'ordonnances, que leurs propres volontés: là où dans vn Estat Royal, comme est celuy de France, tant s'en faut, que l'assemblée des Estats affoiblisse, ou diminuë la puissance des Roys, au contraire elle l'authorise, elle la fortifie, & la releue au plus haut point de splendeur, & de sa gloire*: Bret *d ch. 11. pag. 640. & seq.*

i) *La prison du Roy Iean contraiguit Charles, son fils aisné (qui du commencement prit le nom seulement de Lieutenant general de la France, puis de Regent) de faire euoquer les Estats dedans la ville de Paris, en Mars MCCCLIV.* Pasquier *d. liu. 2. chap. 7. fol. 56. lit. e.*

k) Vide supra *lib.1.c.7.lit.p.*

l) Les Ecclesiastiques aux Estats generaux sont hors de leur element, & de leur corps naturel: Loys de Mayerne-Turquet, *en la Monarchie aristodemocratique, liu.5 pag. 305.*

m) Vide supra *lib. 6. cap. 1. lit. c. Encores que quelques vns, qui pensent auoir bonne part aux histoires de la France, tirent l'assemblée des Estats d'vne bien longue ancienneté, voire sur elle establissent toute la liberté du peuple, toutesfois, ny l'vn, ny l'autre, est veritable. Ie sçay, & veux recognoistre, qu'anciennement en la Gaule, & auant la conqueste de Iules Cesar, l'on faisoit des dietes, & assemblées generales, qui furent par luy continuées, (par vne hypocrisie familiere aux Romains) pour faire paroistre, qu'il nous entretenoit en nos anciennes franchises & libertés: mais en toutes ces deliberations vous ne verrés point, que le menu peuple y fust appellé, duquel l'on ne faisoit non plus d'estat, que d'vn O en chiffre. Pareillement vous trouuerés sous la premiere, & seconde famille de nos Roys, les conuocations solennelles, que l'on appelloit Parlemens, principal nerf de nostre Monarchie: mais en icelle n'estoient appellés que les Princes, grands Seigneurs, Nobles, & ceux, qui tenoient les premieres dignités en l'Eglise*: Pasquier *d. liu. 2. ch. 7. in pr.* (Quamquam nonnulli, qui sibi videntur probe euoluisse historiam Franciæ, conuentus Statuum antiquissimo tempore in vsu fuisse tradunt, quin imo pro præcipuo fundamento libertatis populi habent; attamen vtrumque erroneum est. Fateor, olim in Gallia, & antequam eam Iulius Cæsar occupauerat, conuentus generales habitos fuisse, huncque ipsum tales postea egisse, hypocrisia Romanis familiari, vt palam faceret, nobis relictam fuisse antiquam libertatem; sed nullibi legitur, ad illos conuentus, & deliberationes, plebem, vt quæ nihili habebatur, vnquam fuisse vocatam. Constat præterea de conuentibus solemnibus, qui sub nomine Parlamenti, principali Monarchiæ nostræ neruo, celebrati fuerunt à Regibus nostris, primæ ac secundæ familiæ: verum ad illos non nisi Principes, Magnates, Nobiles, & qui inter Ecclesiasticos dignitate maiores erant, vocatos fuisse notum est.)

n) Ny sous la premiere, ny sous la seconde, ny bien auant sous la troisiesme lignée de nos Roys, nous ne recognoissions en France l'vsage des tailles, aides & subsides, tels que nous les voyons auiourd'huy &c. Sainct Louys, par son testament commandoit à son fils, de ne leuer tailles sur son peuple: c'estoit de ne leuer des deniers extraordinaires. Leuées, que le peuple ne pouuoit gouster, les appellans maletoultes, comme deniers mal-tollus & ostés: & ceux qui se mesloient de les leuer, maletoultiers: Ce qui causa fort souuent des esmotions populaires: Pour ausquelles obuier, les sages mondains, qui manioient les affaires de France, furent d'aduis, pour faire auec plus de douceur aualer ceste purgation au commun peuple, d'y apporter quelque beau respect. Ce fut, de faire mander par nos Roys à toutes

toutes leurs prouinces, que l'on eust à s'assembler en chaque Seneschaussée, & Bailliage, & que là le Clergé, la Noblesse, & le demeurant du peuple, qui fut appellé Tiers Estat, aduisassent d'apporter remede aux defauts generaux de la France, & tout d'vne main aux moyens, qui estoient requis pour subuenir à la necessité des guerres, qui se presentoient : & qu'aprés auoir pris langues entre eux, ils deputassent certains personnages de chaque Ordre, pour conferer tous ensemble, en la ville qui estoit destinée pour tenir l'Assemblée generale. En laquelle, ainsi que nous en vsons maintenant, aprés que le Chancelier, en la presence du Roy, a remonstré le desir, que sa Maiesté apportoit à la reformation de l'Estat, & les vrgentes necessités, qui se presentoient pour le faict de la guerre, il les adiure, d'y apporter chacun son talent, & de contribuër d'vn commun vœu à ce, qu'ils trouueroient necessaire pour la manutention de l'Estat. En ce lieu quelques bonnes ordonnances qu'on face, pour la reformation generale, ce sont tapisseries, qui seruent seulement de parade à vne posterité. Cependant l'impost, que l'on accorde au Roy, est fort bien mis en effect. De maniere que celuy a bien faute d'yeux, qui ne voit, que le roturier fut exprés adiousté, contre l'ancien ordre de France, à ceste assemblée, non pour autre raison, si non d'autant, que c'estoit celuy, sur lequel deuoit principalement tomber tout le faix & charge : à fin qu'estant en ce lieu engagé de promesse, il n'eust puis aprés occasion de restiuer, ou murmurer. Inuention grandement sage & politique. Car comme ainsi soit, que le commun peuple trouue tousiours à redire sur ceux, qui sont appellés aux plus grandes charges, & qu'il pense, qu'en descouurant ses doleances, on restablira toutes choses de mal en bien, il ne desire rien tant que l'ouuerture de telles assemblées. D'ailleurs, se voyant honoré pour y auoir lieu, & chatoüillé du vent de ce vain honneur, il se rend plus hardy prometteur à ce qu'on luy demande : mais ayant vne fois promis, il ne luy est pas puis aprés loisible de resilir de sa parole, pour l'honneste obligation, qu'il a contractée auec son Prince, en vne congregation si solennelle. D'auantage, qui est celuy, qui ne trouue vn Roy plein de debonnaireté, lequel par honnestes remonstrances veut tirer de ses subiects ce, que quelques esprits hagards penseroient pouuoir estre exigé par vne puissance absolue : Tellement, que sous ces beaux, & doux apasts, l'on n'ouure iamais telles assemblées, que le peuple n'y accoure, ne les embrasse, & ne s'en esiouïsse infiniment, ne considerant pas, qu'il n'y a rien, qu'il deust tant craindre, comme estant le general refrain d'iceux, de tirer argent de luy. Et en ces generales conuocations, il en prend à nos Roys, tout d'vne autre sorte, qu'il ne fait aux Papes, aux Concils generaux de l'Eglise. Car l'on dit, qu'il ne se faict gueres Concil general, auquel on ne retranche aucunement vne partie des entreprises de la Cour de Rome sur les Euesques, & Ordinaires ; au moins le voyons-nous auoir esté ainsi faict aux Concils de Constance, & de Basle. Au contraire, iamais on ne fit assemblée generale des Estats en ceste France, sans accroistre les finances de nos Roys, à la diminution de celles du peuple. Chose, que vous descouurirés plus à l'œil és prouin-

ces de Bretaigne, Languedoc, Dauphiné, Prouence, où, iaçoit que l'on face souuent de telles assemblées prouinciales, si est-ce, qu'elles ne se font que lors, qui nos Roys leur demandent aide d'argent. Le premier, qui mit ceste inuention en auant, fut Philippes le Bel, sous lequel aduindrent plusieurs mutations, tant en la police seculiere, qu'Ecclesiastique: Pasquier *d. chap. fol. 54. & 55.* (Tributa, subuentiones, ac subsidia, tempore primæ, secundæ, & aliquandiu, tertiæ familiæ Regum nostrorum, in Francia non ita fuerunt in vsu, ac hodie eas esse videmus. Ludouicus Sanctus testamento vetuit, ne filius suus à populo exigeret tributa: scilicet, ne eum oneraret subsidiis extraordinariis, quæ, vt rem maxime odiosam, vocabat malelata, tamquam pecuniam male ablatam, ac eius exactores maletollentes, quod oneris genus sæpius causa fuit tumultuum popularium. Ad euitandum hoc malum, prudentes politici, qui tunc negotia Regni curabant, vt populo illæ exactiones non adeo viderentur duræ, censuerunt stratagemate vtendum esse: scilicet visum illis fuit, Regem debere mandare prouinciis Regni sui, vt in quolibet Seneschallatu, ac Balliuatu, conuenirent Clerici, Nobiles, & reliquus populus, cui nomen tertii status adsignatum fuit; ad consultandum de remediis defectuum totius Regni, & simul, vnde pecunia ad bellum necessaria, peti deberet; ac vbi de his inter illos consultatum, certi ex singulis ordinibus deputarentur ad communem conuentum, qui haberi deberet in ciuitate ad hoc electa. Hic, vt hodie moris est, postquam Cancellarius, præsente Rege, exposuit eius studium, in bonum publicum, & reformationem Status, ac belli faciendi necessitatem, adhortatur Statuum deputatos, vt quilibet consilio suo rempublicam adiuuet, ac vnanimi voto omnes subueniant laboranti Regno. Constitutiones, quæ hoc in loco fiunt, reformationem generalem concernentes, nil nisi egregia sunt aulæa, quæ posteritati seruiunt pro apparatu: interim subsidia, quæ hic promittuntur Regi, omnino exiguntur, & realiter. Itaque oculorum acie careat oportet, qui non videt, plebem expresse contra antiquum morem Franciç ad hos conuentus non aliam ob causam vocatam fuisse, nisi cum deberet totum onus contributionis sustinere, hic obligaretur promissis, nec postea haberet vllam occasionem conquerendi. Politicum hoc est, & plenum sapientia inuentum. Quoniam enim plebs semper habet, quod in illis, qui vocantur ad maiora officia, desideret, ac putat, vbi locus datur querelas suas exponendi, certo fore, vt omnia in integrum restituantur, nihil magis in votis habet, quam vt eiusmodi conuentus generales celebrentur. Præterea, cum videat se affici honore, dum ad illos admittitur, vani illius honoris vento tumida, ad promissionem illius quod proponitur, est pronior; sed, quod semel promisit, debet præstare, nec potest resilire à tam honesto contractu, inito cum Principe suo, in conuentu admodum solemni. Ac quis est, qui negare possit, Regem illum huma-

nitate

nitate plenum esse, qui à subditis suis honestis persuasionibus obtinere satagit, quod ingenia immansueta arbitrarentur esse exigendum potestate absoluta? Itaque populus spe inescatus, ad hos conuentus summa inclinatione properat, non considerans, nihil esse quod magis formidare debeat, postquam in illis ordinarie hoc intenditur, vt obligetur ad dandum. Cæterum, in his conuentibus generalibus, nostrorum Regum melior est conditio quam summorum Pontificum in Conciliis Ecclesiæ generalibus. Dicitur enim vix celebrari Concilium generale, in quo non aliqua ex parte attentatis Curiæ Romanæ in Episcopos, & Ordinarios, ponatur obex: saltem ita factum videmus in Conciliis Constantiensi, & Basileensi. Contra vero, nullus vnquam in Francia habitus fuit conuentus generalis trium Regni ordinum, in quo non ærario Regis aliquid emolumenti accreuerit, & aliquid oneris populo. Idque facile cognoscere datur, si consideremus conuentus prouinciales, qui habentur in Britannia, Languedocia, Delphinatu, & Prouincia, licet frequentissimi sint, non tamen institui alio tempore, quam quando Rex ab illis subuentionem pecuniariam expetit. Philippus Pulcher primum hac inuentione vsus fuit, sub cuius imperio multæ mutationes, tam in politicis, quam ecclesiasticis contigerunt.)

o) *L' ancienne forme de la conuocation des Estats du Royaume estoit, d' addresser les commissions aux anciens Pairs, qui assembloient les trois Ordres de leurs Prouinces, & amenoient auec eux les deputés és Estats generaux*: Autor libelli, *des Estats Generaux de France, pag. 7.*

p) *La forme que l' on tient pour le iourd'huy, est, que le Roy addresse premierement ses commissions, & mandemens, à ses Baillifs, & Seneschaux*: Idem pag. 8.

q) De loco tenendum est, ex Thuano *histor. lib.* 117. *ad annum MDXCVI.* quod insolitum vsque ad Henricum IV. fuerit, comitia Regni extra Senatus Parisiensis territorium haberi, qui primariæ Regni Curiæ prærogatiua insignitur: Tunc autem, cum Lutetiæ grassaretur contagiosa lues, Rothomagum à Rege delectum, in quo conueniretur.

r) Multo autem plures causas antiquitus in publicis comitiis Franciæ tractatas fuisse, docet Hottomannus, *in Francogallia cap.* 14. *pag.* 114. quo in tractatu singularis est in perquam multis, quæ potestatem Statuum Franciæ concernunt; vnde apud Regem, atque eos, qui partes Regis tenent, malam iniit gratiam, adeo vt Morisotus, in libello, cui nomen dedit, *Henricus Magnus, cap.* 11. *pag.* 33. scripserit, Fr. Hottomannum celebre suum nomen infamasse, insolentis huius tractatus editione.

s) In hoc ternario conueniunt Gentiletus *Antimachiauell. lib.* 1. *theorem.* 1. Tholosanus *de repub. lib.* 24. *cap.* 5. *n.* 1. P. Matthieu, *liu.* 5. *de l'histoire de Louys XI. pag.* 227. (vbi ait: *Les Estats s' assemblent pour vne de ces trois raisons,*

sons; pour la regence du Royaume, en la minorité du Roy, pour la reformation du Royaume, & pour aduiser aux moyens de secourir les necessités de la Couronne. Les Estats sont conuoqués, ou doiuent estre conuoqués (vt loquitur Mayerne-Turquet, *liu. 6. de la Monarchie Aristodemocratique, pag. 325.*) *pour l'vne de ces trois fins, à sçauoir, pour introduire, ou pour conseruer, ou pour reformer.*

t) Vna, quando quæstio fuit de constituendo gubernatore Regni, vel de Rectore; si quando contigisset successores diadematis minores esse, aut non fuisse mentis compotes, aut si fuissent capti, & detenti ab hostibus. Vt sub annum MCCCLXXX. post mortem Caroli, dicti Sapientis, Regis, conuocati sunt Status generales Lutetiam, vt prospiceretur personæ Caroli VI. Regis, per interualla amentis, & Regno: & electi, huius rei causa, eius patrui, Duces Biturigum, Burgundiæ, & Andium. Post mortem quoque Ludouici XI. relicto eius filio Carolo VIII. in minori ætate, conuocati sunt Status Turonibus, & pro regimine Regni constituti, & electi, duodecim viri, Reipublicæ, & Regni gubernandi gratia, qui negotia nomine Regis expediebant, commissa persona Regis sorori eius, vt notarunt annales Galliæ, A. MCCCCLXXXIV. Quo tempore Iohannes Rex captus fuit in prælio, iuxta Pictauium cum Anglis collato, cum filio Philippo; & filii eius in Gallia relicti, Carolus Dux Normanniæ, Ludouicusque Dux Andium, & Iohannes Dux Biturigum, nollent soli gubernationem Regni subire, pendente captiuitate Regis patris, fuerunt comitia generalia, seu Status conuocati Lutetiam Parisiorum, à quibus delecti sunt triginta sex, aut secundum alios, quinquaginta viri expertissimi, ad regnum regendum, cum primogenito Iohannis Carolo, qui Rector nominatus est: vt scribitur in annalibus Franciæ, sub annum MCCCLVI. Tholosanus *d. cap. 5. n. 1.*

u) Secunda causa congregationis Statuum, (quæ certe frequentiores esse debere conuocationes admonet, vt impediantur coniurationes, & ambitiones subditorum) nempe, quando agebatur de reformatione morum, & vitiorum Reipublicæ vniuersæ, de correctione abutentium potestate regia sibi concessa, aut de Nobilium superbia, qua opprimebantur subditi, & Ecclesiasticæ personæ. Iubebant enim tunc Reges, ad quos quæstiones de his deferebantur, conuocari Status, vt certius per illorum articulos cognoscerent, & super his statuerent, accepto etiam ab illis remedio, si quod excogitassent. Et per hæc comitia generalia, Principes possunt instrui & doceri de vniuersis, quæ in regno fiunt, cum coram eo tutius, quam coram tyranniculis præpositis, subditi possint damna & causas exponere: Tholosanus *d. cap. 5. n. 2.*

x) Tertia causa conuocationis est necessitas imponendi tributa, & subsidia noua populo: conuocatis enim Statibus Princeps, vel alius eius nomine, delegatis à populo, qui eius vices sustinent, aperit vrgentia regni, &

Regis

Regis negotia, quæ auxilium & opem à subditis necessario, & iuste exigunt, & hortatur, & rogat, vt sponte, in tantis negotiis, Regi & Regno deesse nolint, sed subueniant modis expeditioribus, quibus consultauerint, minus populum grauari posse. Quæ proponuntur à Rege, non vt ideo populus arbitretur, ex eius nutu monarchicam, regiamque potestatem pendere: nam & sine consensu populi, potest iure suo Princeps tributa imponere & exigere; sed vt paterne subditos moneat, causam necessariam esse, ex qua cogatur, propter vtilitatem publicam, ab illis subsidia petere: Tholosanus *dict. cap. 5. n. 3.*

y) *Qu' ont apporté generalement les Estats? Nouueaux imposts, nouuelles daces, truanderies, & maletostes:* Nicolas Pasquier, *liu. 1. de ses lettres, pag.* 44. & *liu.* 5. *pag.* 424. *Lisés toutes les histoires, vous apprendrés par elles, que ces assemblées ont rapporté plus de mal au peuple, que de bien: Car il en est tousiours sorti quelque impost, qui s' est perpetué iusques à nous.* Adde quæ retuli supra *lit. n.* ex Stephano Pasquierio.

z) *Les Baillifs, & Seneschaux, decernent sur ce leurs commissions particulieres, & les enuoyent signifier, par des Sergens, à sçauoir, pour le regard de l' Ordre du Clergé, en tous les benefices du ressort, ou Seneschaussée; pour la Noblesse, en tous les fiefs, terres & Seigneuries, qu' ils possedent au dedans du mesme ressort; & pour le Tiers-Estat, par toutes les villes, villages, & paroisses y ressortissans; auec intimations, qu' ils ayent à se trouuer, ou enuoyer, au iour & lieu qui leur est assigné en la ville principale, & capitale du Bailliage, ou Seneschaussée, apporter leurs plainctes, & faire eslection, d' vn ou deux, ou tel autre nombre, qu' ils aduiseront, deputés de chacun Ordre, pour se trouuer en l' assemblée generale des Estats:* Autor *d. lib. des Estats generaux de France, pag.* 8.

aa) *Au iour de l' assignation, aprés lecture faicte publiquement par le Greffier, au lieu, & Siege principal du Bailliage, ou Seneschaussée, des lettres patentes du Roy, sont lesdits Estats, chacun à son tour, appellés sur le registre, le Baill-ly, ou Seneschal, ou son Lieutenant, y seant, & presidant, comme chef de la Iustice du païs, assisté de l' vn du costé de ceux du Clergé, de l' autre de ceux de la Noblesse, & en suite de ceux du tiers Estat, qui se trouuent presens, contre les absens donné deffaut; par vertu duquel, le Iuge, aprés auoir ordonné, qu' il sera passé outre, & faict les exhortations, & remonstrances requises, pour le subiect de l' assemblée, prend, & reçoit le serment des presens, & assistans, d' eslire & nommer, & deputer aucuns d' entre eux, de chacun ordre, personnes de merite, de probité, de vertu, affectionnés au seruice du Roy, & au bien de son Estat, pour se trouuer en l' assemblée generale, au iour & lieu ordonné par sa Maiesté, & illec, suiuant le cayer, qui leur sera mis en main, representer leurs plaintes, & doleances y contenuës:* dictus Autor *d. pag.* 9.

bb) *Tellement, que sur ce les Ordres retirés, chacun à part en sa Chambre,*

bre, se separent pour en aduiser, & apres l'eslection faicte, en rapporter le serment pris de celuy qui se trouue esleu, on aduise en chacun Ordre des plainctes, & remonstrances, qu'ils ont à faire, & d'en dresser particulierement les cayers. Et à cet effect, quant à ceux du Tiers-Estat, pour le grand nombre du peuple de diuerses villes & villages, dont il est composé, estant difficile, voire impossible, que tous assistent à la compilation du cayer, autrement qu'il n'en aduiendroit qu'vne confusion; la forme, que l'on y tient, c'est, de recueillir les memoires, & instructions apportées, contenans les plainctes, que l'on consigne toutes entre les mains de dix, ou douze personnes, nommées à cest effect, gens de probité, d'integrité & d'experience cognuë, qui font le serment, de les voir, les extraire fidelement, & en dresser le cayer du Tiers-Estat, ensemble sur toutes autres instructions, qui leur peuuent estre fauorables, par toutes personnes, entant qu'elles sont vtiles & salutaires au public. d. Autor *d. loc.*

cc) Quant à la ville de Paris, capitale du Royaume, d'autant que les commissions y sont addressées non seulement au Preuost de Paris, pour la conuocation des Estats de la Preuosté, & Vicomté, mais aussi aux Preuost des Marchands, & Escheuins de la ville, aussi pour le regard de la conuocation, qui se faict en chose de ville, la forme, qu'on y tient, est, de decerner mandement aux quarteniers, qui sont en nombre de seize, pour aduertir dix des plus notables de chacun quartier, partie officiers, partie bourgeois, pour s'y trouuer. Particulierement on y mande l'Euesque de Paris, comme bourgeois, & citoyen de Paris, auec vn, ou deux, de chaque communauté Ecclesiastique, comme de S. Victor, de S. Marceau, des Chartreux, des Bernardins, & autres, hormis les Mendians, qui, quant à ce, pro mortuis habentur. *Tous les Conseillers de ville, en nombre vingt six, & les seize, qui sont aussi mandés, ensemble les principaux maistres, comme Orfebures, Foureurs, Drapiers, qui en vertu du mandement, qui leur est enuoyé de la part des Preuost des Marchands, & Escheuins, s'assemblent chacun à part, pour conferer entre eux, de ce qu'ils pensent estre necessaire à leur estat & vacation, & en dresser memoires, qu'ils portent pour estre employés, ou ioints au cayer de la Ville. Se faict, par mesme moyen, eslection & denomination en ceste assemblée, de quelques vns d'entre eux, personnages de probité, & de vertu, en nombre de douze, ou quinze, de plus experimentés, pour voir les memoires & plaintes, & dresser, & compiler le cayer: y ayant à cet effect vn tronc en la Chambre de Ville, outre les publications, qui se font à iours de festes, & dimanches, & prosnes des Eglises Parochiales, pour denoncer, & aduertir toutes personnes, qui auroient quelques plaintes à faire, de les apporter librement dans ce tronc, ou les mettre entre les mains des deputés, & faire le cayer, & qu'elles y seront retenuës pour y pouruoir;* d. Autor *pag.* 10. & 11.

dd) Le iour precedant l'assignation indicte pour la tenuë des Estats, ou tel autre iour qu'il plaist à sa Maiesté, se faict, par ordonnance du Roy, & du Preuost de son Hostel, vne publication à son de trompe, & cry public, auec affiches és lieux,

lieux, ou endroits les plus-celebres de la ville, que les Deputés des trois Ordres de chacun Bailliage ayent à s'assembler és lieux, que pour ce leur sont departis: idem Autor *pag.* 12.

ee) Quod si fortasse loca ista, vel ædes illæ, nimium à se inuicem distent, à Rege impetrari solet, vt vel vnis in ædibus, vel non adeo dissitis, conuentus Ordinum habeantur. Sic in comitiis, anno MDCXIV Lutetiæ à Rege assignatum erat Ecclesiasticis monasterium Augustinianorum, Nobilitati Franciscanorum, tertio Statui basilica vrbis: *mais, aprés leur premiere assemblée, la Noblesse, puis le Tiers-Estat, supplierent le Roy, (à fin que les trois Ordres peussent plus-facilement s'entreconferer) de leur permettre, de tenir aussi leurs Chambres, ou assemblées, aux deux autres salles des Augustins, à fin d'estre proches de celle du Clergé; ce que le Roy leur accorda.* Vide le Mercure François *tom.* 3. *pag.* 31.

ff) *Auquel lieu, au iour pour ce indict, les Deputés, chacun en leur Ordre, se dresse registre, en forme de procés verbal, de l'enrollement & euocation des Païs, Gouuernemens, Prouinces, Seneschaussées, & Bailliages, de ce Royaume. En quoy faisant, pour n'y auoir lors aucun chef pour presider en l'assemblée, & d'autant qu'ils n'ont (comme l'on dit)* os apertum, *pour rien deliberer, ni conclure, de ce qui depend de leurs deputations, comme n'estans point en corps formé, iusques aprés l'ouuerture des Estats, qui se faict par la proposition solennelle du Roy; aussi, pour vne simple preparation, & pour l'enregistrement des noms, surnoms, & qualités de ceux, qui se presentent, verifications de leurs pouuoirs, & autres conferences, & preparations; on prend l'vn d'entre eux, pour en faire registre, sans pour ce le recognoistre absolument pour Greffier, ou Secretaire, ains seulement par prouision, (en attendant que le corps formé, il y soit pourueu par eslection legitime à la pluralité des voix) le tout sous ceste protestation ordinaire, qui se faict specialement par ceux du Tiers-Estat, que ce soit sans approbation, ou improbation d'aucune prerogatiue, preseance, authorité, qualité, ny superintendance, d'aucuns d'entre eux, ni faire preiudice au droit de ceux, pour lesquels ils sont commis, & deputés, ny deroger au droict de noblesse, qu'aucuns d'eux pretendent leur appartenir:* d. Autor *pag.* 12. & 13.

vt serio Regem admoneant, ne pergat in proposito, omnemque diligentiam adhibeant, ne semel admissis consiliis insistat. Quemadmodum enim semper præsumendum est, voluntatem, & intentionem Principis esse æquam, dicente Salomone, *voluntas Regis labia iusta*, ; quodque, dum edicta condit, sibi persuasum habeat, illa esse iusta, & statui publico vtilia: Sic etiam sperandum, ipsum placide admissurum admonitiones suorum officialium, qui errorem detegunt, & exponunt incommoda, quæ approbatio edicti secum ferat, in detrimentum ipsius, populique. Sperandum, inquam, illum in hoc imitaturum Dei bonitatem, & mansuetudinem, qui non irascitur quando mandatis illius humana opponitur exceptio, ac petitur dubiorum resolutio, vt videre est in variis sacræ scripturæ locis. Mihi videtur, Curiarum supremarum collegas admonitioni inhærere debere, donec aliquid obtinuerint, aut nihil amplius spei supersit: tunc enim omnino obediendum erit, secundum constitutionem Imperatoris Iustiniani, *in Nouella 17. de mandat. Princ. cap. 4. Nouell. 134. cap. 6.* ac Edictum à Rege Carolo IX. publicatum, concernens admonitiones magistratuum ad Regem: alias maiestas atque autoritas Regis hoc in casu subiiceretur voluntati officialium, quod fieret in magnum Status præiudicium. Præterea, mihi videtur, prudenter agi, si Parlamentares non accedant Regem, quando eum norunt abhorrere ab omni admonitione, & nolle executionem mandati sui vllo modo differri; aut saltem, quando putant opportunum esse, illum per deputatos interpellare, & de causis dissensus sui certiorem facere, totus actus humilitate & respectu abundare, ac ab eo omnis obstinatio & austeritas procul esse debet. Non secus enim, ac agricola non debet laborare, & semine conserere agrum, vbi spes nulla fructuum & bonæ messis superest; ita nunquam voluntati Regis obsistendum est, nisi certum sit, hac ratione aliquid obtineri posse. Alias enim nosmetipsos indignationi Regis obiiceremus, eumque ad iram prouocaremus, quæ Statui, nobisque damnosa esse posset, vt contigit Ionathæ, qui cum Dauidem importuno tempore excusare vellet, Saulum, patrem suum ad tantam commouit iram, vt fuga hastæ ictum declinare, & vitæ suæ consulere fuerit coactus. In eiusmodi rerum statu, optimum est amplecti patientiam, & cogitare, corda Regum esse in manu Dei, qui illorum voluntatem & actiones disponit, modo ad clementiam, modo ad seueritatem, prout nostræ virtutes, aut vitia id merentur.)

eee) *Le Parlement de Paris est le plus auguste senat du monde, la meilleure partie de l'Estat, l'arbitre des Princes, le refuge de l'innocence, & la forte barriere entre la puissance des Grands, & la foiblesse des petits, la source, & la fontaine des autres Parlemens, la clef de l'arcade qui tient les coupes l'vne à l'autre*: P. Matthieu *en l'histoire de Henry IV. liu. 3. narrat. 1. n. 5. tom. 1. p. 453.* Adde quæ scripsi supra *h. cap. lit. i.*

 fff) Vt

fff) Vt patet ex collatione cum cæteris, de quorum origine *in sequentibus capitibus* dicetur.

ggg) Curiæ maiores in Francia eandem fere poteſtatem habent: Curia tamen Pariſiorum, tum antiquitate cæteris, tum etiam dignitate, excellit, ac ſingulari quodam iure Curia Parium appellatur: Bodin.*de republ.lib.3. cap.6.pag.501. Le Parlement de Paris a retenu la prerogatiue & authorité, par deſſus tous les autres Parlemens, à cauſe de ſon ancienne & premiere inſtitution, eſt eſtimé le plus-grand, le plus-celebre, & le plus-venerable de tous les autres, comme premier, & collateral des Roys*: Miraulmont *d.tit.fol.21.b.*

hhh) Olim ius dicebat toti Franciæ: Eſtienne Pasquier *d. liu.2. ch.4. fol.43. lit.d* Sed poſtquam etiam alia Parlamenta inſtituta fuerunt, poteſtas eius limites accepit, ampliſſima tamen illi præ cæteris remanſit iuriſdictio. Appellant enim eo Picardia, Francia ſpecialius ſumpta, Belſia, Campania, agri item, vel pagi, Lugdunenſium, Biturigum, Borboniorum, Pictonum, necnon cum Inculiſmenſibus, & Alniſienſius, tota Aluernia: Merula *d.part.2. Coſmograph. lib.3. cap. 17. circ. fin. Ce Parlement diſtribuoit anciennement* (ait Du Cheſne *d. tr. & tit. chap. 20. pag.144.*) *la iuſtice à toute la France, & maintenant il n'a plus que la Preuoſté & Vicomté de Paris, & les Bailliages de Laon, de Rheims, d'Amiens, Abbeuille, Boulogne, Senlis, Sens, Auxerre, Troye, Vitry, Parthois, Chaſteau-Thierry, Chaumont en Baſsigny, Meaux, Prouins, Melun, Poictiers, Angiers, le Mans, Tours, Bloys, Bourges, Orleans, Chartres, Angoulesme, la Rochelle, Montfort l'Amaubry, Lyon, Moulins, S. Pierre le Mouſtier, Rion, Orillac, & quelques autres.* Quæ Sedes præſidiales his in terris repeṙiantur ſub Parlamento Pariſienſi, vide infra *cap.vlt.*

iii) Apud Parlamentum Pariſienſe ſolum Pares conueniri, cauſam dicere, & ſi opus, condemnari conſueuerunt: Merula *d.l. Les Pairs de France ont ce priuilege, que les cauſes qui touchent ou l'honneur de leurs perſonnes, ou l'eſtat de leurs Pairies* (de cauſis Parium Franciæ, ſi modo illorum intereſt directe, non ſi per obliquum, cognoſcit Curia: Tholoſanus *ſyntagm. lib.47. c.27. n.18.*) *doiuent eſtre traictees au Parlement de Paris en premiere inſtance, priuatiuement à tous Parlemens, & autres iuriſdictions du Royaume, inſtruites, & iugées, toutes les Chambres d'iceluy aſſemblées*: Loyſeau *des Seigneuries ch.6. n.50. & 51.* vide ſupra *lib.2. c.25. lit. xxx.* Comparere ipſimet in hoc Parlamento debent, ſi Senatus id ita ſtatuat, Principes atque Magnates. *Le Parlement de Paris declara l'an M CCCC LXXV. qu'il n'y auoit ſi grand Seigneur au Royaume, exceptés le Roy, & le Dauphin, qui ne doiue venir & comparoir audit Parlement en perſonne, quand il eſt ordonné par luy*: Fauyn, *au theatre de houneur liu.2.ch.12.pag.299.*

kkk) Vide ſupra *lib.1.ch.9. lit.ff.gg.hh.*

lll) *Nous trouuons deux Ordonnances, par leſquelles la cognoiſſance de la regale*

regale appartient à la Cour de Parlement de Paris, priuatiuément à tous les autres Parlemens de France: Giles le Maistre *au traicté des Regales ch.12. fol.37.b.* *Il n'y a que le Parlement de Paris, qui cognoisse des Regales, à l'exclusion de tous autres Iuges*: Bret *de la souuer. liu.1. ch.16. pag.*128. Charondas *liu.7. des responses du droict François resp.*1.191. *La Cour de Parlement à Paris pretend auoir seule la cognoissance des Regales*: Raugueau *en l'indice des droicts Royaux, p.*601.

mmm) *Les causes de la nauigation par la riuiere de Loire, sont commises au Parlement de Paris, au preiudice des autres Parlemens*: Coquille, *sur les coustumes du Niuernois, tit. des eaux, riuieres &c. artic.1. pag.*414.

nnn) Loyseau, *du droict des offices, liu.1. ch.3. n.75.* Appendix *ad Paponium, arrestor. lib.4. tit.6. n.4.*

ooo) Vide supra *lib.3. cap.1. lit. bbbb.*

ppp) Ad Curiam Parlamenti Parisiensis tantum spectat ratihabitatio, & verificatio literarum, seu diplomatum, quibus Dominia, Ducatus, Comitatus, Vicecomitatus, Baroniæ, constituuntur, *lettres d'erection de Seigneurie*: arresto aduersus liberos Domini Nououillani in Cœnoman. XIX. Nouemb. MDLXIV. Bergeron *in addit. ad Papon. arrest. lib.5. tit.10. arrest.2.* *Les appanages des Enfans de France y doiuent estre verifiés & reglés, auec les erections des Duchés, Marquisats & Comtes*: Ranchin *d. tom.2. pag.89.*

qqq) Declaratio maioritatis Regiæ fieri solet in Parlamento Lutetiano. Vnde, cum constitutio de ætate Regia, in Carolo IX. anno M D LXIII. renouata esset Rothomagi, loco nempe alieno, Parisienses semper conquesti, conquesturique sunt, quia debeatur id soli suæ Curiæ Parium: quæ propterea, cum honori, iurique pristino restituta esset anno MDCXIV. II. Octob. à Feliciss. Opt. Ludouico XIII. qui ineunte anno ætatis XIV. prima, solemnique sua sessione, quippe tunc maior, ius ipse suis Gallis cœpit reddere, gratiæ ei palam, ac publice, ab vniuerso purpurati Senatus consessu actæ sunt: Mornacius *ad l.31. ff. de LL.* vide supra, *lib.2. cap.3. lit. ii.*

rrr) Supra *lib.1. cap.9. lit. gg.*

sss) Supra *d. lib.1. c.9. lit. ff.* *Le Parlement a retenu ce reste de son ancienne institution, (quand il estoit le conseil ordinaire des Roys) qu'il verifie, & homologue les Edicts du Roy*: Loyseau *des ordres ch.2. n.26.* vel vt tradit Louys d'Orleans, *aux Ouuertures des Parlemens chap.6. pag.93.* *anciennement s'il y auoit quelque loy nouuelle faicte par le Roy, on la monstroit au peuple, pour en sçauoir son aduis, pource que* in capitularibus Caroli, *artic.12.* scriptum est: Populus interrogetur de capitularibus, quæ in lege nouiter addita sunt. *Toutesfois la Cour de Parlement est celle au iourd'huy, qui au lieu du peuple verifie, ou empesche les Edicts du Roy. Ce qui est meilleur, & plus expedient, pour euiter la confusion & troubles, qui en pourroient venir.* (Olim, vbi noua lex à Rege confecta erat, ea exhibebatur populo, vt suam de illa diceret sententiam, vt

in Ca-

in Capitularibus Caroli Magni, artic. 12. videre est. Hodie autem Curia Parlamenti, vt olim populus, comprobat, aut reiicit edicta Regis, quod melius est & conuenientius, ad euitandam confusionem, ac tumultus, qui exinde nasci possent.) *Toutesfois les arrests du Conseil du Roy ordonnans des affaires d'Estat, sont executés sans verification*: Fr. Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 89.

ttt) Patres Parlamenti Parisiensis, apud Thuanum *lib.* 34. *histor.* Regi demonstrant, contra morem factum esse, vt edictum vllum prius in Rothomagensi, aut alia Regia Curia, promulgaretur, quam in Parisiensi, quæ & Regni ordinum autoritatem retineret, & regni primaria & Parium Curia censeretur; & ex qua denique, tanquam ex matrice, cæteræ propagatæ essent.

uuu) Pares Parlamento iurare, docet Tillet, *au recueil des Roys de France, tit. des Princes du sang de France, p.* 222. *Tous les Officiers de la Couronne, comme le Connestable, les Mareschaux de France, l'Admiral, & les grands Officiers de la maison du Roy, comme le grand Maistre, le grand Escuyer, & autres, y doiuent prester serment en personne; ceux de la Couronne en Audience, & les autres à huis clos*: Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 89. *Le Parlement pretend, que tous les Officiers de la Couronne, comme estans Iuges de son ressort, doiuent estre receus en la mesme solennité, que les Baillifs, & Seneschaux, & les y a par fois condamnés, dit du Tillet: & adiouste, que cela a esté cause, qu'aucuns d'iceux ont mieux aimé quitter leurs Iustices, que de se sousmettre à ceste reception. Mais la dispute est bien aisée à accorder, à mon aduis; Car, si les Officiers de la Couronne veulent eux-mesmes exercer leurs Iustices, ils ne se peuuent exempter de prester serment au Parlement, comme Iuges de son ressort; ne pouuant aucun faire office de Iuge, qu'il n'ait fait serment en Iustice: mais s'ils ne veulent en faire l'exercice, ils ne doiuent serment à autre, qu'au Roy, duquel seul depend la vraye charge, de laquelle ils font l'exercice*: Loyseau *du droict des Offices, liu.* 4. *ch.* 2. *n.* 106. Parlamentum prætendit, omnes coronæ officiales, tanquam Iudices subalternos, sub imperio suo iuridico comprehensos, in Curia sua recipi debere, eadem solemnitate, qua recipiuntur Balliui, & Seneschalli, atque, vt Tilletus tradit, aliquoties eos ad hæc coëgit; subnectens, propterea nonnullos ex illis maluisse Iudicio suo carere, quam huic receptioni se submittere. Mihi autem videtur, hanc litem facile posse componi: nempe, si officiales Coronæ volunt ipsimet Iudiciis suis præsidere, non possunt se eximere à præstatione iuramenti, quod debent Parlamento, tanquam Iudices, sub huius iurisdictione comprehensi: nec enim vllus officium Iudicis exercere potest, nisi præstiterit iuramentum in loco debito. Quando vero nolunt ipsimet Iudicio præesse, non debent alii iurare quam Regi, à quo solo dependet collatio officii coronæ, cuius exercitium suscipiunt.)

xxx) Vide supra *sub lit. ff. n.* 111.

yyy) Vt

yyy) Vt iudices ordinarii, qui sunt sub iurisdictione huius Parlamenti, *les Preuosts, & leurs Lieutenans, voire les simples Conseillers des Preuostés*: Loyseau *d. liu.* 1. *chap.* 4. *n.* 68. Nec non ipsius Parlamenti Consiliarii, & membra, qui *y reiterent le serment tous les ans: Ce qui preuient de la fauße opinion, qu'on auoit anciennement, que la puissance du Parlement ne fust qu'annuelle, ou mesme semestre, de Parlement en Parlement*: Loyseau *d. ch.* 4. *n.* 82.

zzz) Vide supra *lib.* 2. *cap.* 17. *lit. x.*

aaaa) Cum Carolus VIII. post coronationem Lutetiam venturus esset, ne imposterum dubitaretur, quo loco, & ordine quisque incedere deberet, quotiescunque Parlamenti membris in purpura procedendum esset, hæc constitutio à Curia facta fuit. Ostiarios binos palatium egressuros, vbi in plateam venerint, quatuor primos incessuros, quatuor alios ordinem Consiliariorum secututos, ad impediendum, ne alter vlterius altero procederet, eoque fine processuros media platea, à se inuicem longe separatos, ad latera Consiliariorum. Quatuor Notarios Curiæ honeste vestitos, cum attramentariis suis, & capitiis, pelle suffultis, processuros primos binos post quatuor ostiarios præcedentes. Duos Actuarios, nempe Criminalem, & Præsentationum, similiter vestitos, processuros. Post eos Actuarium Ciuilem, iniecto pallio pelle suffulto, oblonga toga, solum incessurum. Primicerium Ostiariorum deinceps secuturum, pileo suo pelle suffulto, & verbena sua in manu, solum in ordine hoc incessurum, vt ita inter Curiam ipsam, & ministros ipsius medius incederet. Quatuor Præsides cum capitiis suis, & pelle suffultis palliis, & pileis sericeis cum floccis, binos primos processuros: primum, propter prærogatiuam, &, vt ab aliis distinguatur, pallio focalibus prætexto, vsque ad imos humeros, itemque pileo fimbria aurea. Consiliarios binos processuros, ab vno latere Ecclesiasticos, ab altero latere Laicos, togis ostrinis amictos, & capitiis pelle suffultis, singulos ordine suo procedentes. Post Consiliarios processuros Triumuiros Regios: si velint ex quatuor Ostiariis, qui postremi sunt, ante ipsos binos processuros. Nemini pædagogianum suum habere licere, neque famulum in equo; verum, cui visum fuerit, licere vel duos habere famulos pedibus incedentes. Ita ordine binos processuros omnes vsque ad Capellam S. Dionysii. Quando eo ventum fuerit, vt primus Præses Regem oratione sua compellet, neminem propius accedere debere, omnes Regem cum humillima reuerentia salutaturos, sic vt apud Regem non consistant. Rege ita salutato, omnes ad Ecclesiam B. Virginis reuersuros; cum eo ventum fuerit, suo quemque itinere domum suam reuersurum, idque per alios vicos, & alias plateas, quam quibus processum est. Imposterum quotiescunque tum Regi, tum Reginæ occurrendum esset, vel etiam nouo Regi nondum inaugurato, vt nouæ Reginæ vel Principi, aut Principissæ, quibus occurrendi honos debetur, parem ordinem seruandum;

eo tamen excepto, quod si alii, quam Regi, sit occurrendum, abstinendum sit capitiis, & palliis pelle suffultis, nisi si hic honor Reginæ nominatim decerneretur; ex Lucio Paponius *lib. 4. arrestor. tit. 6. n. 17.*

bbbb) Pares rosas offerunt Parlamento, secundum ordinem, quo cuiusque Pariatus cœpit; quod si vero Par simul sit Princeps sanguinis, ante Pares antiquiores est: Tillet *au recueil des Roys de France, part. 2. des rangs des Grands de France, pag. 437. Le premier Prince du sang doit par coustume presenter au Parlement la rose au mois de May*: Le Sieur de Ceriziers *en son Tacite François, pag. 402.* Fit autem hæc rosarum oblatio *pour honorer le Roy, & son lict de Iustice. Les fleurs ont esté tousiours vn honneur, qu' on a faict aux grands; car la part, où ils alloient, & venoient, on leur iettoit des fleurs*: Louys d'Orleans *aux ouuertures des Parlemens, ch. 28, pag. 236.* Autor *des antiquités, & recherches de la grandeur, & maiesté des Roys de France, liu. 2. traitté 5. p. 526.*

cccc) *Les Roys de France donnoient anciennement à ceux du Parlement, tous les ans, des robes neufues, pour leur apprendre, qu'ils prenoient de leur main le vestement d' honneur, qui les defendoit de toutes sortes d' iniures, & qu' ils se despoüilloient pour les vestir: Ce qui depuis a esté changé en argent.* (Reges Franciæ, olim quotannis vestes nouas dabant Parlamenti membris, vt cognoscerent, vestitum honoris, qui defenderet ab omni iniuria, à manu Regis prouenire, huncque se deuestire, vt iustitiæ ministros vestiret: Postea pro vestitu data fuit pecunia.) Du Chesne *d. tr. chap. 20. pag. 143.* (Olim *les Conseillers de Parlement prenoyent gages, & manteaux accoustumés, & encore de present, les Conseillers d' Eglise en Parlement, ont le droit de manteaux*: Ragueau *en l' indice des droits Royaux, pag. 460.*) Rem aliter explicans Ludouicus Aurelianensis, *chap. 23. des ouuertures des Parlemens, pag. 283.* ait: *Il est certain, que l' habit donné par les Roys à Messieurs de Parlement, (i' entens de Messrs. les Presidens) estoit le vray habit, dont estoient vestuës leurs Maiestés. Cest habit leur a esté donné, à fin qu' estant habillés comme le Roy, on creut, que les Arrests, qu'ils donnoient, estoient Arrests du Roy, & eussent pareille authorité, que les prononcés par le Roy.*

dddd) *Tous les Conseillers du Parlement* (imo & Actuarii ciuiles, & criminales, itemque præsentationum, vt & quatuor Notarii, & Secretarii curiæ: Paponius *arrestor. lib. 2. tit. 6. n. 1.*) *ont vn priuilege, annexé à leurs offices, lors qu' ils y entrent, par lequel ils se peuuent sous le nom d' autruy, (qu'ils empruntent pour cet effect) nommer sur telles Eueschés, & Abbayes, qu' il leur plaist, pour auoir (à leur rang & tour) le premier benefice vaquant, & qui se trouue en dependre. Laquelle coustume semble auoir pris commencement du temps, que les Anglois gouuernoient, viuant toutesfois Charles VI. Et à ce propos se trouue dans les Registres, que l' an MCCCCXX. le XII. iour de Feurier, fut auisé, que, pour pouruoir les Conseillers de benefices, l' on escriroit au Roy, que son plaisir fust, leur*

leur donner les benefices vaquans en Regale, & aussi d'en escrire aux ordinaires. Et le XXVIII. de May MCCCCXXXIV. Maistre François Lambert requit estre inseré au roolle, que la Cour enuoyoit au Pape, attendu qu'il auoit esté autresfois Conseiller; à quoy fut dit, qu'il seroit enroollé. Lequel indult, (*qui est particulier pour le Parlement de Paris: celuy de Thoulouse pretend, que par Arrest ce benefice a esté estendu en sa faueur, mais il n'en a pas ioüi*: Ranchin *d. tom. 2. pag.* 89.) *ie croy, leur fut accordé par le Pape, afin que, par telle maniere de gratification, la Cour ne s'opposast plus si souuent aux annates, & autres pernicieuses coustumes, que le Pape leuoit sur le Clergé. Chose, que la Cour de Parlement ne voulut aucunement receuoir, & à cause de quoy il y auoit eu mille piques entre la Cour de Rome, & celle de Paris. Et de faict, combien que ceste cause ne soit expliquée, si est-ce, que depuis, que cest indult eut grande vogue, ie ne voy plus, que la Cour fist tel estat d'empescher les annates, comme elle auoit faict au precedent.* (Louys d'Orleans *aux ouuert. des Parlem. chap.* 22. *pag.* 280. aliam supponit causam; nempe, Pontificem, vel Ecclesiam, hoc indultum dedisse, *pour les exciter à la manutention d'elle, comme vne mere a coustume de gratifier ses enfans.*) *Et neantmoins furent telles nominations de la Cour intermises pour quelque temps, par sa nonchalance, ou negligence, iusques à ce, que sous le regne du Roy François I. Maistre Iacques Spifame, Conseiller, homme d'vn esprit remuant, ayant fueilleté les anciens registres, & voyant, que ce droict leur estoit deu, mais, que par long temps il s'estoit à demy esgaré, prit la charge d'en faire les poursuites, & diligences, enuers le Pape Paul III. ce qu'il fit si dextrement, que depuis il en apporta belles bulles à la Cour; au moyen desquelles elle à depuis ioüi pleinement de ce priuilege:* Pasquier *d. tr. liu.* 2. *chap.* 4. *fol.* 43. *lit. b. c. d.* Hoc loco silentio inuolui non debet, *que l'on a autresfois fort disputé, si les Gradués estoient preferables, pour la requisition des benefices, aux Indultaires du Parlement, pour ce qui vaquoit aux mois le Ianuier, Auril, Iuillet, & Octobre* (vide supra *lib.* 5. *c.* 5. *lit. ii.*) *Les Gradués disoient, auoir esté introduicts* ob publicam vtilitatem, *pour recompense de leurs labeurs, faits aux Vniuersités en l'instruction de la Ieunesse; qu'ils n'auoient autre recompense de leur trauail; que tel droit leur estoit accordé en France, par le Concordat verifié, auquel on n'auoit peu deroger par quelque bulle & indult subsequent. Que les nommés de la Cour n'estoient que de trenteneuf ans aprés le Concordat, & pourroient les Gradués repeter leur droit de la pragmatique Sanction, de l'an MCCCCXXXVIII. Que pour ces causes Rebuffe, en son Conseil* 15. *auoit tenu pour la preference des Gradués, lesquels, n'ayans que* tertiam partem beneficiorum, *ne leur doit estre enuié: ioinct que les Indults du Parlement ne sont que sur les ordinaires, lesquels ordinaires pour lesdits nommés concedent audits Gradués, voire, que conferans à autres qu'aux Gradués* his conquerentibus nulla prouisio. *Les Indultaires au contraire disent, qu'ils sont bien plus anciens que les Gradués: que leur Indult est d'Eugene IV. en l'an*

l'an MCCCCXXXIV. lequel indult porte preference & prerogatiue à tous autres mandataires, à toutes graces expectatiues, reserué aux mandataires Apostoliques, & se refere la bulle de Paul III. du XIX. Iuin MDXXXVIII. à celle d'Eugene. Et pour monstrer, que la bulle d'Eugene porte ces particularités, c'est que les premieres lettres de nomination du Roy François I. accordées aprés la verification de l'indult du Pape Paul III. en l'an MDXXXIX. verifiées au grand Conseil, portent particulierement la preference aux Gradués. Ce qui se verifie par les lettres obtenuës par Maistre François Tanel, Conseiller au Parlement, qui se trouuent entre les Conseils de Rebuffe, consil. 6. Que par ladite bulle de Paul III. n'y a que vne reseruation aux mandataires Apostoliques, indult verifié & au Parlement, & au grand Conseil. Que par les ordonnances attributiues de iurisdiction au grand Conseil, du mois de Septembre MDXLV. l'article faisant mention des Indultaires du Parlement, porte la preference aux Gradués. Que ce n'est aux Gradués à alleguer, que l'on n'a peu deroger au Concordat, il suffit que l'indult d'Eugene, & du Pape Paul, soient verifiés: que les Gradués ne s'y sont opposés, que le Roy, ny son Procureur general ne s'en plaignent, que par le Concordat mandatarii Apostolici graduatis præferantur: §. declarantes, de mandatis Apostolicis, in concordatis. Et encores à present le Pape vse de preuention, contre les Gradués, & que les mandats Apostoliques ont esté ostés en France, en consideration desdits Indultaires, & le furent l'an MDXLV. lors que l'on commença d'vser du droit de nomination, suiuant ladite bulle d'Eugene. Qu'au Grand Conseil c'est chose ordinaire, & laquelle, comme d'vn commun style ordinaire, s'obserue. Par l'arrest du mois de Aoust MDC. l'Indultaire preferé au Gradué, & sans despens. Maistre Charles Moulin traicte ceste question, en ses commentaires sur la regle de infirmis resignantibus, n. 201. & 229. in f. & est de mesme aduis, que l'Arrest, & tient la question sans difficulté. Que s'il faut decider la question par l'antiquité du temps, les Gradués ne peuuent pretendre que le temps du Concile de Basle, par lequel le tiers des benefices fut affecté aux hommes de literature, lequel Concile estoit de l'an MCCCCXXXI. Que l'indult octroyé au Parlement, n'est pas seulement du Pape Eugene IV. de l'an MCCCCXXXIV. mais il se trouue és registres du Parlement, que le premier Septembre MCCCIII. fut fait vn roolle de ceux, qui par ordre doiuent se nommer, & auquel les Greffiers, & les quatre Notaires, & Secretaires de la Cour, furent mis, & en recite l'Arrest du Luc placit. lib. 4. tit. 12. arrest. 1. tellement qu'Eugene IV. ne fit que renouueller ce, qui auoit esté concedé par ses predecesseurs: & pouuoit l'on soustenir, que les deux Arrests recités par ledit du Luc, au mesme tiltre, donnés, l'un le XXVII. Iuin MCCCCXXXIV. & l'autre le X. d'Auril MCCCCXCVIII. sont pour le roolle, qui se faisoit pour raison desdites nominations, n'y ayant apparence, que ce fut pour les mandats Apostoliques, comme aucuns ont voulu dire, pour n'auoir oncques tels mandats appartenu aux Presidens, & Conseillers du Parlement. George Louet, au recueil d'aucuns

nota-

notables Arrests, donnés en la Cour du Parlement de Paris, au nombre 16. lit. B.

eeee) Messieurs du Parlement sont priuilegiés, de ne tenir pas des Soldats en leurs maisons, sont exempts de tous peages, & tailles: Louys d'Orleans, *aux ouuertur. des Parlemens, chap. 22. pag. 280.* Du Chesne *d. tr. chap. 20. pag. 145.*

ffff) Louys XI. l'an M CCCC LXXIX. octroya le priuilege d'exemption de l'arriere-ban, à tous les Seigneurs du corps de la Cour de Parlement: Qui est chose raisonnable, & bien considerée, que ceux, qui font la iustice à chacun, soyent respectés sur tous autres, & exempts de toutes charges, & seruitudes : Theuet *des vies des hommes illustres, liu. 4. pag. 269.*

gggg) Au registre de Parlement, commençant M CCC XX. il se void, que les Sieurs dudict Parlement estoient exempts d'estre appellés en duel; Car en l'arrest du XVI. Ianuier audit an, Messire Guillaume de Marsilly, Conseiller audit Parlement, appellé au combat par Iean de Remilli, Vassal & domestique d'Alix, Dame de Arsis, tante du Roy, qui chargeoit ledit de Marsilly d'auoir esté corrumpu par argent, en vne commission d'vn procés, pendant en ladite Cour, entre ladite Dame, & Henry de Lanclaste, fut dit, qu'il n'y auoit lieu de combat, tant pource que estant Conseiller au Parlement, il en estoit exempt: Fauyn *au theatre d'honneur, liu. 2. ch. 12. pag. 296.*

hhhh) Les Sieurs dudit Parlement, ne sont tenus de plaider ailleurs, que audit Parlement, s'ils y veulent estre à droict: les causes des Conseillers dudit Parlement ne doiuent estre traictées ailleurs, qu'audit Parlement: Fauyn *d. ch. 12. pag. 297.*

iiii) Messieurs de Parlement ont ce priuilege, de n'estre iugés en criminel, que par le Parlement mesme, en corps, & les Chambres assemblées, aussi bien que les Princes du sang, & Pairs de France: Loyseau *des Ordres ch. 9. n. 28.*

kkkk) Ceux-là qui venoient pour plaider audit Parlement, estoient en la sauuegarde, & saufconduit d'iceluy, & ne pouuoient estre emprisonnés pour debte, cause, ou subiect quelconque, sans ordonnance dudit Parlement, & si ce n'estoit pour debte faite pour despence debouche, durant le seiour, & poursuitte des affaires audit Parlement: Fauyn *d. l. pag. 298.*

llll) Les parties, qui doiuent comparoir en personne au Parlement, ont, durant leur voyage, toutes les autres causes en estat, & surseance, deuant tous autres Iuges: Fauyn *d. pag.*

mmmm) Enguerrant de Monstrelet, au liu. 1. ch. 99. recite la proposition & remonstrance de l'Vniuersité de Paris, faite en l'assemblée des trois Estats, tenue par le Roy Charles VI. en l'an M CCCC XII. laquelle porte, que pour le grand nom du droict, qui estoit gardé en la Cour de Parlement de Paris, sans faueur de aucune personne, non seulement les Chrestiens, mais aussi les Sarrecins, y sont venus receuoir iugement aucunes fois. Nous lisons de l'Empereur Frederic, qu'il se seroit

seroit sousmis au iugement du Roy de France, & de son Parlement, de plusieurs differens, qu'il auoit auec le Pape Innocent IV. Philippe Prince de Tarente, pour la controuerse, qu'il auoit auec le Duc de Bourgogne. (Charondas, *liu.4. des responses du droit François, resp.16. pag. 91.*) *le Comte de Namur, auec Charles de Valois; le Duc Lorraine, auec Guy de Chastillon; le Duc de Sauoye, auec le Dauphin; le Roy de Castille, auec le Roy de Portugal: qui est vn tres-grand honneur à la France, & dont l'esclat reiallit mesme sur la personne de nos Roys*: Bret *de la souueraineté du Roy, liu.2. ch. 2. pag. 156.* adde Fauyn *au theatre d'honneur, th.12. pag. 307. & seqq.* Cæterum, quod de Friderico Imperatore dictum, id paratragœdians Pierre de Lancre, *au tableau de l'inconstance, liu. 4. disc. 2. n. 1. fol.394.b.* ita exprimit: *Si par fois les Empereurs ont eu du different auec le Pape, ils ont esté bien aises, de venir mendier leur accord en nos Parlemens: tesmoing l'Empereur Federic second, lequel, ayant quelque different, pour le nom & tiltre de l'Empire auec Innocent IV. en l'an MCCXLIV. fut bien aise, de le remettre au iugement, & arbitre, de ceste grande Compagnie souueraine, la Cour de Parlement de Paris.* Sic homini, cui Francia sola sapit, reliqui volitant velut vmbra, arbitri electionem, & compromissum, mendicitati adscribit, parum aduertens, hoc sensu Reges Franciæ quoque non semel mendicos fuisse.

nnnn) Le Roy n'estant au Parlement, nul ne porte l'espée, ce qui s'entend des François. Car quant aux estrangers, non iusticiables du Roy, c'est autre chose. Toutesfois, depuis on a tant taillé & rogné ces premieres reigles, qu'à present il n'y a personne, qui ne la vueille porter au Parlement: de sorte que chacun s'exempte de la subiection, qu'on doit à la Iustice du Roy: Louys d'Orleans, *aux ouuert. des Parlemens, chap.17. pag. 224. On ne peut entrer auec armes dans les Chambres du Palais, ou dans les Salles d'audience*: Ranchin *d. tom.2. pag.91.*

oooo) Deponuntur calcaria in iudiciis, in argumentum obsequii, submissæque dignitatis, quæcunque illa sit. Ea enim ratione detrahi mos est calcaria à vasallis, qui homagia præstant patronis feudalibus: Mornacius *ad l.1. ff. de postul.* Eadem ex causa, in Hispania Ecclesiam ingredientes, debent deponere calcaria: Zeiller *in itinerario Hispaniæ cap. 1. pag. 47.* Sic secundum constitutionem antiquioris iuris Saxonici, vasallus in iudicio feudali à Domino conuentus, antequam iudicium ingrediatur, debet deponere gladium, pugionem, pileum, tunicam, chirothecas, calcaria: Berlichius *part.1. conclus. pract. conclus.43. n.35.*

CAPVT IV.
De Parlamento Tholosano.

PArlamentum Tholosanum satis antiquum *(a)* est, à Philippo Pulchro approbatum, anno M CCC II. ac à Carolo

tolo VII. anno MCCCCXLIII. (*b*) stabilitum; subinde quidem translatum Montepessulum, postea tamen ad locum priorem reuocatum, à Ludouico XI. anno MCCCCLXI. (*c*). Supremis huius Parlamenti decretis acquiescunt (*d*), Languedocium, Cadurcium, Rutenium, & in Vasconia Armaniacenses, Bigerrones, & Conuenæ. Inter Parlamenta Franciæ secundum obtinet locum (*e*).

Testes & Testimonia.

a) Ex verbis Constitutionis Philippi Pulchri, *sicut antea teneri solebat, temporibus retroactis*, colligit Pet. Gregor. Tholosanus *lib.* 47. *syntagm. iur. vniuersi, cap.* 27. *n.* 9. Parlamentum fuisse antiquius apud Tholosanos, quam Parisienses: sed intermissum fuisse propter bellorum tempora. Verisimile enim non esse, tantam ciuitatem, quæ Regia semper fuerit, & suis Regibus, & Comitibus liberis tantum seruierit, eosque habuerit, cæterisque vicinis imperarit, Senatu, vel Consilio summo, caruisse.

b) Ponunt alii annum MCCCCXLIV. Guilelm. Benedicti, huius Curiæ Senator, *in repetit. c. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adalasiam, n.* 483. *de testament.* Tholosan. *d. lib. & capite n.* 9. Sed placet mihi Ragueau, *des droits Royaux, pag.* 527. quando scribit: *Le Parlement de Thoulouse a esté fait sedentaire en l'an MCCCCXLIII. par le Roy Charles VII.* hoc enim constitutione Carolina confirmatur, cuius verba hæc sunt: CAROLVS, Dei gratia Francorum Rex, vniuersis præsentes literas inspecturis, Salutem. Regum sollicitudinem præcipue niti decet, vt in Regno & Dominio eorum Iustitia, virtutum præclarissima, vigeat, & subditorum vexationibus, damnis & laboribus, salubriter consulatur, vt sic Respublica in pacis dulcedine, & tranquillitatis amœnitate, cœlesti fauente clementia, collætetur. Notum igitur facimus, quod nos ad bonum Reip. patriæ nostræ Occitanæ, & Ducatus nostri Aquitaniæ, & aliarum partium circum adiacentium, vsque ad fluuium Dordoniæ, vigilanter aspirantes, attendentes etiam longa terrarum spatia, quibus quaqua versum præfata patria nostra Occitana, nec non Ducatus noster Aquitaniæ, præditus, & aliæ Regiones circumadiacentes vsque ad prædictum fluuium Dordoniæ, distant à villa nostra Parisiensi, in qua suprema Parlamenti nostri Curia constitit, & stabilita est, viatum discrimina, personarum pericula, bellorum turbines, pestes, & alias calamitates, quæ hodiernis temporibus Regnum nostrum, proh dolor, concutiunt, considerantes etiam causarum, in præfata Curia nostra, pendentium immensam multitudinem, & quæ quotidie, præsertim ex ipsis patriis nostris, Occita-

Occitana, & Aquitania, & aliis regionibus supradictis, diuersis modis & mediis inibi confluunt, volentes, quantum possibile est, finem imponere litibus subditorum, & ad requisitionem instantissimam, & supplicationem humillimam gentium trium Statuum patriæ Occitanæ prædictæ, animaduertentes inter cætera, villam Tholosanam, quæ inter cæteras patriæ Occitanæ prædictæ notabilior existere dignoscitur, quibus ciuitati, ac patriæ memoratus Ducatus noster Aquitaniæ contiguus habetur; desiderantes prædictam nostram ciuitatem Tholosanam in honoribus subleuare, aliis etiam iustis & rationabilibus causis moti, habita super iis deliberatione matura Consilii, ex nostra certa scientia, potestate & autoritate Regia, instituimus, stabiliuimus, & ordinauimus, & per præsentes instituimus, stabilimus, & ordinamus, Curiam nostri Parlamenti in ipsis nostris villa & ciuitate Tholosana, & pro tota patria nostra Occitana, atque Ducatus Aquitaniæ, & aliis regionibus, & partibus vltra prædictum fluuium Dordaniæ, quandiu tamen nostræ placuerit voluntati. In qua quidem Curia nostri Parlamenti, omnes & vniuersæ Curiæ Senescalliarum, Bailliuiatum, Rectoriatum, Vicariarum, Iudicaturarum, & cæterarum iurisdictionum quarumcunque, ante dictarum patriarum Occitanæ & Aquitaniæ, & aliarum partium vltra fluuium Dordoniæ, vt præmittitur, suum habebunt resortum, & vltimum refugium. Quod quidem Parlamentum, siue Curiam, volumus inchoari, sedere, & teneri, in crastino festi B. Martini hiemalis proxime sequenti, in prædicta villa nostra Tholosana, aut alio, vel aliis diebus, super hoc à nobis statuendis & ordinandis, per quatuordecim personas; videlicet, per duos Præsides laicos, & duodecim Consiliarios nostros, quorum sex erunt Clerici, & sex laici, Patriarum linguarum Aquitaniæ & Occitanæ, & duos Graffarios, cum octo Ostiariis, quibus quatuordecim Præsidentibus, & Consiliariis duodecim, decem, aut nouem ex his, quorum alter Præsidentium erit vnus in ciuilibus causis, & in criminalibus, quinque videlicet vni Præsidentium, & quatuor Consiliariis laicis, qui, si opus sit, vocari poterunt de Consiliariis nostris laicis in dicta ciuitate residentibus, tales, & in tali numero, quantum videbitur eis expedire: dedimus, atque damus, harum serie, plenam potestatem, autoritate & mandatum speciale, audiendi, cognoscendi, decidendi & determinandi, omnes & singulos causas appellationum, & resortorum, & alias quascunque ciuiles & criminales, ab eisdem patriis in eadem Curia nostra introductas & introducendas, tam in causa resorti, quam alia quouis modo: dandi insuper, & pronunciandi super iis sententias, tam interlocutorias, quam definitiuas, in vim arresti, à quibus quidem sententiis, & arrestis, nulli licebit quouis modo appellare, seu reclamare, vel aliam sedem adire; & generaliter, faciendi, & obseruandi ea omnia, & singula, quæ fieri, & obseruari solita sunt in nostri suprema Parlamenti

lamenti Curia Parisius, in quantum concernit dictam nostram patriam linguæ Occitanæ, & Ducatum Aquitaniæ, vltra dictum fluuium Dordoniæ. Dantes, tenore præsentium, in mandatis, vniuersis & singulis Senescallis, Balliuis, Rectoribus, Vicariis, & aliis iudicibus, & officiariis iam dictarum patriarum Occitanæ, & Aquitaniæ, & aliarum partium vltra fluuium Dordoniæ sitarum, & eorum loca tenentibus, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quatenus hanc nostram sanctionem & ordinationem, proclamare, & publicare solemniter, ac voce præconia, quilibet in sua iurisdictione, ad proclamationes & publicationes solemnes faciendas solitis, taliter, vt nullus inde ignorantiam prætendere valeat, in posterum, locis faciant: Mandantes etiam omnibus & singulis Iustitiariis, Officiariis, & subditis nostris, patriarum supra dictarum, quatenus sententiis, arrestis, mandatis, & iussionibus Curiæ prædictæ, & præfatorum Præsidentium, & Consiliariorum nostorum, dictam Curiam nostram, modo, & forma præmissis, tenentium, obediant, pareant, & diligenter & efficaciter intendant, sub omni ea pœna, quam erga nos, in contemptum huius, incurrere possunt. Et quia per antea à certo tempore citra, pro releuamine subditorum nostrorum, dictarum, patriæ & Ducatus, ordinaueramus, & commiseramus certos generales Commissarios, in eisdem patriis nostris, super facto iustitiæ, certis, modo & forma, in dicta ordinatione nostra declaratis, & expressatis, dictam nostram ordinationem & commissionem, vna cum autoritate concessa dictis nostris Commissariis, aboleuimus, cassauimus, & reuocauimus, abolemus, cassamus & reuocamus totaliter, per præsentes: eisdem Commissariis interdicentes, ne à cætero dictis, ordinatione & commissione nostris, vtantur quouis modo. Verum, quia in multis locis, dictarum, patriæ & Ducatus, publicatio præsentis erit necessaria, volumus, quod Vidimus ipsarum sub Regio sigillo debite factis, fides sit adhibenda, sicut præsentibus literis originalibus; quibus, in testimonium præmissorum, sigillum nostrum iussimus apponendum. Datum apud Salmurum; die vndecima mensis Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio; & regni nostri vigesimo primo.

c) Ex Ioanne Montagne, *tractat. de autorit. Sacri consilii*, Tholosanus *d. lib. & cap. n.* 10.

d) Merula *d. part.* 2. *Cosmograph. lib.* 3. *c.* 17. *circa fin.* Du Chesne *des antiquités des villes, &c. de France, lib.* 2. *chap.* 1. *pag.* 634. Parlamentum hoc constitutum scribit, *pour tout le païs du Languedoc, Viuarés, Velay, Guiuaudan, Foix, Cominges, Gaure, Quercy, Armaignac, Estrac, Lomaigne, Magnoac, Bigorre, Roüergue.*

e) *Le Parlement de Thoulouse est le second de France, soit pour son institution, qu' il a mesmes d' vn temps esgal à celle du Parlement de Paris, soit pour l'esten-*

l'estenduë de son ressort, & les bonnes qualités de ses Iuges: Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 351.

CAPVT V.

De Parlamento Gratianopolitano.

PArlamentum Gratianopolitanum, autorem habuit Ludouicum XI. Galliæ Regem, anno MCCCCLIII. (*a*) Ius dicit Delphinatui (*b*), & aliis, qui hoc ab illo petunt (*c*). Arresta autem, quod peculiare huius Curiæ est, nomen Gubernatoris istius prouinciæ præ se ferunt (*d*); qui etiam primum locum in consessu tenet. Auxit hoc Parlamentum Henricus IV. Camera Edicti (*e*). Cæterum, aliquoties inter hoc, & Burdigalense Parlamentum, de præcedentia contentio fuit (*f*), quæ an omnino composita, me clam est.

Testes & Testimonia.

a) *Le conseil Delphinal* (quod ab Humberto, Delphino Viennensi, anno MXI. olim institutum fuerat: Guido Papæ, *quæst.* 44. *&* 454. Tholosanus *d. lib. & c. n.* 12.) *fut erigé en Parlement par le Roy Louys XI. lors Dauphin, en l'an* MCCCCLIII. *Le Roy Charles VII. aprés ladite erection luy a addressé des Edicts, & lettres patentes, auec ladite qualité*: Claude Expilly, *liu.* 2. *des plaidoyés, & arrests, chap.* 161. *pag.* 445. Vnde est, quod Merula *d. l.* huius institutionem dicto Carolo VII. adscribit.

b) Merula *d. l.*

c). *Ce Parlement sert à toute la France, comme les Amphictyons à toute la Grece: on y accourt & recourt de toutes parts du fonds de la Normandie, de la Bretagne, & Guyenne. Quant à la Prouence, Bourgogne, & Languedoc, les registres de ce Parlement sont plus chargés de leurs causes, que de celles du païs de Dauphiné. Voire, auiourd'huy* (verba sunt intelligenda de eo tempore, quo hoc scripsit, Claude Expilly, *au plaidoyé* 35. *n.* 26. *pag.* 272.) *il s'y traicte vne cause tres-importante entre des Princes estrangers; car il s'agit de la souueraineté d'vn grand Estat, entre les Serenissimes Archiducs de Flandre, & le Duc de Wirtemberg, qui n'ont sçeu trouuer, ny conuenir d'autres Iuges, en toute la Chrestienté, qu'au Parlement de Grenoble.*

d) *Les arrests sont intitulés du nom du Gouuerneur du Daulphiné, & il a la preseance au Parlement*: Bret *de la souueraineté du Roy, liu.* 2. *chap.* 1. *p.* 146.

e) De

e) De hac erectione, & incorporatione, vide supra Edictum Henrici IV. *lib. 3. cap. 8. lit. l. num. 1. & 35.*

f) *Le Parlement de Bourdeaux autresfois a voulu debatre la preseance auec celuy de Grenoble, mais sans iuste fondement* (si credimus verbis Claudij d'Expilly *audict pag. 445.*) *car les dates iustifient, que Grenoble est premier. Aujourd'huy, en ce qui regarde la seance des Parlemens, il n'y peut arriuer de doubte, à cause de l'Arrest, duquel l'extraict des registres du Conseil d'Estat est tel: Le Roy en son Conseil, voulant reigler les seances des Officiers de ses Cours des Parlemens, mandés par sa Maiesté pour assister à l'assemblée, qui se fait en cette ville de Rouën, a ordonné par prouision, qu'ils seront assis selon le rang qui ensuit: Le premier President du Parlement de Paris, ioignant à costé de luy le Sieur Seguier, President audit Parlement, & en suite, les premiers Presidens des Parlemens, de Thoulouse, Grenoble, Bourdeaux, Diion, Rouën, Aix, & Rennes. Faict au Conseil d'Estat du Roy, tenu à Rouën, ce troisiesme iour de Decembre, mil six cens dixsept.* Hæc quidem Expilly: sed vt aliud sentiam, & rem hoc Edicto non determinatam omnino fuisse credam, in causa est, quod legitur apud le Mercure François *tom. 12. pag. 757. En l'an MDCXXVI. (à l'ouuerture de l'assemblée des Notables, tenuë à Paris) l'ouuerture deuoit estre faicte le lendemain, premier de Decembre; mais à cause d'vne dispute pour la preseance, entre le Parlement de Bourdeaux, & celuy de Grenoble, elle fut remise au lendemain. Sur ceste dispute entre les Presidens de ces Parlemens, il fut dit, qu'ils entreroient alternatiuement, & que celuy de Bourdeaux entreroit le premier iour.*

CAPVT VI.

De Parlamento Burdigalensi.

AVtorem Parlamenti Burdigalensis, alii Carolum VII. (*a*) alii Ludouicum XI. (*b*) laudant. Hoc constat, illud aliquando locum mutasse (*c*), aliquando extinctum (*d*), postea redintegratum (*e*), auctum à Francisco I. Camera criminali (*f*), ab Henrico vero IV. Camera Edicti (*g*). Ab hoc Parlamento ius petierunt prouinciæ, Burdigalensis, Vasatensis, Agennensis, Condomiensis, Landarum, Armeniacensis, Cadurcensis, Lemouicensis, Petrocoriensis, Angolismensis, Santonensis, & Rupellensis; postea tamen prouinciæ, Armeniacensis, Angolismensis, Rupellensis, & maior pars Cadurcensis, distractæ sunt, accesseruntque Parlamentis, Parisiensi & Tho-

Tholoſano (*h*). Idem olim ante, nunc poſt Gratianopolitanum eſſe affirmat Merula (*i*): nec ignotum, cum eodem de prærogatiua aliquando concertaſſe Parlamentum Diuionenſe (*k*).

Teſtes & Teſtimonia.

a) Ragueau *des droits Royaux, pag.* 527. De eiuſdem inſtitutione actum fuiſſe inter Burdigalenſes, & Comitem Dunenſem, Caroli VII. legatum, anno MCCCCLI. Sed quia Anglicæ factionis populares denuo Carolo rebellarint, vrbe nouiſſime armis recepta, hoc priuilegio ciues priuaſſe Carolum, & à Decuria Senatus Pariſienſis ius accipere coëgiſſe: Ludouicum tamen XI. decennio poſt, hoc ipſis reſtituiſſe, refert ex aliis Sincerus, *in appendice Itinerarii Gallici, de Burdigala, cap.* 10.

b) P. Matthieu *liu.* 11. *de l'hiſtoire de Louys XI. pag.* 666.

c) Cum ſeptimo poſt inſtitutionem primam anno, Rex Ludouicus Aquitaniam (at nouis circumſcriptam limitibus) iure apanagii, legeque fiduciæ Carolo fratri ceſſiſſet, Parlamentum mutato loco, ad Pictones fuit translatum: ſed mox, anno MCCCCLXXII. Carolo mortuo, omnique Aquitania ad Ludouicum reuerſa, Calendis Iunii ſolemniter, vnde mouerat, reductum: Sincerus *dict. loc.* Propter peſtilentiam quoque Liburniam anno MCCCCLXXIII. MDXV. MDLVI. MDLV. Bergeracum MCCCCXCVI. S. Æmilianum MDI. translatum, refert Lurbeus: Sincerus *d. loc.*

d) Supra *lit. a.* Extinctum fere etiam iacuit anno MDXLVIII. quo Annas Momorancius, Equitum Magiſter, Burdigalam acerbe caſtigauit: vide ſupra *lib.* 6. *cap.* 11. *lit. ll.*

e) Ab Henrico II. dum ciuitatem iterum recepit in gratiam: Sincerus *d. l.*

f) Adiecit huic Senatui, anno MDXIX. Franciſcus I. nouam Senatorum decuriam, quæ iudiciis cauſarum criminalium præeſſet, quam Tornellam vocant: Sincerus *d. l.* Eſt autem hodie compoſita ex quatuor Cameris, *& ſix Preſidens au mortier, & ſied au Palais de Lombriere, où les Ducs de Guyenne eſtoient logés*: Ranchin *d. tom.* 2. *pag.* 313.

g) Vide ſupra Edictum Henrici IV. *lib.* 3. *cap.* 8. *lit. l. n.* 31.

h) Ita Sincerus *d. l.* Breuius Merula *d. l.* Burdigalenſi Parlamento ſubſunt, Lemouicum, Petrocorium, Guienna, & in Vaſconia Allebreti Ducatus, Agennenſiſque Seneſchallia. *Du reſſort de Parlement de Bourdeaux,* (ſcribit Fauyn *au theatre d'honneur, liu.* 10. *chap.* 5. *pag.* 1860.) *ſont les prouinces d'Agenois, & Condonois, les Landes, le Perigort, la Xaintogne, & le Limoſin.*

i, Burdi-

i) Burdigalense Gratianopolitano postposui, inquit Merula *d. loc.* Cum enim per populares factionis Anglicanæ rebellassent Burdigalenses, recepta iterum armis à Carolo vrbe, priuilegiis suis sunt mulctati, & Tribunali, atque à decuria Senatus Parisiensis tam diu recti sunt, donec Ludouicus XI. iterum tribunal restituit. Hinc factum, vt Senatus Burdigalensis, qui antea Gratianopolitanum tempore antecedebat, nunc posterior sit, & quartus in ordine supremorum Senatuum Galliæ.

k) De antiquitatis prærogatiua cum Burdigalensi certauit Diuionense, sed rescripto Henrici II. Burdigalensis Senatus Diuionensi antiquior declaratus fuit, anno MDLIII. Sincerus *d. l.*

CAPVT VII.

De Parlamento Diuionensi.

